Soranou Ephesiou Peri gynaikeion pathon = Sorani Ephesii Liber de muliebribus affectionibus / recensuit et latine interpretatus est Franciscus Zacharias Emerins.

Contributors

Soranus, of Ephesus, fl. 93-138.
Emerins, Franciscus Zacharias, 1808-1871.
Royal College of Physicians of Edinburgh

Publication/Creation

[Utrecht] : Traiecti ad Rhenum, 1869.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/rjq7vqs2

Provider


Royal College of Physicians Edinburgh

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by the Royal College of Physicians of Edinburgh. The original may be consulted at the Royal College of Physicians of Edinburgh. where the originals may be consulted.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



~~bk 10. 8~~

Cc 8 24

R32744

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/b21976442

SORANI EPHESII

LIBER DE

MULIEBRIBUS AFFECTIONIBUS.

ΣΩΡΑΝΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΓΥΝΑΙΚΕΙΩΝ ΠΑΘΩΝ.


SORANI EPHESII

LIBER DE

MULIEBRIBUS AFFECTIONIBUS.

RECENSUIT ET LATINE INTERPRETATUS EST

FRANCISCUS ZACHARIAS ERMERINS.



TRAIECTI AD RHENUM
APUD KEMINK ET FILIUM.
CIↃIↃCCCLXIX.

PRAEFATIO.

Anno 1838. prima editio in lucem emissa est Sorani Ephesii de arte obstetricia et morbis mulierum, titulo Σωρανοῦ περὶ γυναικείων παθῶν. Graeca est illa editio et ducta ex apographo viri eruditissimi F. R. Dietz, qui textum desumpserat e duobus codicibus, altero Parisiensi saeculi decimi quinti, altero Italico decimi sexti. Contulerat insuper Dietzius mss. Aëtii Graeca cum iis capitibus, quae ex Sorano apud illum descripta occurrunt, vel quae continent fragmenta aliorum medicorum Graecorum, qui in iis eandem materiem tractant. Praematurus autem Dietzii obitus accidit eo tempore, quo typis excudi coeptus erat eius Soranus; continuata tamen editio est a tunc temporis iuvene docto I. F. Lobeck, qui emendationibus, quas in schedis Dietzii reperit, suas addidit.

Biennio post vir clarissimus H. Haeser Ienae edidit „de Sorano Ephesio eiusque περὶ γυναικείων παθῶν libro nuper reperto programma" et doctissimus I. Pinoff Vratislaviae Dissertationem inauguralem de Sorani Ephesii doctrina. Idem postea in diario *Ianus* dicto vol. I. et II. edidit: Die Geburtshilfe des Soranus Ephesius nach dessen Werke περὶ γυναικείων παθῶν, bearbeitet von Dr. I. Pinoff. Anno autem 1842. ipse ad calcem editionis libri Hippocratis περὶ διαίτης ὀξέων subieci observationes aliquot criticas in textum Sorani; nec multo tempore post vir eruditissimus Cats Bussemaker in diario „de Gids" publici

iuris fecit censuram mearum observationum, in qua occurrunt quae sine dubio ad nonnullorum locorum intelligentiam conferunt.

Postea vero nihil, quod sciam, in publicum prodiit Soranum spectans, qui in unica illa Dietzii editione tam misere affectus est, ut contextus omnis generis corruptione obfuscatus partim non apte, partim omnino non legi possit.

In praefatione, quam editioni Dietzianae praemisit, celeberrimus philologus Chr. Aug. Lobeck de Dietzio nuper defuncto scribens: „coeperat tum, inquit, Sorani, *sive quis alius sit*, librum prelo tradere." Ac laudanda sane dubitatio de auctore in philologo historiae medicinae Graecae veteris minus perito, qui sua auctoritate confirmare noluerit rem, quam non satis exploratam haberet. Attamen, uti opinor, talia adferri possunt, quae certo evincant, continere hunc librum Sorani Ephesii ipsius tractatum, in quo permulta quidem capita aliena sint interpolata, alia alio modo sint disposita quam operis auctor voluerit, interpolationes in mediis capitibus a Sorano conscriptis deprehendantur, sed qui tamen sine dubio scriptori illi in omni orbe erudito antiquo, nec solum in medico, celebratissimo debeatur. Quod licet alii iam perspexerint, operae pretium tamen videtur circumspicere, num auctor noster idem sit, quem Galenus, Caelius Aurelianus, Suidas, Etymologi et Zonaras, Oribasius, Aëtius, Paulus, Moschion, patres ecclesiae Tertullianus, Cyprianus, Augustinus memorent. Quo facto de ipso Sorani opere περὶ γυναικείων παθῶν, quale in editione Dietzii hodie circumfertur, exponemus, ut quare alio modo edendum fuerit, appareat.

Apud Galenum de comp. med. sec. locos (vol. XII. p. 114. Kühnio) legimus fragmentum Sorani, in quo scriptorem no-

strum methodicum statim agnoscimus. Agitur de alopecia et sermo est de φοινιγμῷ διὰ νάπυος, memorantur χριστὰ et ἐπίπλαστα et μετασυγκριτικά, qualia in Sorano Dietzii saepius occurrunt. In eodem Galeni opere (p. 493., ibid.): ἐπειδή, inquit, καὶ ὁ Σωρανὸς ἔγραψε περί γε τῶν ἀχώρων ἔν τε τῷ τετάρτῳ περὶ Φαρμακείας καὶ ἐν τῷ μονοβίβλῳ Φαρμακευτικῷ φάρμακά τινα καὶ ἡμῖν διὰ τῆς πείρας ἐγνωσμένα κ. τ. ἑ. Noster autem Soranus apud Dietzium p. 256. (mihi p. 232. vs. 10.): ὧν ἁπάντων, inquit, τὴν ἐπιδέξιον χρῆσιν ἐν τοῖς περὶ βοηθημάτων λόγοις ἐφωδεύκαμεν. Apparet methodicum nostrum loqui de iisdem operibus suis, unde Galenus duxerit formulas medicinales, quas dein ipsis Sorani verbis citat, et in quibus huius orationem facile agnoscimus. Quin eodem loco paulo post (p. 495.) legimus: ἐφεξῆς δὲ τούτῳ ὁ Σωρανὸς ἔγραψεν ἄλλο φάρμακον, ἰσχυρόν, ὃ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τῆς αἱρέσεως ἀγωγὴν ὠνόμασε μετασυγκριτικόν. Itaque novit Galenus Soranum de methodica secta medicum, quemadmodum Soranus Dietzii variis et multis in opere suo locis methodicum se praebet.

Adfert porro Pergamenus in eodem opere (p. 956.) Sorani formulas, in quibus sane verba occurrunt, qualibus uti hic consuevit, sed quae tamen mihi non videntur tam manifesta rationis et sermonis methodici nostri offerre indicia, ut eum his agnoscerem, nisi Galenus viri nomen adposuisset. Neque aliter sentio de iis, in quibus Soranum reprehendit p. 987. Parum quoque in quaestione, de qua agimus, proficimus e Galeni loco, vol. XIII. p. 42., ubi sermo est de Sorani remedio quodam διὰ κωδίων. In libris autem de comp. med. sec. genera (vol. XIII. p. 642.) Galenus dicit frustra se quaesivisse formulam quandam medicinalem tum apud ceteros scriptores medicos, tum apud Soranum; quaesivit eam scilicet in libris illis de remediis, quos Soranus reliquerat.

Adhuc constitit Galenum cognovisse scripta medici nomine

Sorani, qui methodicus fuit et scripsit libros, quos Pergamenus vidit, et quos Soranus Dietzii suos esse profitetur; quod nisi admittas, hoc saltem concedere debebis utrumque Soranum, Galeni nempe et Dietzii, de materia medica scripsisse.

Olim autem in obss. illis criticis iam duos citavi Galeni locos, qui faciunt ad tempus, quo Soranus vixerit, definiendum, quos iterum describo. Nimirum in meth. medendi (vol. X. p. 53.) legis: *ἀλλὰ τῆς μὲν ἐκείνων διαφωνίας ἴσως ἄν ποτε καὶ ὕστερον εἴη μνημονεῦσαι καὶ σὺν αὐτοῖς γε τοῖς εἰρημένοις τοῦ πάντα σοφώτερα ἐπιταράξαντός τε καὶ συγχέαντος αὐτῶν τὰ πράγματα Μενεμάχου καὶ τοῦ ληρώδους Ὀλυμπικοῦ καὶ μετ' αὐτοὺς Ἀπολλωνίδου καὶ Σωρανοῦ καὶ τοῦ νῦν ἔτι ζῶντος Ἰουλιανοῦ· τούτῳ μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐνετύχομεν, ἵνα καὶ παρὰ ζῶντος ἀνθρώπου φωνῆς ἐκμάθοιμεν λήρους μακρούς.* Acriter pro more suo alios notantem audimus Galenum, sed quod ad rem praesentem facit, audimus illum opponentem Soranum quo tempore illa scribebat iam vita functum Iuliano, qui eo tempore in vita esset. Alter autem eiusdem operis Galenici locus (X. p. 909.) huiusmodi est: locuturus de morbo Theogenis philosophi: *ταύτην γάρ*, inquit, *ἔγνωσαν οὐκ ὀλίγοι διὰ δόξαν τἀνθρώπου δημοσίᾳ διαλεγομένου κατὰ τὸ τοῦ Τραϊανοῦ γυμνάσιον ἑκάστης ἡμέρας.* Patet curationem illius morbi Galeni tempore esse factam, qui dein pergit: *ὁ μὲν οὖν θεραπεύων αὐτὸν ἦν εἷς τῶν Σωρανοῦ μαθητῶν, Ἄτταλος τοὔνομα.* E quibus verbis facile efficimus Soranum ante Galenum vixisse, Sorani discipulos Galeni aequales fuisse adeoque lustris aliquot ante Galenum vixisse, vel floruisse Soranum.

Convertimus nos ad Suidam, de cuius tribus Soranis melius iudicare licebit, postquam quae Galenus de Sorano suo dicit audivimus.

Σωρανός, inquit, *Μενάνδρου καὶ Φοίβης, Ἐφέσιος, ἰατρὸς δια-*

τρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ δὲ ἰατρεύσας ἐπὶ Τραϊανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ τῶν βασιλέων, βιβλία τε συντάξας πλεῖστα καὶ κάλλιστα.

Σωρανὸς, Ἐφέσιος, ἰατρὸς νεώτερος. Γυναικεῖα βιβλία δ'. Βίους ἰατρῶν καὶ αἱρέσεις καὶ συντάγματα, βιβλία δέκα· καὶ ἄλλα διάφορα.

Ὅτι Ἀσκληπιόδοτος ὁ φιλόσοφος καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐκμαθὼν τῶν μὲν νεωτέρων οὐδένα ἀπεδέχετο πλὴν Ἰακώβου, τῶν δὲ πρεσβυτέρων μετὰ τὸν Ἱπποκράτην Σωρανὸν τὸν Κίλικα, τὸν Μαλλώτην ἐπίκλην.

Quae de tertio Sorano suo tradit manifesto eiusmodi sunt, ut eum dimittere liceat: non est ille Soranus Galeni, nec Dietzii. De Sorano Mallota nihil novimus, nisi nomen a Suida servatum.

Verum quaerimus rectene, nec ne duos Soranos Ephesios Suidas distinxerit.

Omnia, quae de Menandri et Phoebes filio tradit, congruunt cum iis, quae de Sorano Dietzii novimus; saltem nihil inest, quod repugnet. Hunc Alexandriae studiorum causa διατρῖψαι est probabile. Legimus p. 89. vs. 12. apud Dietz. (mihi p. 106. vs. 7.) ὡς αἱ ἐν Αἰγύπτῳ ποιοῦσιν. Quod tamen non certo demonstrat Soranum in ea regione et Alexandriae degisse; potuit enim ex aliorum sive scriptis, sive sermonibus id didicisse. — At certum est eum Romae artem fecisse: τοῦτο δέ, inquit (p. 198. initio, apud Dietz., mihi p. 172. vs. 11.), μᾶλλον ἐπὶ Ῥώμης γινόμενον θεωρεῖται. Loquitur de re, quam ipse Romae observaverat. Praeterea suo loco videbimus Soranum subinde vocabula Latina usurpavisse. Tempora ab Suida indicata plane conveniunt cum iis, quae e Galeno de nostro Sorano audivimus. Traianus regnavit annis 98—117. p. C. N., — Hadrianus annis 117—138.; — Galenus natus est anno 131. et, licet annus eius obitus non sit cognitus, vixit tamen imperante Septimio Severo 193—211. Soranus Romae artem fecit

quo tempore Traianus et Hadrianus regnabant; eiusque discipulus Attalus ibidem artem fecit Galeni aetate, qui natus est sub finem vitae Hadriani, saltem septem annis ante eius obitum. Omnia haec plane inter se congruunt.

Filius igitur Menandri et Phoebes noster Soranus est, *βιβλία συντάξας πλεῖστα καὶ κάλλιστα*, uti ait Suidas; quam rem infra tractabimus accuratius, et veram esse deprehendemus.

De altero Suidae Sorano Ephesio quid statuendum sit, dictu haud facile est. Narrat eum quatuor libros *γυναικείων* scripsisse. Novimus autem certo Menandri filium *γυναικεῖα* composuisse, quod abunde patebit, ubi de Caelio Aureliano videbimus; sed num opus Sorani nostri aliquando in libros distributum fuerit et in quot fuerit divisum, fortasse non satis tibi apparet. Sumseris igitur fere re ipsa duos Soranos Ephesios fuisse, quorum libri *περὶ γυναικείων* olim circumferrentur, et tamen sunt, quae faciant ut dubitem, num error subsit Suidae affirmationi.

Nempe eodem auctore alter ille Soranus Ephesius conscripsit *βίους ἰατρῶν καὶ αἱρέσεις καὶ συντάγματα* et alia opera. Novimus in editionibus Hippocratis ab antiquo inde aevo circumferri vitam Hippocratis secundum Soranum. In hac vita bis occurrit nomen Sorani; verum hic non fuit Ephesius, sed Cous. Quin vita illa una fuerit e medicorum vitis, quas Soranus conscripsit, vix dubito. Quaerere possis, num inscriptio *κατὰ Σωρανὸν* indicio sit, nos non habere vitam Hippocratis, qualem Soranus conscripsit, sed talem, quae ex ea, quam conscripsit, ab altero nescio quo viro antiquo sit ducta. Credo tamen inscriptionem *κατὰ Σωρανὸν* ideo esse additam, quia illa vita separatim iam antiquitus libris Hippocraticis fuit praemissa, saltem adiecta.

Solent sane vitam Hippocratis nostro Sorano tribuere; quod facit Ideler (Physici et Medici Graeci minores, vol. I. p. 248. seqq.),

contra Suidae auctoritatem, qui ἰατρὸν νεώτερον appellat scriptorem de vitis, sectis, scriptis medicorum. Equidem, licet rem liquido constare non affirmem, item probabile esse existimo Menandri et Phoebes filium illas vitas reliquisse Suidamque falli ubi duos Soranos Ephesios fuisse contendit, quorum alter de morbis mulierum certe egerit.

Haec de Suidae loco sufficiant, pergimus ad Caelium Aurelianum, apud quem p. 75. ed. Almeloven. legimus: „Soranus vero, cuius haec sunt, quae Latinizanda suscepimus." Nimirum summatim Caelius Graeca Sorani in Latinum sermonem convertit; nonnunquam, ubi prima persona Caelius loquitur, ipsum audimus, sed saepius Soranum, cuius verba non semper quidem, sed procul dubio plerumque, sua facit. Caelii Soranus non solum methodicus est, sed vel oratio filii Menandri pellucet in Latinis Caelii. Quin lepido exemplo ostendam idem vitium scripturae in mss., quibus Caelius usus est, item in mss. quibus Dietzius editionem suam superstruxit, apparere. Non semel enim in Dietziana memorantur ἐπιθέσεις morborum, quod manifesto vitium est scripturae pro ἐπιτάσεις. Idem autem legit suo tempore Caelius Aurelianus, qui „superpositiones" fideliter reddit et apud quem adeo p. 500. vs. 14. legere licet: „Quapropter cum adhuc nova .... fuerit passio, nec plurimi temporis, sed in *superpositione* constituta, quam Graeci ἐπίτασιν vocant." — Eiusmodi quid quomodo natum fuerit nunc perspicimus, quia Dietzii Soranum habemus, e quo quid factum sit, constat; antea talia non intellecta sunt, neque intelligi omnino potuerunt. — Eiusdem generis est nominis Ctesiphontis corruptio tum apud Caelium, tum apud Dietzium, de qua vide infra indicem auctorum citatorum. Apparet autem ex his, quam ineptus homo Caelius ille Aurelianus fuerit; apparet simul du-

bium non esse quin Caelii, Galeni, Dietzii Sorani idem ille sint Menandri et Phoebes filius Suidae.

Verum operae pretium est nonnulla e Caelio colligere. Pag. 493: „Sicut, inquit, secundo libro de coenotetis scribens Soranus docuit." De eodem scripto tanquam de libro a se composito loquitur Soranus apud Dietz. p. 23. (mihi p. 33. vs. 10.): ὅπερ, inquit, οὐχ ὑγιές ἐστιν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ κοινοτήτων ἐπελογίσθη.

Apud Dietzium p. 106. vs. 24. (mihi p. 276. vz. 7.) legis: κάρος δὲ καὶ λήθαργος πρόδηλά ἐστιν· ἔτι δὲ τὰ τούτων σημεῖα ἐκ τοῦ περὶ ὀξέων μετάγεται τόπου. Manifesto in postremis his respicit ea, quae scripsit de lethargo lib. II. morborum acutorum (apud Caelium p. 74. sqq.). — Pag. 263. sub finem Dietzio (mihi p. 238. vs. 3.): χρηστέον δέ, inquit, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν γονορροίας καὶ ὀνειρώξεως προγεγραμμένοις βοηθήμασιν. Caput illud περὶ γονορροίας apud Caelium periit (p. 577.), sed p. seq. occurrit id, de quo agitur, „de somno venereo, quem Graeci ὀνειρόγονον appellant." — Certum est Soranum apud Dietzium ad capita, quae partim nunc etiam apud Caelium leguntur, nos dimittere. Patet simul librum nostrum περὶ γυναικείων esse compositum post libros a Caelio nobis servatos. Ubi vero de mulierum satyriasi agit (p. 281. Dietzio initio capitis, mihi p. 256.): Σατυρίασις, inquit, ἐπ' ἀνδρῶν μὲν γίνεται μᾶλλον καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὀξέσι τὸν πολὺν περὶ αὐτῆς λόγον ἐφωδεύκαμεν. Libro III. de mm. acutis (p. 248. sqq.) apud Caelium occurrit illud caput de satyriasi. Notemus iterum patere eius γυναικεῖα post libros de mm. acutis et chronn. esse conscripta. Cum qua re plane congruit quod Cael. dicit (p. 252. vs. 13); nam ibi de curatione satyriasios agens: „vel his similibus, inquit, pessariis, de quibus latius in libris, quos sumus de mulieribus scripturi, docebimus." Vix credo Caelium loqui; verbotenus reddere illum opinor quod

apud Soranum legit. Neque alio modo rem se habere credo p. 298. sub finem, ubi: „Quo modo autem, inquit, lac sanum, vel communiter nutrices sanae probentur, muliebribus libris, quos Graeci γυναικείων vocant, docebimus." — Apud Dietzium p. 171—178. leguntur loci περὶ ἐκλογῆς τιτθῆς et περὶ δοκιμασίας γάλακτος, (mihi cap. XXX. XXXI.).

Non tamen ignoro in quaestionibus eiusmodi tenendum esse, nuper in Bibl. L. B. in cod. Voss. repertum esse fragmentum quod e Caelii Gynaeceis desumptum dicitur et quod ad calcem editionis nostrae proferimus.

Verum lubet duos alios Caelii locos inspicere, quorum alter est p. 353. vs. 12. Agit de paralysi, quae ut curetur causas tollendas esse dicit, et: „item, inquit, si eversio vel inclinatio (ἐκτροπὴ et ἔγκλισις Graece legerit) fuerit matricis, eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut muliebrium passionum libris *docuimus*." De utraque re sermo est in Sorano Dietzii; nam p. 121. (mihi p. 295.) de procidentia uteri caput habemus; eam autem vocat τῆς ἐκτροπῆς περὶ τὴν μήτραν ἀπειλήν, et p. 268. (mihi p. 243.) caput est περὶ παρεγκλίσεως μήτρας. Itaque dixeris pro *docuimus* scribi oportuisse *docebimus*, ut cum supra adlatis haec congruant. Res certa non est; altero enim loco, quem supra innuebam, p. 574. vs. 4., Caelius: „Mulieribus vero, inquit, etiam pessaria adhibenda, quae ad fluorem matricis *responsionum* conscripsimus *libris*, muliebria vitia curantes." Itaque nisi responsionum librorum argumentum solum fuerit tractatio affectionum mulierum, saltem manifesto de hac re in iis sermo fuit; eos autem conscripsit ante libros de mm. acutis et chronn. et fieri potest, ut prior ille, quem antea citavi, locus eodem spectet, ita ut *docuimus* ibi recte scribatur.

Porro Cael. I. 3. pag. 289: „Nam quod neque Deus, Semideus, neque Cupido sit, *libris causarum*, quos αἰτιολογουμένους appellavit, plenissime Soranus explanavit." E quo loco aliud

opus auctoris nostri cognoscimus, quod pathologici fuisse videtur argumenti. — Tum II. 38. (p. 453.) „sicut, inquit, libris *de febribus* (Soranus) docuit." Ecce! iterum titulum operis auctoris nostri memorari videmus!

Ceterum apud Caelium Soranus, ut ita dicam, erat omnia; totus ex eo pendebat: p. 100. vs. 4, eum respicit, cum scribit: „cuius haec sunt, quae nostra mediocritas Latinizanda existimavit." P. 109., in fine cap. XII: „haec sunt, inquit, quae de catalepticis sua potentia Soranus ordinavit." Pag. 139. cap. XXVIII: „Soranus autem, cuius verissimas apprehensiones Latino sermone describere laboramus." Pag. 380. vs. penult. legimus: „Mnaseas vero et Soranus, cuius etiam nos amamus iudicium."

Plura colligere supersedeo: e Galeno et Caelio Aureliano manifesto patet Soranum, quem memorant, esse eundem, quem Dietzius edidit et qui Suidae est Menandri et Phoebes filius.

Eiusdem autem opus olim circumferebatur, cuius reliquiae occurrunt in ms. Vaticano et in Etymologicis, cett. — Darembergius nuper locos eo spectantes collegit, unde tres desumam, ut de titulo, vel saltem de materie libri constet. E cod. suo Vat. Darembergius dedit haec: ad vocem *ἴουλοι* adscriptum vidit: *Ὁ δὲ Σωρανὸς ἐν τῷ περὶ ὀνομασιῶν μονοβίβλῳ ἀπὸ ἰούλου τοῦ πολλὰ καὶ πυκνὰ* (*πολλοὺς καὶ πυκνοὺς* lege) *ἔχοντος πόδας ζῴου ὀνομάζεσθαι αὐτούς φησιν.* — Idem ex Etym. Orionis excerpsit: *Βρέγμα κυρίως ἐπὶ τῶν νηπίων παρὰ τὸ ὑγρὸν εἶναι καὶ ἁπαλὸν τὸ μέρος. Οὕτω Σωρανὸς ἐν ταῖς ἐτυμολογίαις τοῦ σώματος τοῦ ἀνθρώπου.* Ibidem autem in voce *παλαιστὴ* legis in fine loci: *οὕτω Σωρανὸς ἐν τῷ περὶ ἐτυμολογιῶν τοῦ ἀνθρώπου.* Et in voce *φλέγμα*: *οὕτω λέγει Σωρανὸς ἐτυμολογῶν τὸν ἄνθρωπον ὅλον.* Constat igitur opus Sorani exstitisse, quo nominum partium corporis humani etymo-

logiam illustraverit. Num locis adlatis inscriptionem ab ipso auctore libro inditam habeamus; non certo scire nos opinor; sed parum tamen mihi videtur probabile. In indice in Dietzii editione deperditum caput 167. fert titulum: *περὶ κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὀνομασίας πάντων τῶν μελῶν καὶ τῶν στοιχείων.* Non dubito quin in his non habeamus inscriptionem capitis, sed titulum operis ipsius, de quo agimus. Hunc autem esse titulum, quem ipse operi suo Soranus dederit, certo scire quis potest? Fieri posse ut veram operis inscriptionem in iis habeamus, non ego negabo. De materie exemplis relictis abunde constat. Nec dubito, quin hic Soranus idem ille sit Menandri filius, de quo agimus; nam tum e servatis apud Caelium, tum ex opere *περὶ γυναικείων* satis liquet quam studiosus etymologiae nominum tum morborum, tum partium corporis humani fuerit noster.

De alio vero viri opere loquitur Tertullianus de anima cap. 6, ubi: „sed, inquit, nec hic gradus stabit, etiam Sorano, methodicae medicinae instructissimo auctore, respondente animam corporalibus quoque ali, denique deficientem a cibo plerumque fulciri. Quidni? quo adempto in totum dilabitur ex corpore. Ita etiam ipse Soranus plenissime super anima commentatus quatuor voluminibus et cum omnibus philosophorum sententiis expertus, corporalem animae substantiam vindicat, etsi illam immortalitate fraudavit." Vides Soranum methodicum, i. e. nostrum, libros IV. *περὶ Ψυχῆς* composuisse. Capite 14. Tertullianus scribit animam in septem partes divisisse Soranum, quod hic in eodem opere fecerit. Ex aliis autem locis, ubi Sorani mentionem facit, hunc noto: capite 25. Tertullianus loquitur de infantibus perverso situ matrem in partu in periculum adducentibus, qui intus in utero necantur, ne matres damnum accipiant, et dein: „Est etiam, inquit, aeneum spiculum, quo

iugulatio ipsa dirigitur caeco latrocinio, ἐμβρυοσφάκτην appellant de infanticidii officio, utique viventis infantis peremptorem. Hoc et Hippocrates habuit et Asclepiades et Erasistratus et maiorum quoque prosector Herophilus et mitior ipse Soranus, certi animal esse conceptum atque ita miserti infelicissimae huiusmodi infantiae, ut prius occidatur, ne viva lanietur." — Locum maxime ideo adfero, quia *mitiorem* aestimat Soranum aliis, quod non sine causa facit, licet ceterum de instrumento illo apud Soranum, qualem relictum habemus, nihil repererim, neque apud alios id memorari meminerim.

Cyprianus quod sciam solum memorat nomen Sorani Ep. 76. p. 156.

Verum Augustinus adversus Iulianum lib. V. cap. 51. locum auctoris nostri excitat, quem re ipsa in eo legimus: „Tale vero, inquit, aliquid etiam in fetibus humanis posse contingere Soranus medicinae auctor nobilissimus scribit. Nam Dionysium tyrannum narrat eo, quod ipse deformis esset, nec tales habere filios vellet, uxori suae in concubitu formosam proponere solere picturam, cuius pulcritudinem concupiscendo quodam modo raperet et in prolem, quam concipiebat, afficiendo transmitteret." — Accuratius vero idem lib. II. retractationum cap. 62: „Verum, inquit, in huius tanti tamque elaborati operis quinto volumine, ubi commemoravi deformem maritum coniugi suae, ne deformes pareret, proponere in concubitu formosam solere picturam, nomen hominis, qui hoc facere solebat, quasi certum posui, cum sit incertum, quia memoria me fefellit. Hoc autem Soranus auctor medicinae scripsit, regem Cyprium facere solere, sed nomen eius proprium non expressit." Recte sane hoc Augustinus, modo inspicias Sorani περὶ γυναικείων cap. 12. p. 36. Dietzio, mihi p. 51. vs. 15.

Discimus sane ex his celebratissimum antiquo tempore auctorem fuisse Soranum nostrum non solum apud medicos, sed

apud omnis generis eruditos. Redimus autem ad medicos, qui eius meminerunt.

Oribasius (vol. III. p. 369—382. ed. Bussemaker et Daremb.) Sorani Dietziani caput 4. et 5. recepit et titulo *περὶ μήτρας καὶ αἰδοίου γυναικείου* subiungit verba *ἐκ τῶν Σωρανοῦ*. Nuperrimi editores saepissime ad Oribasium excitant Sorani opus *περὶ σημείων καταγμάτων* a Cocchio editum, sed quod fragmentum esse videtur chirurgicorum librorum; itemque saepe dimittunt ad eius librum *de fasciis*, qui editus est in ed. Hipp. et Galeni Chartierii, vol. XII. p. 505. sqq. et de quo idem affirmandum esse dixerim, quod de altero illo.

Apud Aëtium loci occurrunt, qui manifesto Sorano nostro debentur, quippe cuius verba adeo, quemadmodum in Dietziana editione leguntur, ita translata sunt, ut alterum scriptorem ex altero emendare liceat. Tum leguntur in Aëtii *τετραβίβλοις* capita integra e Sorano desumpta. Principio libri postremi *τετραβίβλου* primae leguntur partes capitum, capitula etiam integra, quae methodico nostro debentur, nomine licet non adscripto. Postremo vero libro *τετραβίβλου* quartae plura reperiuntur capita, quae ipse Aëtius profitetur se Sorano debere. Non tamen semper solis his capitum apud Amidenum inscriptionibus fidem habere licet; circumspiciendum erit num oratio, qua loci expressi sint, et materies, quam contineant, cum methodici nostri oratione et doctrina conspirent. Quod quidem infra explorabimus, ubi de singulis capitibus agemus; summatim tamen non dubitandum, quin Aëtius plura e nostro Sorano desumpserit.

Paulus autem Aegineta IV. 59. (fol. 73. Aldinae) *περὶ δρα-*

κοντίων agens: ὁ δὲ Σωρανός, inquit, οὐδὲ ζῷον τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ νευρίου τινὸς σύστασιν οἴεται τὸ δρακόντιον δόκησιν μόνον ἐμποιοῦντος τοῦ κινεῖσθαι, κ. τ. ἑ. — Tum libro VI. cap. 99. (Aldinae) exponens de restitutione humeri fracti primum Hippocratis methodum describit, dein verbis ὁ δὲ Σωρανὸς οὕτως, κ. τ. ἑ. huius rationem tradit, quam nunc describere non attinet. Posteriorem autem locum quin e Sorani chirurgicis Paulus hauserit, nemo sane dubitaverit; alter e quo viri opere ductus sit, nondum reperi. Atque his quidem locis Aegineta Soranum nomine adposito excitat; sunt autem plures alii, ubi manifesto illum sequitur, licet nomen reticeat. Ita cap. 6. libri I. habet quae debentur capiti Sorani mihi XLIII., p. 183. vs. 9. — Eodem libro capite 7. quae de vomitu infanti ciendo dicuntur hausta videntur e cap. LIV., p. 180. vs. ult. cett. — Ibidem cap. 9. vestigia apparent capitis Soranei XL., p. 178. — Eiusdem libri cap. 13. excerptum est e cap. XLV., p. 186. mihi. — Libro III. cap. 63. sine dubio locus σημειωτέον κ. τ. ἑ. (fol. 53. vs. 50. capitis in Aldina) ductus est e cap. L., p. 224. vs. 5. mihi. — Eiusdem libri capite 69. de mola apparet respici cap. LVIII. mihi. Capite autem 70. III. certis indiciis constat Paulum sequi caput LVI. methodici nostri. — Capite 72. III. quae habentur de curatione prolapsi uteri, ubi συστρέμματος illius ἐξ ἐρίου fit mentio, hausta videntur e cap. ultimo nostrae editionis. — Cum capite Pauli 76. III. si conferas Sorani capita LXII. et LXIV, iterum huius apud illum vestigia reperis. — Libri VI. cap. 74. procul dubio descriptum est e Sorani LXV, quin locis pluribus ipsa vocabula methodici legere licet. — Cum capite tandem 75. VI. si compares caput XXII. Sorani, probabile est Paulum scriptorem nostrum in nonnullis sequi, licet item occurrant, quae Soranus repudianda censuit. — Haec de Paulo Aegineta!

Dicendum tandem de Moschione, de quo accurate disputavit eruditissimus C. F. Weber in Dissertatione de Latine scriptis quae Graeci veteres in linguam Graecam transtulerunt. E quo scripto quae de Moschione auctor tradidit hoc loco describam; est enim operae pretium ea novisse quae docet.

„Moschion, inquit Weber, medicus incertae aetatis, in prooemio, quod libello suo *περὶ γυναικείων παθῶν* praemisit, se id opus nescio cuius ex Latina lingua in brevius contractum Graece convertisse ait. Superest vero Moschionis codex Latinus, quo Caspar Wolphius in componenda *γυναικείων* harmonia et [1] Conrad. Gessnerus in scholiis eorundem sunt usi, et supersunt duo Graeci, ex quibus Moschionis librum et Wolphius in gynaeceis et Dewez separatim edidit. Latina et Graeca inter se excepto prooemio in universum consentiunt, et quaeritur, utra sit alterius conversio. Sed bene iam Reinesius, Lambecius, et Dewezius cognoverunt, Latina Moschionis verba recentioris esse aetatis et barbara, optimeque Lambecius demonstravit ea ex Graeco ab homine linguae Graecae parum perito esse translata. Interpres enim ineptus non modo in prooemio ridiculos commisit errores, perperam legens *πολλὰ Ἰουδαίων* pro *πολλὰ ἤδη ὁρῶ*, Philaetio pro *Φιλιατροῦ* et male intelligens vv. *τριάκοντα δύο*, quae voce *Triacontadis* reddit, sed etiam totum prooemium, ut Latinam interpretationem commendaret, ingenio suo immutavit et insulse pervertit. Itaque Lambecius recte iudicat praefationem Latinam, quam speciminis loco infra typis repetendam curavi, *ab homine ineruditissimo adeo absurde, perverse et mutile*

1 In ima pagina Weber adnotat: „Accepit eum a Thoma Guarino Belga, cf. Gynaec. p. 50. Eundem codicem, qui seculi IX esse fertur, Bruxellis in Bibl. publica Burgundina et aliud eiusdem interpretationis exemplum, quod seculo X. scriptum est, Cantabrigiae in Bibl. S. Joannis invenit Daremberg. Cf. Orib. ed. Bussemaker et Daremb. vol. I. p. XXV., cf. Catal. mss. Angl. et Iber. P. II., p. 109, n°. 4157."

ex contextu Graeco translatam esse, ut vix quidquam fingi possit ineptius et a vera auctoris mente alienius. Accedit quod in Latinis multa desunt (C. X. XVIII. CXX. CXXIII. sq. CXLVIII.), quae Graece leguntur, et quod singula alio ordine sunt distributa (c. CXXIV.); raro autem Graecis plura inveniuntur (c. LII. LXXXII. CXXIII. CXXVIII.) eaque levidensia. Mea quidem sententia fetus iste Latinus prodiit ex schola Salernitana, cui complures eiusmodi conversiones debemus, ut constat. Sed et Graeca apparent incorrecta, barbara, obscura, ita ut non sint antiqui, sed recentioris scriptoris, qui seculo fortasse sexto Constantinopoli floruit; inveniuntur enim in iis, quod iam Conr. Gessnerus observavit, vocabula nova eaque barbara et structurae phrasesque insolitae et partim Latinae. Neque scripsit Moschion libellum suum Latine, quod Dewezius opinatur, sed epitomen sive catechismum quendam artis obstetriciae, ex ampliore libro Latino excerptum, ita ut interroganti alicui respondeatur, in usum Graecarum obstetricum Graece convertit. Hinc singula invenimus, quae Latinorum causa ab auctore composita, deinde ab interprete in conversionem translata sunt, c. 2. 129; alia in Latinis falso intellecta, ut c. 133. et c. 140, ubi *callus*, sive *callum* vel *callosus* et *calidus* (θερμότης et θερμαντικὸς) commutata sunt. Ceterum non infitiandum est, similitudinem satis magnam esse inter Moschionis epitomen et Sorani Ephesii librum *περὶ γυναικείων παθῶν* nuper repertum, in doctrina bipartito disposita, in ordine et continuatione praeceptorum, in describendis morbis et in recensendis remediis, ita ut I. Pinoff Soranum a Moschione excerptum et compilatum esse putet; attamen quum Moschion interdum prorsus alia habeat, quam Soranus, suasque observationes a Soranianis diserte distinguat; quum nullo fere in loco Moschionis verba cum Soranianis congruant; quum tota explanandi et docendi ratio in utroque scriptore longe diversa sit, — Moschion sua non ex ipso Sorano

hausisse videtur, sed ex alio eoque Latino scriptore, qui Sorani sane scripto usus librum de mulierum morbis composuit. Is fortasse erat Caelius Aurelianus, medicus seculi, ut videtur, quarti post Christum, qui muliebrium passionum libros scripsit, Soranum saepius commemorat eiusque libros, ut constat, in Latinum transtulit; scholae methodicae addictus est et multa habet, quae cum Moschione concordent. Accedit quod [1] Caelius Aurelianus promisit se in libris muliebribus docere velle, quomodo lac nutricis sanum probetur; indicia vero lactis sani apud Moschionem inveniuntur. Neque obstat quod Soranus in simili re, in remediis lactis crassi, Moschionem laudat, quum is sit alius ac noster, ut iam temporum ratio indicat, et quum alia illius remedia l. l. commemorentur, quam quae apud nostrum c. 83. leguntur, dum Soranus ipse eadem commendat. Denique non praetermittendum est, Moschionem, ut ipse in prooemio dixit, triginta duo capita addidisse, procul dubio post c. CXXIII, ita ut in fine c. CLII. tria capita desint. Haec prioribus fusius et uberius maxima ex parte tractant eadem, quae apud Soranum inde a cap. XCIII. ad finem usque leguntur; sed ne haec quidem cum Soranianis concordant, neque in verbis, neque in explicatione et tractatione; unde

1 Equidem, quod supra significavi, dubito num Caelius promittat, et potius Soranum polliceri credo. Sunt historiae medicinae scriptores, qui putant Caelium fuisse adeo doctum ut scriptores in eius libris citatos ab ipso perlectos esse putent. Hic error inde natus est, quod Soranum Graecum non legerunt. Omnis illa eruditio, illa methodus historica Sorani est, non Caelii; patet ex libro, quem edimus. Ubi Caelius prima persona loquitur, non semper fortasse, sed saepe Soranus loquitur, quem presse sequitur Aurelianus. Constat e fragmento in cod. Voss. Caelium γυναικεῖα scripsisse. Exiguum fragmentum non docere potest quomodo totum illud opus fuerit compositum, sed certum est illud nihil obferre nisi Sorani locos Latine redditos cum aliqua mutatione. Probabilis tamen mihi est Weberi coniectura Moschionem e Caelii Latinis Graeca sua in brevius redegisse.

apparet Moschionem nec in his Soranum ante oculos habuisse. Itaque probabile mihi videtur in priore Moschionis parte nobis Aureliani librum ex Sorano compositum et a Moschione Graecitate redonatum, superesse."

Describit iam Weber exemplaria Graecum et Latinum praefationis Moschionis, quam item utraque lingua legere licet apud Fabr. Bibl. Gr. vol. XII. p. 703. seq. et quam iterum repetere nolo. Verum repetam Weberi verba, quae de praefatione illa subiecit: „Graeca, inquit, ut vides, sunt contorta, abrupta, barbara et ope tantum Latinitatis, ex qua sunt orta, quod vv. ὁπηνίκα συνεχῶς, καὶ ὅπως, τῷ λόγῳ τῆς ἀναγνώσεως, ἔξεστι et alia docent, intelligi possunt. Prooemium enim duabus constat partibus, altera ab initio ex Latino translata, altera, quam interpres de suo addidit, in medio, ubi nomen eius legitur, et in fine. Hinc explicandum, quod in rebus non omnia consentiunt, et quod orationis continuatio hic illic desideratur." — Nimirum nisi teneas in praefatione illa duas personas loqui, merae sunt tenebrae!

Haec nunc de Moschione, quo quidem postea utemur, ut consecutionem capitum, alia cum ea re coniuncta in editione Dietziana diiudicemus. Nunc autem ante alia omnia inquirere lubet in Sorani Ephesii Menandri filii scripta, quae multa et praeclara ab eo relicta fuisse testatur Suidas.

Non repetemus quae supra monita sunt de nonnullorum eius scriptorum titulis et argumento, sed proferemus quae nondum attigimus. In ipsa operis περὶ γυναικείων praefatione auctor profitetur se partem operis, quae agat περὶ τῶν κατὰ Φύσιν, bifariam dividere εἴς τε τὸν Φυσικὸν, ἐν ᾧ σκεπτόμεθα περὶ σπέρματος καὶ ζῳογονίας, καὶ εἰς τὸν ὑγιεινὸν ἅμα καὶ μαιωτικόν. Paulo vero

post ibidem affirmat: τὸν μὲν οὖν Φυσικὸν ἄχρηστον ὄντα πρὸς τὸ τέλος, Φερέκοσμον δὲ πρὸς χρηστομάθειαν κεχωρίκαμεν ἐντεῦθεν.

Itaque opus per se seorsim scriptum fuit illud μέρος Φυσικὸν τῶν γυναικείων. Pag. 10. vs. 17. Dietzio, mihi p. 13. vs. 11., docet semen muliebre πρὸς ζωογονίαν μὴ συλλαμβάνεσθαι, additque: περὶ οὗ διελάβομεν ἐν τῷ περὶ σπέρματος. Pag. vero 11. vs. 24. Dietzio, mihi p. 15. vs. 5: ὡς, inquit, ἐν τοῖς περὶ ζωογονίας ὑπομνήμασιν ἀποδέδεικται. Porro p. 43. vs. 12. Dietzio, mihi p. 62. vs. 1: τοῦτο δέ, inquit, ὡς οὐκ ἀληθὲς ἐν τοῖς Φυσικοῖς περὶ ζωογονίας παρίστημι ὑπομνήμασιν. Ipsa viri verba conquisivi, ut videremus num forte inde discere liceret, quis operi titulus fuerit. At non plane constat utrum unum fuerit scriptum περὶ σπέρματος καὶ ζωογονίας, cuius duo fuerint τμήματα, alterum περὶ σπέρματος, alterum περὶ ζωογονίας, an vero duo fuerint opuscula separata; — quamquam illud mihi probabilius esse videtur.

Supra iam vidimus Soranum nisi plures, at duos saltem libros scripsisse περὶ κοινοτήτων, quos Caelius Aur. citat et de quibus ipse loquitur.

Item vidimus Caelium Sorani libros περὶ ὀξέων καὶ περὶ χρονίων παθῶν Latine reddidisse. Ipse noster eorum capita nonnulla memoravit in opere περὶ γυναικείων παθῶν; v. c. p. 106. vs. 23. apud Dietzium, mihi p. 276. vs. 7, de quo loco iam vidimus. Legimus autem p. 219. vs. 7. Dietzio, mihi p. 200. vs. 3.: ἀνασκευάσαντα δὲ πᾶν ἀρρώστημα ἢ νέον, ἢ χρόνιον, καὶ τὰς μὲν αἱμορροΐδας αἴροντα, ἀναστέλλοντα δὲ τὸν ἔμετον καὶ τὴν ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγίαν, ὧν ἑνὸς ἑκάστου τὴν εἰδικὴν ἐπιμέλειαν ἐκ μέρους μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις θεραπευτικοῖς εἰρήκαμεν, ἀπὸ μέρους δὲ ἐνταῦθα παραδώσομεν. Audimus auctorem summatim loquentem de libris suis therapeuticis. Antea vero iam retulimus de locis p. 262. vs. penult. et p. 281. Dietzio, mihi pagg. 238. vs. 3. et p. 256. vs. 3., ubi de gonorrhoea et satyriasi sermo est.

Novimus Galenum duo Sorani opera excitare de materia medica ipsumque auctorem nostrum eorum mentionem facere p. 256. vs. 22. Dietzio, mihi p. 232. vs. 10. Alio vero loco (p. 149. vs. 4, mihi p. 112. vs. 15.): ὡς, inquit, ἐν τοῖς χειρουρ'γουμένοις ὑπεδείξαμεν. Supra, ubi de Oribasio et Paulo Aegineta locuti sumus, iam constitit de chirurgicis Sorani operibus, s. operum partibus, quas Cocchius edidit. Ideler quoque in physicis suis et medicis Graecis minoribus illa fragmenta de ossium fracturis repetivit, quae Cocchius ediderat. In oratione autem illorum περὶ σημείων καταγμάτων fragmentorum audire mihi videor plane vocem Sorani: p. 248. vs. 4. (apud Idelerum) ὡς δὲ ἔνιοι λέγουσιν, — ibid. vs. 8. ἡ δὲ ποσῶς πλατυτέρα, — p. 249. vs. 34. Ὁ μέντοι Δημήτριος τοῦτο ἐμπίεσμα καλεῖ, — p. 251. vs. 24. μετακτέον οὖν τὴν ἐπὶ ὠμοπλάτης σημείωσιν ὡσαύτως δὲ καὶπὶ τῶν τῆς ἤβης ὀστῶν, — sunt dictiones, quibus similes in opere περὶ γυναικείων passim occurrunt; contra nihil in iis fragmentis chirurgicis reperi, quod Soraneum esse non possit; quod quidem moneo ut significem me non dubitare, quin re ipsa illa fragmenta partem referant τῶν χειρουργουμένων illorum nostri Sorani.

Accedunt illi *Responsionum libri* quorum mentionem fieri apud Cael. Aur. vidimus.

Nondum attigi locum p. 27. vs. 5. Dietzio, mihi p. 38. vs. 12., ubi Soranus: καθάπερ, inquit, ἐν τῷ ὑγιεινῷ διὰ πλειόνων ἀποδέδεικται. Docuit nempe in illo libro ὅτι βλαβερὰ κατὰ γένος ἡ συνουσία. Itaque dixeris fuisse tractatum de sanitate tuenda, de quo loquitur.

De vita Hippocratis supra iam monui; nec nunc plura de ea dicenda habeo.

Itaque Sorani, quae adhuc cognovimus, opera haec sunt:

I. Libri περὶ ὀξέων et περὶ χρονίων παθῶν, qui magnam partem servati sunt a Caelio Latine redditi.

II. Opus de febribus a Caelio commemoratum.

III. Τὸ ὑγιεινόν, de quo Soranus loquitur cap. 9. et 12. apud Dietz., mihi VII. et X.

IV. Libri chirurgici, quorum nec titulum, nec numerum novimus, sed quorum partes in illis fracturarum signis et in libro de fasciis superesse opinor.

V. Liber noster περὶ γυναικείων παθῶν.

VI. Libri responsionum a Caelio citati.

VII. Libri περὶ Φαρμακείας, qui saltem fuerunt quatuor.

VIII. Μονόβιβλον quoddam scriptum Φαρμακευτικόν.

IX. Libri περὶ κοινοτήτων, nisi plures, saltem duo.

X. Libri illi αἰτιολογούμενοι, quos Cael. memorat.

XI. Scriptum περὶ σπέρματος et περὶ ζωογονίας, sive unum fuerit, sive duo opera seiunctim edita.

XII. Opus περὶ ψυχῆς quatuor libris expressum, de quo Tertullianus loquitur.

XIII. Scriptum μονόβιβλον περὶ ὀνομασιῶν, quod περὶ ἐτυμολογιῶν τοῦ ἀνθρώπου alio loco vocatur, cett.

XIV. Βίοι ἰατρῶν καὶ αἱρέσεις καὶ συντάγματα. Qui libri fuerint decem numero Suida teste.

Haec adhuc mihi innotuerunt Sorani Ephesii, Menandri et Phoebes filii opera. Dubitare possis num forte omnia, quae cognosci possint, ego recensuerim. Fieri posse ut plures libri Sorani, s. tituli eorum alicubi lateant, non negabo. Ego nunc maxime demonstrare volui vere Suidam affirmare Soranum συντάξαι βιβλία πλεῖστα, quae num κάλλιστα fuerint nunc ne quaero quidem, sed redimus ad Moschionem.

Ac primum quidem de ipso nomine aliquid in medium proferam. Soranus (p. 184. Dietzio, mihi p. 152.) excitat τοὺς περὶ Μοσχίωνα, unde tuto conficis fuisse medicum satis celebrem eius nominis, qui Sorano nostro antiquior fuerit et de mulierum

affectionibus scripserit. Galenus (vol. VIII. p. 758. Kühnio): καθάπερ, inquit. καὶ Μοσχίων ὁ διορθωτὴς ἐπικληθείς, ἐπειδή τινα τῶν ὑπ' Ἀσκληπιάδου λελεγμένων ἐπανωρθοῦτο. Occurrit praeterea nomen Μοσχίων apud Galenum nullo epitheto addito vol. XII. p. 416., XIII. p. 30., ubi legimus: ἀρτηριακὴ ἡ ἐκ τῶν Ἀφρόδα, ἣ Μοσχίωνος; p. 537., ubi Μοσχίωνος καταγματικὴ memoratur; — p. 646., ubi eiusdem καταγματικῆς fit mentio. Fueritne postremis illis locis memoratus Moschion idem, qui primo citato loco ὁ διορθωτὴς vocatur, an duo diversi fuerint, nescio, neque in re, de qua agimus, magni momenti est. Hoc constat, fuisse antiquo tempore celebrem medicum huius nominis, qui de aliis fortasse rebus, sed saltem etiam de muliebribus affectibus egerit. Unde dubitatio mihi oborta est, num nomen Moschionis in libello, de quo agimus, sit fictum. Nempe insignis illa iactantia, qua in praefatione: ἐγὼ τοίνυν, inquit, Μοσχίων πολλὰ ἤδη ὁρῶ κτέ., et loco iam laudato capitis 151.: καὶ ταῦτα τὰ αἴτια, ἃ ἐγὼ Μοσχίων καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχηγοὶ τεθελήκασι (scribere debuerat τεθελήκαμεν!) ποιῆσαι τοῦ δυσχερεστέρου τόκου, facit ut suspicer obscurum hominem antiquum nomen et celebre sibi sumpsisse, ut miseram opellam suam eo ornaret et aliis commendaret. Non affirmabo id, quod dixi, esse certum, sed suspicionem reticere nolui.

Quisquis autem est ille Moschion recens, e Sorani libro, quem edimus, non statim quidem, sed per intermedium alium ducta sunt plurima, quae tradit, quod statim apparebit, ubi locos in utroque scriptore similes indicaverimus. Res autem haec magni momenti est, quia rerum ordo in editione Dietziana manifesto turbatus est et quia insignis numerus capitum spuriorum Soraneis intermixtus est, ita ut tum ad ordinem capitum pristinum restituendum, tum ad distinctionem spuriorum utriusque libri comparatio plurimum faciat. Ecce! describo tabulam, quam mihi confeci:

Numeri capitum Moschionis ex editione Dewezii Viennae 1793. desumpti sunt; Sorani capita tum ex editione Dietzii, tum e nostra sunt descripta:

Moschion	Soranus Dietzii	Editio nostra.
Praefationis pars, ubi de operis partitione loquitur.	Cap. 1.	Praefatio Sorani.
Cap. 1.	Cap. 2. et 3.	Caput I. II.
" 2.	" 4. pag. 5. 6.	" III. pag. 8.
" 3.	" 4. " 6.	" III. " 9.
" 4.	" 4. " 9.	" III. " 12.
" 5.	" 4. " 10. vs. ult. 11.	" III. " 14.
" 6.	" 4. " 8.	" III. " 10. 11.
" 7.	" 4. " 8. vs. 22.	" III. " 11. vs. 9.
	" 5. " 12.	" 16. vs. 7. seqq.
" 8.	" 4. " 8. vs. penult.	" III. " 11. vs. 11.
" 9.	" 4. " 9. vs. 11.	" III. " 12. vs. 4.
" 10.	" 4. " 9. vs. 4.	" III. " 11. vs. 15.
" 11.	" 4. " 10. vs. 6.	" III. " 13. vs. 4.
" 12.	" 6. Nempe de illo argumento ibi agitur, sed Moschion sua hinc non duxisse videtur.	" IV.
" 13.	Cap. 6. pag. 15. vs. 5.	" IV. " 19. vs. 15.
" 14.	" 6. " 15. vs. 15.	" IV. " 20. vs. 10.
" 15.	" 6. " 16. vs. 3.	" IV. " 21. vs. 9.
" 16.	" 6. " 17. vs. 17.	" IV. " 24. vs. 3.
" 17.	" 6. " 15. vs. 19.	" IV. " 20. vs. 12.
" 18.	" 6. " 16. vs. 5.	" IV. " 21. vs. 11.
" 19.	" 6. " 17. vs. 22.	" IV. " 24. vs. 8.
" 20.	" 6. " 18. vs. 7.	" IV. " 25. vs. 4.
" 21.	" 7. " 18. vs. 19.	" V. " 25. vs. 15.
	" 18. vs 12.	" 25. vs. 9.
	" 8. tenuia horum vestigia apud Moschionem.	" VI.
	" 9.	" VII.

Moschion	Soranus Dietzii	Editio nostra.
Cap. 22.	Cap. 10. pag. 28. vs. 17.	Caput VIII. pag. 41. vs. 1.
" 23.	" 11. " 30. vs. 10.	" IX. " 43. vs. 13.
" 24.	" 12. " 32. vs. penult.	" X. " 46. vs. 10.
" 25.	" 14. " 41. vs. 21.	" XII. " 60. vs. 3.
" 26.	" 15.	" XIII.
" 27.	" 17. " 49. vs. 7.	" XV. " 69. vs. 4.
" 28.	" 17. " 48.	" XV. " 68. vs. 7.
" 29.	" 17. " 49. vs. 1.	" XV. " 68. vs. 12.
" 30.	" 17. " 49. vs. 5.	" XV. " 69. vs. 2.
" 31. }	" 17. " 50. vs. 6. De	
" 32. }	Moschionis cap. 31. solus titulus servatus est. Eius cap. 32. a therapia incipit.	" XV. " 69. vs. 15.
" 33.	Cap. 18. pag. 55. vs. 3. Sola inscriptio capitis apud Moschionem.	" XVI. " 78. vs. 1.
" 34.	Cap. 18. pag. 55. vs. ult.	" XVI. " 79. vs. 5.
" 35.	" 18. " 56. vs. 16.	" XVI. " 80. vs. 3.
" 36.	" 22. " 68.	" XIX. " 92. vs. 11.
" 37.	" 22. " 69. vs. 7.	" XIX. " 93. vs. 9.
" 38.	" 22. " 69. vs. 10.	" XIX. " 93. vs. 12.
" 39.	" 22. " 69. vs. 11.	" XIX. " 93. vs. 13.
" 40. }		
" 41. }	" 22. " 69. vs. 19.	" XIX. " 94. vs. 3.
" 42.	" 22. " 70. vs. 19. Apud Moschionem inscriptio fuerit: τί ἐστιν ὑμὴν ἀμνειός;	" XIX. " 95. vs. 9.
" 43.	Cap. 20. et 19.	" XVIII. et XVII.
" 44.	" 27.	" XX.
" 45.	" 27. pag. 78. vs. penult.	" XX. pag. 98. vs. 12.
" 46.	" 43. " 84. vs. 10.	" XXI. " 99.
" 47.	" 43. " 85.	" XXI. " 100.
" 48.	" 43. " 86.	" XXI. " 101. vs. 14.
" 49.	" 43. " 86. vs. 9.	" XXI. " 101. vs. 16.
" 50.	" 18. " 57. Moschion, vel scriptor Latinus, unde ille sua duxit, h. l. Soranum non sequitur.	" XVI. " 80. seq.

Moschion	Soranus Dietzii	Editio nostra.
Cap. 51.	Cap. 43. pag. 87. vs. 9.	Caput XXI. pag. 103. vs. 5
" 52.	" 43. " 87. vs. 18.	" XXI. " 103. vs. 14.
	Habentur h. l. apud Moschionem excerpta e reliquis capitis Soranei partibus, sed insuper res, quae desumptae videntur e locis Sorani, qui perierunt, saltem ex iis, quae desunt p. 89. vs. 1. (mihi p. 105. vs. 16.).	
" 53.	Cap. 46. pag. 96.	" XXII. " 109. vs. 13.
" 54.	" 46. " 95.	" XXII. " 107. vs. 7.
" 55.	Caput, vel capita Sorani, quae his originem dederunt, perierunt.	
" 56.		
" 57.		
" 58.	Cap. 67. pag. 148. vs. 13.	" XXIII. " 112. vs. 4.
" 59.	" 67. " 148. vs. 14.	" XXIII. " 112.vid.varr. lectt.
" 60.	" 67. " 148. vs. 16. usque ad p. 149. vs. 6.	" XXIII. " 112. vs. 7. usque ad p 113. vs. 1.
" 61.	Mihi non constat e Sorano ductum esse Moschionis caput, quod potius transitum facit ad seq. 62.	
" 62.	Cap. 67. pag. 149. vs. 6. seqq.	" XXIII. " 113. vs. 1.
" 63.	" 69. " 150.	" XXV. " 115.
" 64.	" 69. " 151. vs. 4. seqq.	" XXV. " 116. vs. 4.
" 65.	" 70. " 161.	" XXVI.
" 66.	" 70. " 162. vs. 18.	" XXVI. " 119. vs. 8.
" 67.	" 71. " 163.	" XXVII.
" 68.	" 71. " 164. vs. 17.	" XXVIII.
" 69.	" 72. " 167.	" XXIX.
" 70.	" 72. " 168. vs. penult.	" XXIX. " 149. vs. 7.
	Aliud tempus indicat Moschion quam Soranus.	
" 71.	Cap. 72. pag. 169. vs. 13.	" XXIX. " 129. vs. 13.
" 72.	" 72. " 169. vs. 17.	" XXIX. " 130. vs. 6.
" 73.	" 72. " 169. vs. ult.	" XXIX. " 130. vs. 11.
" 74.	" 77. " 176. vs. 21.	" XXXI. " 140. vs. 15.

Moschion	Soranus Dietzii	Editio nostra.
Cap. 75.	Cap. 72. pag. 170. vs. penult.	Caput XXIX. pag. 132. vs. 5.
" 76.	" 73. " 171.	" XXX. " 133. seqq.
" 77.	" 75. " 178.	" XXXII. " 144.
" 78.	" 75. " 182. vs. 8. ad finem usque capitis.	" XXIX. " 149. vs. 4. cet.
" 79.	" 75. " 179. vs. 20. Inscriptio vitiosa apud Moschionem.	" XXIX. " 145. vs. 12.
" 80. } " 81. }	Cap. 76. pag. 183. Cap. 81. ipsum deest apud Moschionem.	" XXXII. " 150.
" 82.	Cap. 76. pag. 184. vs. 10.	" XXXIII. " 152. vs. 8.
" 83.	" 76. " 184. vs. 16.	" XXXIII. " 152. vs. 13.
" 84.	" 76. " 184. vs. 20. Caput ipsum deficit apud Moschionem.	" XXXIII. " 152. vs. 17.
" 85.	Cap. 76. pag. 185. vs. 6.	" XXXIII. " 152. vs. 10.
" 86.	" 76. " 184. vs. antepenult.	" XXXIII. " 153. vs. 4.
" 87.	" 77. " 185. initio capitis.	" XXXIV. " 154.
" 88.	" 77. " 185. vs. penult. Sed confusio in Moschionis est verbis.	" XXXIV. " 154. vs. 14.
" 89.	Cap. 77. pag. 185. vs. antepenult.	" XXXIV. " 155. vs. 1.
" 90.	" 77. " 186. vs. 14.	" XXXIV. " 156. vs. 5.
" 91.	" 77. " 187. vs. 2.	" XXXIV. " 156. vs. 11.
" 92.	" 77. " 188. vs. 22.	" XXXIV. " 159. vs. 2.
" 93.	" 77. " 190. vs. 7.	" XXXIV. " 161.
" 94.	" 78. " 190. vs. 13.	" XXXV. " 161. vs. 7.
" 95.	" 78. " 191. vs. 1.	" XXXV. " 162. vs. 5.
" 96.	" 78. " 191. vs. 19.	" XXXV. " 163. vs. 4.
" 97.	" 78. " 192. vs. 9.	" XXXV. " 164. vs. 2.
" 98.	" 78. " 192. vs. 21.	" XXXV. " 164. vs. 11.
" 99.	" 78. " 194. vs. 13.	" XXXV. " 167. vs. 4.
" 100.	" 78. " 193. vs. 20.	" XXXV. " 165. vs. 12.

Moschion	Soranus Dietzii	Editio nostra.
Cap. 101.	Cap. 78. pag. 195. vs. 10.	Caput XXXV. pag. 168. vs. 11.
" 102.	" 78. " 191. vs. penult.	" XXXV. " 163. vs. 9.
" 103.	" 78. " 194. vs. 22.	" XXXV. " 167. vs. 13.
" 104.	" 78. " 195. vs. 18.	" XXXV. " 169. vs. 1.
" 105.	" 79. " 196.	" XXXVI. " 169.
" 106.	" 79. " 196.	" XXXVI. " 170.
" 107.	" 80. " 196. vs. 18.	" XXXVII. " 170. vs. 11.
" 108.	" 80. " 197. vs. 4.	" XXXVII. " 171. vs. 8.
" 109.	" 80. " 197. vs. 10.	" XXXVII. " 171. vs. 13.
" 110.	" 82. " 198. vs. 19.	" XXXVIII. " 173. vs. 12.
" 111.	" 82. " 198. vs. 22.	" XXXVIII. " 173. vs. 14.
" 112.	" 82. in fine capitis.	" XXXVIII. in fine.
" 113.	" 83. pag. 200. vs. 6. seqq.	" XXXIX. p. 176. vs. 3.
" 114.	" 83. ibidem.	" XXXIX. ibidem.
" 115.	" 83 pag. 199. vs. 20.	" XXXIX. p. 175. vs. 5.
" 116.	" 83. " 199. vs. ante-penult.	" XXXIX. " 175. vs. 11.
" 117.		
" 118.	" 84. " 201.	" XL. " 178.
" 119.		
" 120.	" 85. 86. p. 203.	" XLI. XLII. " 180.
" 121.	" 87. p. 204.	" XLIII. " 183.
" 122.	De curatione susurri aurium et trismi apud Soranum nihil.	
" 123.	Cap. 88. p. 206. Locus Moschionis pessime descriptus est.	" XLIV. " 185.
" 124.	His capitulis Moschionis ni-	
" 125.	hil respondet apud Soranum; fortasse tamen huius caput 93. (mihi XLVII.) ansam dedit iis, quae breviter Moschion monet.	
" 126.	Cap. 94. p. 203. Non dubium mihi videtur, quin Moschion plura e Sorano hauserit. De suo tamen nonnulla habet, ut opinor.	" XLVIII. " 195.
" 127.	Cap. 123. 124. 125. p. 282. seqq. Certa sunt Soraneorum imi-	" LX. " 257.

Moschion	Soranus Dietzii	Editio nostra.
	tationis vestigia. Monentur autem quae Soranus non habet in morbi curatione.	
Cap. 128.	Caput 122. pag. 281.	Caput LIX. pag. 256.
" 129.	" 110. " 247. Manifesto Soranum sequitur, licet hic de adscensu uteri ad thoracem sileat.	" LI. " 227.
" 130.	Frustra eiusmodi quid quaero apud Soranum.	
" 131.	Caput 118. Inscriptio capitis et nomen morbi in ipso capite apud Moschionem differunt a Soraneis, quorum ceterum apud illum non dubia imitatio.	" LVI. " 245.
" 132.	Caput 119. Rursus inscriptio capitis et morbi in ipso nomen apud Moschionem sunt aliena. Quodsi tamen utrumque compares, Moschion imitari Sorani locum videtur; miro autem modo: τὸ δέρμα, inquit, τῆς γαστρὸς τὸ ἴδιον χρῶμα οὐκ ἔχει, ubi Soranus, τὸ δὲ ὑπογάστριον ὁμοχροῦν. Sed non novisse nos tenendum, quid Moschion apud Latinum scriptorem, (Caelium Aurelianum?), quem sequitur, legerit.	" LVII. " 250.
" 133.	Caput 126.	" LXI. " 264.
" 134.	Quod huic respondeat non reperio apud Soranum, qualis nobis relictus est.	
" 135.	Caput 121. p. 277.	" LVIII. " 251.
" 136.	" 106. " 236.	" XLIX. " 216.
" 137.	" 107. " 240.	" L. " 222.
" 138.	" 114. " 262.	" LII. " 236.

Moschion	Soranus Dietzii	Editio nostra.
Cap. 139.	Caput 115. pag. 264.	Caput LIII. pag. 238.
" 140.	" 116. " 266.	" LIV. " 241.
" 141.	" 117. " 268.	" LV. " 243.
" 142.	His nihil respondet apud Soranum.	
" 143.	Caput 48. p. 101. vs. 15. In iis, quae Moschion h. l. et in seqq. capp. habet, non in omnibus exacte Soranea recepit, sed vix tamen dubium, quin eum sequatur.	" LXII. " 268. vs. 8.
" 144.	Caput 48. p. 101. vs. 24.	" LXII. " 268. vs. 14.
" 145.	" 48. " 102. vs. penult. seqq.	" LXII. " 268. vs. 8.
" 146.	" 48. " 103. vs. 8. seqq.	" LXII. " 271. vs. 2. seqq.
" 147.	" 48. " 103. vs. 8—11.	" LXII. " 271. vs. 2—4.
" 148.	" 48. " 103. vs. 14. Saltem principium capitis Moschionis congruit.	" LXII. " 271. vs. 7.
" 149.	Caput 48. p. 105. vs. 23. Postrema periodus capitis Moschionis non hausta est e Sorano.	" LXII. " 274. vs. 17.
" 150.	Caput 48. p. 104. vs. 22.	" LXII. " 273. vs. 10.
" 151.	" 48. pluribus uno locis, licet Moschion etiam proferat quod non debet nostro.	" LXII.
" 152.	Caput 48. p. 104. sub finem. Saltem nonnulla eorum, quae Moschion tradit, habentur. Tenendum autem capitis Moschionis inscriptionem non respondere argumento descripto.	" LXII. " 273. vs. 15. seqq.

Ecce! contulimus inter se Moschionis libellum et opus Sorani, quod quo consilio factum sit supra est dictum. Unusquisque tamen intelligit fieri potuisse ut ne ipse quidem Moschion, vel

Caelius Aurelianus, quorum aetatem non accurate novimus, Sorani librum in ea viderent conditione, qua ipse auctor reliquit. Maxima igitur est auctoritas Sorani ipsius, qui capite primo apud Dietzium, quod caput non est nisi introductio s. praefatio, nobis significavit, quomodo opus suum in partes distribuerit.

Omnem materiam Soranus distribuit in duas partes, quarum prior eiusque ulterior divisio haec est:

I. περὶ μαίας.
- a. περὶ τῆς γενησομένης.
- b. περὶ τῆς ἤδη γεγεννημένης.

Prior haec pars continet duo solum capita, quae sequuntur post praefationem: apud Dietzium cap. 2. τίς ἐστιν ἐπιτήδειος πρὸς τὸ γενέσθαι μαῖα, et caput 3., quod inscribitur τίς ἀρίστη μαῖα, — mihi sunt cap. I. et II.

Alterius partis argumentum et distributio haec est:

II. περὶ τῶν ὑποπιπτόντων τῇ μαίᾳ.

A. περὶ τῶν κατὰ φύσιν.
- a. περὶ σπέρματος καὶ ζῳογονίας.
  Quam partem alio loco se tractavisse dicit auctor.
- b. ὁ ὑγιεινὸς λόγος ἅμα καὶ μαιωτικός.
  Enumerat locos hosce:
  1. ἐπιμέλεια συνειληφυίας.
  2. ἐπιμέλεια ἀποτεκούσης.
  3. παιδοτροφία.

B. περὶ τῶν παρὰ φύσιν.
- a. περὶ τῶν ὑπαγομένων τῇ διαίτῃ παθῶν.
  1. ἐποχὴ ἐμμήνων.
  2. στραγγὴ κάθαρσις.
  3. πνὶξ ὑστερική.
- b. περὶ τῶν χειρουργίαις καὶ Φαρμακείαις (ὑπαγομένων).
  1. δυστοκία.
  2. πρόπτωσις ὑστέρας.

Tenendum de altera parte operis, maxime vero de ea, in qua exponitur *περὶ τῶν παρὰ φύσιν*, capita in tabula indicata non referre *πίνακα* omnium, sed solum esse indicationem nonnullorum locorum, quos tractabit auctor et qui proponuntur tanquam exempla eorum, quae exspectari poterunt.

Quicumque Sorani praefationem legit, sentit fieri non potuisse, quin auctor in opere componendo sequeretur ordinem, quem in introductione sibi proposuisset. Cuius quidem rei notas reperimus manifestas. In capitis 7i Dietziani fine, p. 20. (mihi c. V. p. 28.): *εἰ δὲ πλείων*, inquit, *ἡ κάθαρσις τῆς δυνάμεως εἴη, ἥ τισιν ἔμπαλιν ἐπέχοιτο παρὰ φύσιν, τότε χρεία θεραπευτικῆς ἐπιμελείας, ἣν ἐν τῷ περὶ τῶν παρὰ φύσιν λόγῳ συντάξομεν.* Caput 16., p. 44. (mihi XIV. p. 68.) eo loco legitur, qui ordinis descriptioni in praefatione respondet. Apparet Soranum viam, quam iturum esse se professus erat, re ipsa sequi. Quodsi iam legere pergas, animadvertis omnia, quod attinet ad capitum consecutionem, satis bene procedere, donec pervenias ad finem capitis Dietziani 20i (p. 63.), ab eo vero inde perturbationem esse insignem. In Moschionis libello materiae distributio et capitum consecutio melius congruit cum Sorani de hac re in praefatione monitis quam cum decursu operis in editione Dietzii. Quae vero adhuc scripsimus viam sternunt ad ulteriorem investigationem. Itaque nunc singula capita, quemadmodum in Dietziana sibi subsequuntur, deinceps perlustrabo, ut quid servandum, quid reiiciendum, quid corrigendum sit in singulis investigemus. Quo facto ad alia transibimus. Ceterum lectorem admonitum cupimus, sequentia intelligi recte solum posse ab eo, qui editionem Dietzianam manibus teneat; nimirum id nunc ago, ut quare quemadmodum fecerim textum constituerim, declarem, quod, nisi profisiscar a textus Dietziani recensione, fieri plane nequit.

De capite primo et secundo nihil dicere attinet. Quae corrigenda erant in ima pagina indicavi locis singulis in adnotatiunculis textui Graeco subiectis.

E capite tertio eiicienda visa sunt verba p. 5. vs. 2.: *ἥσυχον δὲ ἔχουσα θυμὸν, ὡς πολλῶν τῶν ἐν τῷ βίῳ μυστηρίων μετέχειν μέλλουσαν.* Nempe cap. 2., p. 3. vs. 13., de ea, quae apta obstetrix futura sit, iam monuit: *κόσμιος δὲ διὰ τὸ μέλλειν οἰκίας πιστεύεσθαι καὶ μυστήρια βίου.* Hinc, puto, illa a recentiore desumpta perperam in textum illata sunt.

De capitibus 4° et 5° haec observo. Coniunxi in unum: inscriptio p. 5. apud Dietzium obvia mihi ab auctore data esse videtur, quae p. 12. legitur, recens. Ipse Sor. sub fin. cap. 3.: *δεήσει*, inquit, *πρῶτον τὴν Φύσιν τῶν γυναικείων διηγήσασθαι τόπων*, et p. 14 in fine capitis 5i: *ὑποδεδειγμένης δὲ τῆς Φύσεως τῶν γυναικείων μερῶν κ. τ. ἑ.* Separatim autem edi solent duo haec capita, v. c. ad calcem editionis Aretaei Goupyli, apud Ideler., apud Oribasium. Ipsius tamen Sorani verba, quae attuli, et inscriptio p. 5. apud Dietzium aperte docent scriptorem uno capite comprehendisse muliebrium descriptionem. — Videndum est de loco, ubi libri discrepant: p. 6. vs. 8.: *κεῖται δὲ (ἡ ὑστέρα) ἐν τῇ τῶν σπλάγχνων εὐρυχωρίᾳ ἐντὸς τοῦ περιτοναίου μεταξὺ κύστεως καὶ ἀπευθυσμένου ἐντέρου.* Alia lectio est *ἰσχίων* pro *σπλάγχνων*, quam veram scripturam esse quivis videt. Sed in eadem lectione, quam Orib. etiam sequitur, omittitur *ἐντὸς τοῦ περιτοναίου*. Certum est uterum non in cavo peritonaei, ut hodie dicimus, situm esse; nec tamen certum Soranum non scripsisse *ἐντὸς τοῦ περιτοναίου*, sive quia uterus peritonaeo obductus eoque comprehensus est, sive quod ea de causa intro in cavum membranae prominet. Facile fieri potuit, ut recentiores illa verba omitterent. Moneo autem, quia multum dubitavi quam rationem tenerem, necdum plane certus sum ista expellenda esse. — P. 8. vs. 4. *συστελλομένη μὲν ὑπὸ τῶν*

ψυχόντων, χαλωμένη δὲ ὑπὸ τῶν ἀραιούντων, in quibus species τῶν στυφόντων, i. e. τὰ ψύχοντα, miro modo opponitur generi τῶν ἀραιούντων. Itaque de meo στυφόντων pro ψυχόντων exhibui. — Post ἀραιούντων, p. 8. vs. 6., apud Dietzium legis: ἐντεῦθεν καὶ δι' ἄλλας μὲν αἰτίας, καὶ διὰ ταύτην ἐκ μὲν γερόντων νέαι φασὶ συλλαμβάνουσιν, ὅτι δ' δακτύλους ἀφέστηκεν αὐτῶν τὸ στόμιον ἀπὸ τῶν πτερυγωμάτων, ἐκ δὲ νέων πρεσβύτιδες οὐκέτι, ὅτι πολὺ τὸ στόμιον αὐταῖς ἀφέστηκεν ἀπὸ τῶν πτερυγωμάτων ὑπαναβεβηκός. Absunt haec e contextu aliorum et Oribasii, neque h. l. congruunt. Probabile est illa referre adnotationem recentem ad verba τούτων δὲ ἀφέστηκε — πέντε ἢ ἓξ δακτύλους p. 8. vs. penult., seqq.; quod Daremb. recte vidit. — Pag. 10. vs. 11. Ὁ σπερματικὸς πόρος κ. τ. ἑ. Cum apud veteres hoc nomen legis, tubam cogitas; non tamen est. Sorani σπερματικὸς πόρος est ligamentum ovarii cum ligamento rotundo. Quid vero illi sit ὁ ἀνακρεμαστήρ, non satis est perspicuum. Video Daremb. dubitanter dicere esse partem ligamenti lati; fateor mihi quoque potissimum eam partem significare videri Soranum, maxime propter eius narrationem de prolapsu partis, quem vidit. Minime capio quid sint eius στολίδες πιλοειδῶς ἐνδεδιπλωμέναι, quas ἐν ἀτόκοις utero inesse dicit.

De capite 6° nihil nunc observandum habeo. Lacunas manifestas, ut potui, explevi. De loco e cap. sequenti huc retracto ad textum ipsum monui.

Neque de capite 7° quidquam moneo post ea, quae ad textum breviter annotavi.

In octavo sub finem, p. 21. locus est περὶ τοῦ προνοητικοῦ τῆς φύσεως, cum quo cf. Cael. Aurel. p. 524.: „Cum enim, inquit, nullus cupiditati modus, nulla satietatis spes est, singulis Sparta non sufficit sua, tametsi sic nostri corporis loca divina providentia certis destinavit officiis."

Nono capite p. 26. vs. 8. abieci verba: ταῖς δὲ διόδοις τοῦ

πνεύμονος πέφυκε συνεπακολουθεῖν. Primum dicam codicem Parisiensem pro πνεύμονος ferre πνεύματος. Tum vel sic scriptus locus scholion recens mihi esse videtur; non minus suspectus mihi est quam qui p. 26. vs. 3. occurrit: τοῦτ' ἐστὶν εἰς τὴν ἀπαραπόδιστον τῶν ἐμμήνων ἀπόκρισιν, quem item repudio.

De decimo capite nihil nunc habeo annotandum.

De capite 11°, quod est caput 8. XVI. Aëtii in ms., quo usus est Dietzius, et 7. XVI. in Aëtio Latino, summatim affirmo textum ita se habere, ut multa inesse vitia pateat, restitutio vero pluribus locis haud certa videatur. De nonnullis aliquid h. l. moneo. Cum iis, quae leguntur apud Dietzium p. 30. vs. 1., conferri debet Aëtius, ubi: καί, inquit, μήτε ἀνδρώδεις καὶ πυκνὰς τὴν ἕξιν καὶ κατασκλήρους, μήτε ἄγαν ἐκλελυμένας καὶ καθύγρους. Apud Moschionem legis cap. 23.: καὶ πᾶν τὸ σῶμα οὐ πάνυ σκληρόν. Quapropter καὶ [σκληρὰς] ἢ παχείας dedi et paulo post πολλὴν [πυκνότητα καὶ] σκληρίαν exhibui. — De coniectura [κεκτημένας] intuli; mavisne ἐχούσας? non adversabor, sed aliquid eiusmodi sine dubio periit. — Tum post ἢ δι' ὑπερτετμένην ἔκλυσιν καὶ ἀτονίαν manifesto aliquid excidit; nam τὸ μὴ δέχεσθαι ῥᾳδίως τὴν πρόσφυσιν τοῦ σπέρματος omnino densi ac duri est uteri; resoluti vero et debilis est semen receptum brevi dimittere, (vid. cap. 115. p. 264. vs. 9.); quare supplevi [πάλιν αὐτὸ ἀφιέναι]. — De loco corruptissimo p. 30. vs. ult., οἱ δὲ καὶ τὰς μήτε κ. τ. ἑ. dimitto ad textum cum subscriptis. Multum abest ut credam me Sorani verba ipsa redintegrasse; feci quod potui. Maxime suspectam scripturam me iudice reddunt primum verba Εὐήνωρ δὲ καὶ Εὔφρων ἐπὶ διφροῦ μαιωτικοῦ καθίσαντες τοῖς αὐτοῖς ὑπεθυμίασαν (p. 31. vs. 14.), tum illud φησί (ibid. vs. 13.) Equidem scilicet non video quo modo ista Εὐήνωρ κ. τ. ἑ. cum ceteris coniungam. Daremb. in iis coniecit Εὐρύφων pro Εὔφρων, collato Cael. Aurel. p. 115.; et est sane tum propter auctores, qui citantur, tum

propter formam μχιωτικοῦ, per ω scriptam, probabile ipsius Sorani verba esse. Quomodo vero cum ceteris connecti debeant aut possint, non perspicio, adeo ut ad imam paginam textus relegaverim. Quod attinet ad φησί, equidem in φασί mutavi, quia contextus, qualem habemus, numerum singularem non fert. Non tamen diffiteor me potius suspicari alia vitia, de quibus non constet, in causa esse cur illud φησί ferri non possit, quam ut e φασί natum esse credam. — Memorantur tandem οἱ πόροι οἱ λόγῳ θεωρητοί. Eorundem vero in hoc ipso Sorani opere aliis locis fit mentio et apud Cael. Aurel. p. 116., ubi: „per vias, inquit, mente sensas, quas λογοθεωρήτους (sic) appellant," et p. 587. „Alii aiunt vias esse latentes, quas λογοθεωρήτους (sic) appellant."

De capitibus duodecimo et tertiodecimo post ea, quae ad textum adscripta sunt, nihil amplius nunc adnotandum habeo.

In capite 14° (Aëtii ms. 9. XVI., Latini 8. XVI., apud utrumque anonymo) statim p. 40. vs. 12. τοῦτ' ἐστὶν ἀπόκρυψις glossema est, quod expulimus. Tum eadem pag. vs. penult. ὡς τὴν πρώτην et ὡς τὴν δευτέραν sunt additamenta aliena, quibus demptis quomodo locum describendum opinemur e contextu liquet. P. 41. vs. 23. uncis intersepta leguntur apud Dietzium verba e sola ora ms. P. desumpta, quae aliena sunt a Sorani textu; signa ibi tradita partim indigna sunt Sorano, partim paulo post ipsius scriptoris oratione expressa leguntur. Quae porro apud Dietzium p. 42. vs. 14. ad finem capitis usque leguntur item tam absurda sunt, ut nemo talia a methodico nostro exspectet.

In capite autem 15° (p. 43. Dietzio.), cum quo conferri debet Aëtii cap. 10. (Latini 9.) XVI., verba vs. 18. καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἄρρενος — ἐν τοῖς εὐωνύμοις vs. 21. Sorani non sunt. Hic enim aperte docet falsam esse opinionem alterutrum sexum ex alterutra parte uteri provenire, e quo placito monita ista

de vasis plane dependent. Quae porro leguntur p. 43. vs. ult., *τὴν μὲν γὰρ εὔχροιαν — ἀργίκν* p. 44. vs. 3., adnotationem referre videntur ad ea, quae principio capitis ex Hipp. scripta occurrunt, neque ab auctoris nostri manu profecta esse. De illo *πρότερον ὑπὸ Ἱπποκράτους δέδεικται* iudicium ferre est difficile. Omitto, quia pannum refert lacerum a vicinis, cum quibus olim cohaeserit, distractum. Num forte verba indicio sint plura vitia inesse quam hodie cernere liceat, non distinguere valeo. Sine dubio spuria sunt, quae reperiuntur p. 44. vs. 6., *ἀψευδέστατον κ. τ. ἑ.* ad finem capitis usque. Primum enim signum ex pulsu manus dextrae Sorano tribui non potest, quia uterum bicornem esse diserte negat; tum signa ex urina desumpta magis sunt ridicula quam ut talia auctori nostro tribuas.

Cum capite 16° conferri debet Aëtii Latini caput 12. XVI., quod ex Aspasiae scriptis desumptum est, uti in inscriptione significatur. Pag. 45. vs. 10. verba *καθόλου δεῖ μόνας τηρεῖν* sine nexu cum vicinis inferuntur. Credo esse adnotationem lectoris, quae in textum irrepsit. Is, qui eam adscripsit seorsum teneri voluisse videtur recens gravidas, ne sermonibus imprudentibus in animi pathema aliquod inciderent, nisi forte ad abstinentiam ab amplexu verba illa spectent. Eadem pag. vs. 15. eieci *ῥύσιν αἵματος διὰ ῥινῶν καὶ αἱμορροΐδος ἢ ἄλλου τόπου.* Item reieci vs. 17. *καὶ διὰ πυρετὸν δὲ σφοδρὸν καὶ ῥῖγος καὶ σπασμόν.* Prior ille locus ex Aspasiae illis apud Aëtium ductus videtur; alter cum suo *καὶ — δέ* adnotationem lectoris referre. Neuter autem congruit cum Soraneis. Auctor noster loquitur de iis, quae quis vitare possit, nisi semper, at plerumque, vel saltem saepius; sed quomodo quis sanguinis fluxus illos vitare, vel febrem et rigorem et convulsionem effugere possit, nisi argutari velis, non liquet. De ceterorum plurimis loquitur noster cap. 19°, ubi lectorem ad hoc dimittit; vid. p. 62. vs. 11. *τὰ ἐναντία ποιεῖν οἷς ἔμπροσθεν* (i. e. hoc

ipso, de quo agimus, capite) εἰρήκαμεν. In reliquis nihil animadverti, quod Sorano abiudicandum sit.

Ad caput 17um conferri debet XVI. 10. Aëtii Latini, quod e Galeno se duxisse profitetur. Principium tamen capitis cum Soranei initio congruit et cum solita scriptoris nostri ratione adeo conspirat, ut ex hoc desumptum esse pateat. Pag. 49. interpolata sunt apud Dietzium ex Aëtio: vs. 8. ναυτία — ἢ φλέγματος, vs. 10.; tum vs. 13. δυσχροοῦσι καὶ δυσαρεστήσεις; denique vs. 22. σιελίζουσι — συμπτωμάτων p. 50. vs. 6. Cum quibus omnibus confer Gal. de causis symptt. (vol. VII. p. 133. Kühn). Apud Aëtium e Galeno, ut ait, commendantur talia, quae aperte τοῖς ἑτεροδόξοις tribuuntur a Sorano (p. 53. vs. 8. seqq. Dietzio), qui illa, ut pote ἀμέθοδα et noxia, damnat.

In capite vero 18vo p. 57. vs. 12. locus τὰ προσεμπίπτοντα — συναλείφεσθαι vs. 14. et vs. 17. ὅθεν καὶ — τὰ προσεμπίπτοντα, vs. antepenult. cum vicinis non cohaeret. Unde ista ducta sint, non reperi, sed manifesto interpolata sunt et e textu abigenda.

Explorandum iam est caput 19um, quod comparare oportet cum capitibus 16. 17. 18. XVI. Aëtii Latini, quorum 16. et 17. anonyma sunt, 18vum vero „ex Aspasia," ut fert inscriptio, haustum est. — Ac statim quidem duo notemus: primum Soranum postremis verbis capitis antecedentis aperte dicere, se de materie, quae in nostro hoc capite tractatur, esse scripturum, idque eo loco, quem caput 19um re ipsa occupat; tum notemus pluribus locis certissima occurrere indicia partes saltem non paucas huius capitis omnino a Sorano esse relictas. Constat nempe ex initio capitis, ubi quid ἀτόκιον, φθόριον, ἐκβόλιον sit, significat; constat porro e locis, ubi manifesto respiciuntur quae in praecedentibus capitibus auctor noster tradidit; constat e formula p. 64. vs. 12. εἰ καὶ μὴ ἐπὶ στεγνοπαθούσης; constat tandem ex aliis locis, ubi nostri scribendi ratio statim agnoscitur. Summatim dubium non est, quin caput Sorano debeatur;

attamen num quid alienum insit et quid interpolatum sit, videndum erit. Quod ut fiat, comparabimus caput nostrum cum Aëtii capitibus supra indicatis.

Apud hunc cap. 16. XVI. contractum legimus id, quod apud Dietzium occurrit p. 58. vs. 4., τινὲς τῶν — ἀτοκίων ibid vs. 14.; dein id, quod respondet duobus versibus primis p. 58. Observandum autem duos illos versus principio capitis, 19i Dietzii, ita cum iis, quae post ἀτοκίων vs. 14. habentur, cohaerere, ut a Soraneis his divelli non possint. Ab εἴπομεν autem, p. 58. vs. 14. inde, usque ad ἀναγκαῖον, p. 59 vs. 15., satis magnum offendimus locum, cuius vestigium nullum apud Aëtium. Pergit hic cap. 16° XVI. in iis, quae apud Dietzium legis a verbis p. 59. vs. 15. δεῖ τοίνυν usque ad ἕλκουσιν· p. 60. vs. 13. Duo postremi versus Aëtii paulo aliter se habent quam apud Soranum Dietzii. Ceterum e comparatione huius capitis Aëtii cum Dietzianis, emendari poterunt nonnulla: p. 58. vs. 12. διαφθεῖραι τὸ ἔμβρυον τολμῆσαι ἢ ἐκτέμνειν, — p. 60. vs. 2. et 3. ψιμυθίου pro ἀψινθίου legendum erit.

In cap. 17° XVI. Aëtii obviam veniunt formulae medicinales, quae leguntur apud Dietzium a pag. inde 60. vs. 14. et quas inter se comparare oportet. Primum in formula p. 60. vs. 14., πίτυος φλοιὸν — συνουσιαζέτω vs. 17. ibid., Aëtius vs. 15. legit μετὰ οἴνου στεμφυλίτου. — Formula sequens apud Soranum obvia non reperitur apud Aëtium, sed apud hunc legimus eas, quas Soranus habet p. 60. vs. 20., ἢ σιδίων νεαρῶν — καταμηνίων ibid. vs. 23.; tum sequitur formula p. 60. vs. 25. ἢ κηκίδος ὀμφακίνης — ἐν μέσῳ p. 61. vs. 1., quae apud Aëtium mutilata est. Legitur dein formula p. 61. vs. 1., ἢ ἰσχάδων — προστίθει ibid. vs. 2. Aëtius οἴνου legit pro νίτρου, sed eius scriptura deterior est. Porro apud Aëtium habemus formulam p. 61. vs. 16. Dietzio, ἢ κυτίνων — πείρας p. 61. vs. 22.; Aëtius aut post μίαν ἡμέραν legit εἶτα ὑφαιρείσθω, aut pro καὶ

οὕτως legit καὶ ὑφελομένη. Reperimus dein apud Aëtium aliis verbis expressum monitum p. 61. vs. 7., ὀπὸν κυρηναϊκὸν — ἐπισπώμενον p. 61. vs. 8.; — tum formulam p. 61. vs. 9. ἢ ὀποπάνακος — καταπίνειν vs. 10.; alius autem, sed non melior est rerum ordo; tum habet πηγάνου φύλλων; tandem post κηρῷ legit καὶ ὡς κυάμου μέγεθος, quod in loci scriptura apud Dietzium omissum esse videtur. — Quae sequitur formula apud Aëtium est eadem, quae legitur apud Dietzium p. 61. vs. 22., ἢ ἁλόης — καταμηνίων vs. penult; Aëtius vs. 23. legit ∠ γ′; tum μετ' οἴνου apud eum omissum est. Praeceptum de aqua fabrorum ferrariorum p. 61. vs. penult. occurrit usque ad καταμηνίων p. 62. vs. 1. Reperimus item in Aëtio Latino p. 852. vs. 25. diversam scripturam formulae p. 61. vs. 16., ἢ κυτίνων κ. τ. ἑ. Reliqua vero, quae apud Aëtium leguntur, non apparent in Sorano Dietzii.

Videndum tandem de cap. 18. XVI. Aëtii, quod refert ea, quae leguntur apud Dietz. p. 62. vs. 10., γενομένης κ. τ. ἑ. Locum persequi licet usque ad p. 63. vs. 19. παλαιοῦ. Variae lectt. cernuntur in formulis, praesertim in ponderum significatione, v. c. p. 63. vs. 10. ∠ ε′. pro οὐγγ. ε′. Porro Aëtius p. 853. vs. 13.—15. formulas habet, quae apud Soranum non apparent. Tum apud Aëtium habentur quae respondent Soraneis, p. 63. vs. 19. μὴ διαλυομένου — ἐκτιτρώσκει p. 64. vs. 14. — Observamus εἰ καὶ μὴ ἐπὶ στεγνοπαθούσης apud Aëtium suppressum esse, qui pergit p. 65. vs. 10. Dietzio, εἶτα κ. τ. ἑ. — Post ἀγαρικοῦ p. 65. vs. 15. ponderis significatio nulla; quod animadversione dignum propter ἑξάγιον, quod ponderis nomen multo recentius est quam Sorani tempora, sicuti observavit Cats Bussemaker (Gids. p. 464.) In formula sequente item pondus non indicatur post ζζ. p. 65. vs. 18.; nec post ἢ θύμου κορύμβων. Quod autem ibi apud Aëtium legitur, inferendum erit in locum Sorani Dietzii, vel lacuna notari debebit,

Pergit dein Aëtius usque ad ἐπιθέμασι p. 66. vs. 21. Tandem apud eum versus legis quatuor, in quibus formulae risum moventes, quas Soranus Dietzii ignorat. — Notemus denique, formulam p. 66. vs. ult., ubi ῥαβδίον μέλανος ἐλλεβόρου memoratur, ductam esse e pseudo-Hipp., lib. I. de mm. mull. mihi p. 644. vs. 14. vol. II.

Τούτων οὖν προδιακεκαθαρμένων, ut Soranea formula utar, redimus ad principium capitis Soranei apud Dietzium, ut quid servandum, quid repudiandum, quid illustrandum se praeterea offerat videamus.

Cum p. 58. principium eius persequimur, statim offendimus vs. 5., — in verbis τινὲς τῶν γυναικῶν — τολμῆσαι vs. 13., — locum, qui inepte inter antecedentia et sequentia est interpositus. Tum p. 59. vs. 4. τουτέστιν — ἐγκειμένης vs. 10. ibidem est scholion adscriptum ad οἱ δὲ μετὰ διορισμοῦ συντάσσουσιν αὐτά; quod scholion non pauca continet, quae item loco p. 58. interpolato illo leguntur. Quin nonnulla in scholio potius quam quae loco aberrante p. 58. reperiuntur Sorani nostri orationem repraesentant. Qui iam textum, quem dedi, cum Dietziano conferet, videbit me e loco p. 58. indicato et e scholio p. 59. obvio composuisse quae post ὑποδείξομεν p. 59. vs. 13. intuli ; in fine autem horum adieci ἢ ἐκτέμνειν ex Aëtio. — Verbis p. 59. vs. 15. οὓς εἰρήκαμεν ἐπιτηδείους εἶναι καιροὺς πρὸς σύλληψιν, Φυλάττεσθαι χρή manifesto auctor noster respicit quae p. 33. Dietzio docuit; quae si conferas, vides p. 59. vs. 17. οἷον, ἀρχομένων ἢ ληγόντων τῶν καταμηνίων ineptum esse scholion, quod Sorani monitis adversatur. — Legere pergimus et usque ad ἕλκουσιν p. 60. vs. 13. nihil reperimus, quod offendat, vel Sorani esse non possit.

De formulis, quae p. 60. vs. 13. inde a verbis μνημονεύσομεν δὲ ἐνίων καὶ κατ' εἶδος usque ad ἅπασι δὲ χρώμεθα μετὰ τὴν ἀπόληξιν τῶν καταμηνίων p. 61. vs. 6. occurrunt, observo

vix satis congruere postremum hoc monitum, post menstruationis cessationem his remediis utendum esse, quod p. 60. vs. 3. item legitur, cum Sorani verbis antecedentibus, ubi sermo est de iis, quae ante mulieris cum viro congressum adhibenda sint. Quum tamen verba *μνημονεύσομεν δὲ ἐνίων καὶ κατ' εἶδος* Sorani esse videantur et in formulis ipsis nihil insit, quod auctor noster praecipere non potuisse videatur, ista reiicere non ausim.

De iis, quae leguntur p. 61. vs. 6., *ἐνίοις δὲ δοκεῖ κ. τ. ἑ.* usque ad *φαίνονται ψευδῆ*, p. 62. vs. 10., haec monenda habeo. Post formulas potionum occurrit p. 61. v. 15. praescriptio urinae mulae, quae satis absurda; tum sequitur formula suppositorii, quod remedium commendatur verbis *ἔστι δὲ ἀδιάπτωτον ἐκ τῆς πολλῆς πείρας*, cuiusmodi commendationem Sorano non facile tribuis; tum vero miro modo suppositorii mentio infertur inter medias potionum formulas. Potio cum aloë p. 61. vs. 22. seqq. non est nisi scriptura diversa formulae, quae paulo ante vs. 12. seqq. legitur; aqua fabrorum ferrariorum praescribitur quoque apud Cael. Aurel. p. 452., quare hanc formulam retineo; reliquae, de quibus postremo dixi, a nostro alienae visae sunt. Quod contra p. 62. vs. 1. scribitur, *ταῦτα δὲ κ. τ. ἑ.* usque ad *ψευδῆ* ibidem vs. 10., Sorani orationem refert. Verbis autem *καθ' ἡμᾶς δὲ πλείων ἐστὶν ἡ ἀπὸ τούτων κάκωσις, φθειρόντων μὲν τὸν στόμαχον πληρούντων δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ συμπάθειαν ἐπιφερόντων* respicere eum dixerim monita paginae 61. vs. 6. seqq. de succo Cyrenaïco solo, de eodem cum opopanace et rutae semine, — de violae albae semine, ceteris. Quapropter retinui haec usque ad *μετὰ ὀξυμέλιτος* p. 61. vs. 15. et praescriptum aquae fabrorum ferrariorum. — Reieci dein quae sequuntur eadem pag. vs. 16., *φασὶ δὲ κ. τ. ἑ.* usque ad *τῶν καταμηνίων* p. 62. vs. 25., superiora illa coniungens cum sequentibus.

Transit iam Soranus p. 62. vs. 10. ad alteram capitis sui

partem, qua docet quid conceptione facta agendum sit. Vidimus quidem supra eadem occurrere in cap. 18. XVI. Aëtii, quod „ex Aspasia" desumptum dicitur, sed hoc sane minime valet de his, quae primum h. l. leguntur; nam *περιπατούσης εὐτόνως* refertur ad id, quod p. 46. vs. 20. legitur, *περιπάτῳ σχολαίῳ τε καὶ κούφῳ καὶ ὀλίγῳ*. Tum *καὶ διὰ ζευκτῶν κατασειομένης* vs. 13. p. 62. respicit ad p. 46. vs. 19., *τὴν γὰρ διὰ τῶν ὑποζυγίων (ἀιώραν) ὡς κατασείουσαν ἰσχυρῶς ἀποδοκιμαστέον*. Quod p. 62. vs. 14. sequitur, *καὶ πηδᾶν καὶ βαστάζειν τὰ ὑπὲρ δύναμιν βάρη*, opponitur dictis p. 45. vs. 13., *βάρους ἄρσιν, πηδήματα*, a quibus cavendum. Monitum p. 62. vs. 16., *καὶ τὴν γαστέρα λαπάττειν κ. τ. ἑ.*, oppositum est *τῇ κοιλιολυσίᾳ*, quae vitanda sit, p. 45. vs. 15. Quae habet p. 62. vs. 19., *καὶ τριβομένην εὐτόνως καὶ μάλιστα περὶ τὸ ἐφήβαιον καὶ τὸ ὑπογάστριον καὶ τὴν ὀσφύν*, aperte referuntur ad monitum p. 45. vs. 25., *παραιτεῖσθαι δὲ καὶ τὴν ὑπογαστρίου τρίψιν*. Quod legis p. 62. vs. 21., *καὶ τοῖς λουτροῖς ἐγχρονίζουσαν*, contrarium est eius, quod in contrario casu praecipit p. 47. vs. 13., *βαλανείῳ χρῆσθαι θερμοτέρῳ . . . χωρὶς ἐγχρονισμοῦ κ. τ. ἑ.* — Vides quam certum sit haec Sorano abiudicari non posse.

Brevi, nihil reperio, quod me impediat, quin totum locum, quem legimus apud Dietzium p. 62. vs. 10., *γενομένης δὲ συλλ. κ. τ. ἑ.* usque ad *ἐπιθεμάτων* p. 63. vs. 8., auctori nostro vindicem.

Item formulas, quae sequuntur a verbis inde vs. 8. p. 63., *ἐν οἷς ἐστι κ. τ. ἑ.*, usque ad *ἐλαίου παλαιοῦ* ibid. vs. 19. Sorani esse credo. Saltem certas notas, quae ut reiiciam me cogant, minime reperio.

Deinde p. 63. vs. 19., in verbis *μὴ διαλυομένου δὲ κτἑ.* usque ad *καὶ θερμασίαν ἐπάγωσι* p. 64. vs. ult., ipse auctor noster rursus sine dubio loquitur. In his, quae continuam, nullibi interruptam referunt orationem, obviam venit illud *εἰ καὶ μὴ ἐπὶ*

στεγνοπαθούσης, ἀλλὰ ἐπὶ ὑγιαινούσης ἀληθές, quod Aëtium sua, ut capitis inscriptio fert, ex Aspasia haurientem omittere supra iam diximus, sed quod methodico nostro profecto debetur. Tum illud μὴ εἰκῇ μηδὲ ὡς ἔτυχε p. 63. vs. penult. et quod legimus p. 64. vs. 14. ὡς γὰρ ἱδρὼς — μήτρας vs. 17. ibidem, plane congruit cum omni nostri ratiocinandi et scribendi ratione.

Ex omnibus vero, quae dein p. 64. vs. ult. in verbis ἐκ δὲ τῶν πραϋτέρων usque ad finem capitis scripta sunt, solum servo quod legitur p. 66. vs. 3. ἔστι δὲ πεσσὸς usque ad μετ' οἴνου προστίθει eadem pag. vs. 42., tum locum p. 66. vs. 20. χρῶ δὲ — τρωθῆναί τι τῶν παρακειμένων ibid. vs. ult. et postrema verba p. 67. vs. 4., μετὰ δὲ τὴν φθορὰν ὡς φλεγμονὴν θεραπευτέον; cetera omnia repudio. Formulam in fine capitis, εἶτα ἐκεῖθεν ῥαβδίου μέλανος ἐλλεβόρου κ. τ. ἑ. ex libro pseudo-Hipp. ductam esse vidimus. Altera, quae ibidem p. 67. vs. 2. traditur et cui additur δι' ἃς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν αἰτίας, non legitur in antecedentibus, neque causae cur praescribatur exponuntur in superioribus, brevi non nisi pannus adsutus et ex coniunctione cum aliis divulsus est. Quod autem attinet ad formulas, quas p. 65. et 66. legimus, non inducor ut credam ταῦτα τῶν ἐμβρύων τὰ θνήσκοντα ἐκβάλλει scripsisse Soranum (p. 65. vs. 19.). Quod legis paulo post, εἰ δὲ μή γε, μοχλευθήσεται διὰ τῶν ὑπογεγραμμένων, (corrige: εἰ δὲ μὴ, ἐκμοχλευθήσεται κ. τ. ἑ.,) conferri debet cum dictione p. 77. vs. 8. obvia πρὸς ἐκμοχλείαν τοῦ φλέγματος; nimirum caput 26. Dietzii spurium esse infra patebit. — Verbo, me iudice habemus in his congeriem formularum medicinalium aliunde haustarum et Soraneis interpolatarum. Sunt autem satis negligenter descriptae: formula p. 65. vs. 5.—10. et ea, quae describitur p. 66. vs. 12.—15. sine dubio idem medicamentum referunt, cuius praescriptum fuerit hocce: Κολλύριον ἀλύπως ἐκβάλλον τριμηνιαῖα· — καρδάμου, σπέρματος λευκοΐου, σμύρνης, ἀψινθίου, θείου, ἀνὰ

ℒ α'· ὕδατι ἀναπλάσας κολλύριον ἐπίμηκες ὡς δακτύλων ς' προστίθει προλουσαμένῃ. Πινέτω δὲ ἐν τῷ προστίθεσθαι γλήχωνος ἀπόζεμα. — In scriptura formulae huius, qualis habetur p. 65., post ἀνάπλασσε vs. 7. aliquid deest; ex lectione p. 66. suppleveris ἀνάπλασσε πεσσὸν ἐπιμήκη ὡς δακτύλων ς'. Eadem pag. 65. vs. 9. legendum: κἂν μέχρι πλείονος μηδὲν ποιῇ, πάλιν κ. τ. ἑ. — Verum, quod dicere coeperam, hae formulae Sorano non debentur, qui non ἄλλο δόκιμον medicamentum suum appellaverit, ut fit p. 66. vs. 16. — Omnia igitur illa repudianda mihi visa sunt.

Haec de capite 19° sufficiant! Transimus ad 20um, de quo antequam dico, moneo vestigia capitis 19i et 20i apparere in Moschionis 43°.

Illud, de quo iam agimus, comparare licebit cum 19° XVI. Aëtii anonymo. Postrema, de quibus paulo post videbimus, si excipias, nihil reperi, quod Sorani esse non possit; quin citatio Hippocratis et Dioclis facit, ut auctori nostro iure hunc locum tribuas. Abrumpitur oratio p. 68. vs. 1. verbis εἶτα τῆς ἀποτέξεως .... Dubium non est, quin εἶτα τῆς ἀποτέξεως συνεγγιζούσης, vel eiusmodi quid scriptum fuerit, dein signa fuerint tradita, quae instantem foetus exitum comitarentur. Quaestio autem oritur, num verba πρὸς δὲ τὸ διαφθεῖραι κ. τ. ἑ. fragmentum Sorani referant an alius scriptoris. Primum advertit Aëtium vocabula πρῶτον εἶτα τῆς ἀποτέξεως non habere; tum καὶ τὸ πολλάκις τετοκέναι ἀλύπως μεγάλα βρέφη adeo inepte et extra structuram loci infertur, ut melius saltem scribere Soranum e reliquo opere abunde constet. Mihi nescio unde ab Aëtio hausta et Soraneis adsuta videntur, ita ut tuto omittantur.

Adhuc nullum caput editionis Dietzianae reiiciendum totum est visum; capitum quoque consecutio servanda erat. Nunc

vero accedimus ad maiores in textu turbas, ita ut capita integra explodenda sint et consecutio eorum, quae nostro vindicamus, mutari debeat. Pervenimus autem ad caput 21. p. 68.

Statim apparet, si materiem capitum 25. 26. (p. 75. seqq. Dietzio) respicias, illa excipere debere caput 20um. Videbimus tamen ista genuina non esse; quare nunc dicendum de 21° et 22°.

Duo illa capita in unum coniungi debent. Inscriptio 22i apud Dietzium recens est, nec Sorano debetur, quod satis docet mentio τῶν κοτυληδόνων, quippe mulieris utero eas inesse, eum negantem audivimus p. 11. vs. 15. seqq. — Ceterum certum est locum integrum a Sorano conscriptum esse: methodus historica viri ubivis pellucet; tum attende mentem ad etymologiam nominis χόριον p. 69. vs. 7. eamque confer cum simili nominis μήτρα v. c. (p. 5. cap. 4°); vide p. 9. vs. 17. συγκέκριται et in cap. nostro p. 69. vs. 1. συγκεκριμένον; — denique p. 72. vs. 4. legis οἷς καὶ ἡμεῖς συνηνοῦμεν, in cap. vero 19°. Dietzii οἷς καὶ ἡμεῖς συνκινοῦμεν (p. 59. vs. 11.); apparet per totum caput omnem rationem et orationem auctoris nostri elucere. Moschion e cap. 22. hausit ea, quae in indice supra indicavimus. Caput 21um Dietzianum fere convenit cum 2°. XVI. Aëtii.

Caput 23um Dietzii repraesentatur 3°. XVI. Aëtii, qui cui id debeat, non significat. Sorano cotyledones in utero humano inesse neganti sane non debetur. Totum caput reiicimus.

Parvum capitulum, quod Dietzio est 24., simile est 11°. XVI. Aëtii, anonymo. Fragmentum corruptum est, a sede, quam occupat, alienum. Num Sorani locus sit nec ne diiudicatu difficile videri possit in tanta eius corruptione; apud Moschionem vero nihil eiusmodi legitur. Oratio ex Aëtio aliquantum emendari poterit. Equidem fragmentum, in quo profecto

nihil occurrit, unde ab auctore nostro conscriptum esse certo conficias, et cuius vestigium nullum apud Moschionem apparet, non recipio.

Caput 25um Dietzii respondet capiti 20° XVI. Aëtii, qui nomen scriptoris, unde hauserit, reticet. Moschion nihil habet, quod inde sit excerptum. Commendat auctor huius loci sternutatoria, ut foetus eiiciatur. Capite autem 45° (p. 95 Dietzio) ipsum Soranum audimus exponentem rationes, quare secundinis retentis eius generis medicamenta damnet, adeo ut eum h. l. illa commendare parum sit probabile. Videmus anonymum capitis auctorem commendare suffitus e resina, bitumine, cett.; ipse Soranus l. l. p. 96. τὰ ὑποθυμιάματα reiicit. Itaque locus hic methodico nostro adscribi nequit. In fine capitis legimus: καθὼς ἐν τῷ [περὶ] ἐμβρυοτομίας τόπῳ δηλωθήσεται; habet autem Soranus caput περὶ ἐμβρυοτομίας καὶ ἐμβρυουλκίας (p. 113. Dietzio). Possit igitur videri hoc caput respici in extrema parte eius, de quo agimus; mihi vero non alio spectare ista probabile est quam ad cap. 23. XVI. Aëtii, quod Philumeno adscribit. Ibi enim et suffitus et sternutatoria in usum vocantur, ita ut suspicer caput 35um Sorani Dietziani Philumenum auctorem habere.

Caput 26um (p. 76. Dietzio) est pars prima 21i. XVI. Aëtii, qui unde desumpserit nobis non dicit, et apud quem adduntur nonnulla, quae Dietzius non praebuit, quia in mss., quibus utebatur, non apparebant. Apud Moschionem nulla reperiuntur indicia, eum haec apud Soranum vidisse. Auctor huius capitis (p. 77. vs. 6.): οἵτινες, inquit, ἀναγραφήσονται πρὸς τὰς μὴ συλλαμβανούσας δι' ὑγρότητα πλείστην. In indice vero capitum apud Dietzium, est ρξ' θεραπεία τῶν δι' ὑγρότητα ὑστέρας μὴ συλλαμβανουσῶν. Ipsum caput deest, sed si totum Soranum περὶ γυναικείων cum indice Dietziano conferas, parum probabile est pleraque postrema capita in indice

illo memorata re vera Sorani fuisse. Sunt autem plura, quae suspectum reddunt hunc locum: novimus Soranum negare cotyledones esse in mulieris utero; itaque mirum Soranum eundem e loco pseudo-Hippocratis, ubi hic ex earum vitio abortum explicat, deducere quid in eiusmodi casu faciendum sit. Ipsa vero morbi species, itemque eius curatio praescripta minime redolent scholam methodicam. De nomine ἐκμοχλεία iam ad cap. 19. supra dixi. — Summatim ut dicam, omnia, quae disputavi, faciunt ut dubitem de loci auctoritate, vel ut apertius dicam, spurius et reiiciendus mihi visus est.

Non dubito contra quin 27um Sorano ipsi sit adscribendum; conveniunt cum eo capita 44. 45. Moschionis; tum vero principium adeo congruit cum auctoris nostri scribendi ratione, ut eum vel in prima periodo statim agnoscas (cf. principium capp. 2. 3. 8. 10. 11. 12.; nempe singulis locis, uti nostro, quare utile sit de re, de qua scribit, exponere significat). Caput profecto germanus nostri scriptoris foetus est.

Itaque progressi sumus ad capita 28.—42. editionis principis; de quibus singulis antequam aliquid dicam, de omnibus simul sumptis nonnulla observo. Primum noto Moschionem a capite 27° transire ad 43um, eumque in hac opusculi sui parte nihil habere, quod e capitulis, de quibus nunc agimus, sit depromptum. Circumspexi num forte aliis locis apud Moschionem reperiantur indicia imitationis horum capitum, vel unde conficias eum aliquid apud Soranum legisse, quod olim exstiterit, et cuius fortasse fragmenta in his relicta habeamus. Cum singula capitula percurremus, indicabo ea, quae notas eiusmodi rei perdubias obferre videantur, sed re ipsa nullius pretii deprehenduntur. Fateor tamen in capitulis illis plura attingi, de quibus si in eiusmodi opere nihil dixerit Soranus, mirum

videatur illum de iis tacere. Noto autem porro, capitula haec esse multo breviora quam Soranea capita esse soleant; item nexum inter singula vix apparere: saltem si forte duo vel tria apta consecutione contineantur, idem de omnibus profecto affirmari plane non posse. Tandem observo caput 44um et caput sine numero, quod p. 93. apud Dietzium legitur, cum his nostris, de quibus dicimus, tantam habere formae similitudinem, ut ad idem genus referenda et similis originis esse videantur. — Pergimus autem de singulis videre.

Caput 28. easdem continet res, de quibus sermo est in 43°. (p. 88. vs. 10. Dietz.). Plane otiosum est, sine dubio reiiciendum.

Id, quod sequitur, 29um prudenter aestimandum est. Capite 43° Soranus non definivit tempus, quando parturientem in sella obstetricia collocare oporteat. Itaque fieri posse dixeris ut caput 29um sit fragmentum e nexu suo divulsum, sed quo auctor noster proposuerit, quid hac de re sentiat. Tum in eo occurrit nomen πρόρρηγμα, quod Soranus explicat capite 22° (p. 69. vs. 12.) et quod aliis locis usurpavit. Animadvertimus tamen fragmenti nostri auctorem de re, quam tractat, loqui, quasi quaelibet parturiens sellae insidens partum edere debeat; quod non congruit cum iis, quae Soranus ipse de hac re praecipit cap. 43. (p. 87. vs. 2. Dietzio.). Monitum autem, obstetricem parturientis animum erigere debere item legitur p. 88. vs. 8. Dicere possis, capitulum 29um esse fragmentum e nexu suo dissolutum; difficultates, quas indicavi, probabiliter nullas futuras fuisse, si totum, cuius particulam relictam habemus, percurrere daretur. Respondeo, me iudicium ferre debere de eo, quod manibus teneo, non de eo, quod fortasse olim exstiterit, sed nunc inspicere non licet; in iis autem, quae inspiciendi copia datur, esse discrepantiam a monitis sine dubio a Sorano relictis. Versus vero 14.—17. intelligere nemo potest,

nisi forte legat vs. 15. διὰ τοὺς πόνους et intelligat „dolorum ad partum tempore;" — correctio non est certa, sed fac esse, lacunae tamen insunt. Pars extrema fragmenti pariter intelligi nequit. Tandem noto apud Aëtium in fine cap. 22. XVI. aliquid occurrere, quod est simile parti eorum, quae in hoc fragmento scribuntur. Omnino locum prave scriptum, in quo offendit quod Sorani methodo adversatur et cuius nullum est apud Moschionem imitationis indicium, recipi non debere arbitror.

Capitula 30. 31. non minus obscura sunt. Subinde quid auctor voluerit intelligere tibi videris, clara vero notio e verbis erui nequit; et quidquid hic habemus, auctori nostro perspicue sententiam suam proponenti tribuere iure sane non possis.

Capitis 32i auctor quisquis est, dicit se praecepta de partu secundum naturam dare nolle. Soranus tamen cap. 43. (p. 88. 89. Dietz.) omnino ea tradit. Si conferas caput cum eo, quod p. 93. numero caret, in hoc aliis verbis idem, quod loco nostro expressum est, legis. Extremo capitulo auctor incertus loquitur quasi iam egisset de partu difficili; Soranum contra ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ad τὰ παρὰ φύσιν procedere novimus. Non negabo locum nostrum corruptum esse, sed emendando tamen efficere non poteris ut Sorano tribui debeat.

Breve fragmentum, quod caput 33um refert, fere convenit cum iis, quae Moschion dicit capite suo 146. Soranus autem de iisdem rebus amplius agit capite 48. (p. 103. Dietzio). Nihil ego hic lego, quod Soraneum sit.

Capitulo 34° insunt dictiones, quas usurpare Soranus solet, ἀνάπλωσις, παραστήσω. Sed totum potius excerptum aliquod, qualia Moschionis illa, refert quam nostri auctoris sermonem. Sine dubio spurium est.

Caput 35. nihil habet Sorano exquisite proprium. De loco non aliter sentio quam de proxime antecedente.

Capitula 36.—38. partes esse videntur unius sive loci, sive capitis. Nihil in sermone reperio, quod certo Soraneum sit. Capite 38vo manifesto contraria opinio legitur ei, quam Soranus cap. 15° protulit. Itaque quum haec capitula a se disiungi non possint, omnia repudianda sunt.

Caput 39. prave scriptum est; sed quis quaeso exspectet h. l. caput de hoc argumento post 17um? Non ignoro περιίδρωσις, quod in eo occurrit, esse vocabulum saepius apud Soranum obvium. Principio autem legendum est διαλείμματα ἔχοντα καὶ εἰσβολάς; sed non memini me aliis locis εἰσβολαί apud Soranum legere. Caput hoc illi adscribere non licet.

Capita 40. 41. aliena sunt a materie, quam auctor tractandam sibi sumpsit; nisi existimandus sit deflexisse de operis schemate, quod in introductione descripsit, quod absurdum. Nihil est apud Moschionem, quod ex iis excerptum sit. Unde huc appulerint, nescio, sed Sorani non esse probe scio.

Quod denique attinet ad 42um, quicumque 43um, quod sine dubio Soraneum est, perlegerit, sentiet hoc fragmentum esse insiticium. Praeterea conflatum est e locis diversi generis, diversi argumenti, iisque prave scriptis. Certo certius locus repudiandus est.

Series igitur capitulorum 28.—42. spuria est; cum Moschionis de illis silentio conspirant eorum forma et argumentum, ut pateat haec Sorani esse non posse.

Caput 43. (p. 84. Dietzio) sine ulla controversia auctori nostro debetur. Ratio, qua primum res ad partus administrationem necessarias enumerat, dein rationes, quare singulae requirantur, exponit, eius scribendi genus non dubie referunt. Quod p. 85. vs. ult. legis de iis, qui peccant μὴ συνιέντες τὸ κοινὸν, ὅτι τὴν ἐμβρυουλκίαν ἐπὶ κατακειμένης δεῖ γίνεσθαι τῆς δυστοκούσης, Sorani τοῦ μεθοδικοῦ non esse nequit. Accedit citatio Heronis (p. 87. vs. 25.). Nihil ceterum inest, quod auctori abiudicem; confidenter caput recepi.

Caput 44um fere repetitio est rei, de qua proxime antecedenti est expositum, plane otiosum est et spurium.

Caput 45um maxima sui parte, usque ad p. 93. vs. 23. Dietzio, fragmentum est, quod reperitur apud Meletium de fabrica hominis in I. A. Crameri anecdotis Graecis vol. III. p. 6. vs. 23. usque ad p. 10. vs. 6.; qua de re olim Darembergius in literis ad me datis monuit. Reiiciendam esse hanc partem unusquisque intelligit. — Reliqua eius pars inscriptionem sibi habens propriam (p. 93. Dietzio) maximopere convenit cum capitibus 28.—42. et cum 44°. De eius initio supra ad caput 32. diximus; alia in his obvia leguntur in Sorani capitibus de partu difficili. Ut breve faciam, locus plane otiosus est, spurius, repudiandus.

Sequens 46um (p. 94. Dietzio.) conferri debet cum Aëtii 24. XVI., quod e Philumeno desumpsit compilator, et quod totum inest capiti, de quo agimus. A principio inde usque ad Ἱπποκράτης μὲν οὖν p. 94. vs. penult. habemus inter se mista Philumeni verba et Sorani. Illius dicta in textu descripto omisi; quod iure factum esse videbit qui Aëtium contulerit. Reliqua pars capitis Philumeni legitur in fine Dietziani: postremum vocabulum Sorani est περιμυδῆσαι p. 97. vs. 24.; primum Philumeni est ibidem διεστῶτος; hic autem loqui pergit usque ad capitis extremum p. 99. vs. 11.; itaque omnia illa reiicienda sunt. Confer mihi p. 96. vs. 18. δεῖ γὰρ κ. τ. ἑ. usque ad περιμυδῆσαι p. 97. vs. 24. cum iis, quae apud Dietzium sequuntur, nec dubitabis quin duo habeas capita scriptorum diversorum de eodem argumento. Tum oratione, tum medendi ratione alter ab altero differt. Methodus historica in iis, quae retinui, elucens ultro ostendit a Sorano nostro caput, quale exhibeo, esse profectum.

Capitulum 47um si materiem respicias, Herophileorum et Demetrii sententiam propositam, Sorani esse dixeris. Formam

tamen cum cogito, suspicio mihi nascitur esse excerptum e Sorani loco ampliore, qui perierit. Non reperio apud Moschionem quod ei respondeat, nec tamen ideo reiecerim. Verum advertit id, quod p. 99. vs. 16. legimus: ἐπιλιπεῖς δέ μοι δοκοῦσιν οἱ ὅροι εἶναι, ὅθεν αὐτός φησιν δυστοκίαν εἶναι δυσχέρειαν τῶν κυουμένων παρά τινα αἰτίαν γινομένην. Facile sane est αὐτός φημι legere; sed credo ita incrustari id ipsum, quod indicat capitulum a nescio quo desumptum esse ex ampliore scriptoris nostri loco. Quin ipse Soranus potius αὐτοί φαμεν quam αὐτός φημι scripsisset. Equidem quum methodici nostri verba nos hoc loco non legere credam, illum non recipio. Perspicuitatem Soraneam plane desidero; quo modo definitiones inter se differant non satis apertum est.

Quodsi caput illud 47. recipiendum esset, saltem in alium locum id transferre deberes; nimirum capita 47.—54., si argumentum respicias, pertinent ad postremam operis Sorani περὶ γυναικείων partem, modo conferas schema libri, quod in praefatione descripsit. Videre pergimus quid in seqq. capitibus servandum, quid reiiciendum sit. Ea autem, quae recipimus, ad extremam partem operis Soranei relegamus. Sunt nobis capita LXII. seqq.

Caput 48um quin magnam partem Sorano tribuere oporteat, non dubitabis, modo mentem ad methodum historicam nostro solitam et in eo apparentem attenderis. Cum illo conferri debent caput 22. XVI. Aetii anonymum et postrema Moschionis capita.

Primum ea notabo, quae in hoc capite occurrunt et respondent Aëtianis. Ordo diversus est apud utrumque, sunt autem seqq.:

Loco apud Dietzium p. 102. vs. penult., ὅταν ᾖ ὑπερμεγεθὲς — μετασχηματισμός p. 104. vs. 8., respondent quae in Aëtio Latino leguntur pag. 855. vs. 32. usque ad p. 856. vs. 6.

Iis, quae p. 104. vs. 14. παρὰ δὲ — κέκτηνται ibid. vs. 18. descripta sunt, respondet locus Aëtii p. 855. vs. 16.—18.

Cum verbis p. 104. vs. 18. *γίνεται* — *κκιρσῦ* vs. 28. convenit Aëtii locus p. 855. vs. 18.—24.

Cum iis, quae leguntur p. 105. vs. 6., *ἔνιαι δὲ* — *σῶμα* vs. 8., congruunt quae compilator habet p. 855. vs. 31.—34.

Loco p. 105. vs. 9. 10. *καὶ* — *οὖρων* respondet Aëtianus p. 855. vs. 29. 30.

Cum verbis p. 105. vs. 10. *καὶ παρὰ* — *γίνεται* vs. 12. conspirant Aëtiana p. 855. vs. 25.—27.

Cum loco p. 105. vs. 13. 14. *πκρὰ τὸ κατάσαρκον* — *τίκτουσαν* cf. Aëtium p. 855. vs. 25.

Locus de symphysi pubis p. 105. vs. 15. *ἢ τῶν* — *συνδεῖ* vs, 24. legitur apud Aëtium p. 855. vs. 25.—28.

Verba p. 105. vs. 20. 21. *καὶ παρὰ* — *μήτραν* leguntur apud Aëtium p. 855. vs. 28. 29.

Tandem locus p. 105. vs. 21. *τὰ δὲ ἐκτὸς* — *οἷον* vs. 22. et vs. 23. *τὸ ὑπέρψυχρον* — *ἐκλυτικήν*, vs. 25. convenit cum iis, quae habet Aëtius p. 856. vs. 7.—9.

Haec quidem apud utrumque leguntur, Aëtius autem in reliquis capitis sui partibus habet quae alio loco infra apud Dietzium describuntur et de quibus postea monebimus.

Moschion autem a cap. 143. inde de partu difficili agere incipit, in quo summatim memorat causas in matre, in foetu, in rebus externis sitas et addit: *παρ' ἄλλοις δὲ καὶ τετάρτη ἐξκνίσταται μικτὴ λεγομένη, ἥτις ἐκ πάντων (πασῶν?) τῶν προειρημένων μίγνυται.* Ac tria quidem illa prima causarum genera in capite Sorani 48. eorumque duo quidem e Demetrio Herophileo adferuntur, sed de quarto illo *mixto* genere nusquam sermo est; qui vero isti *ἄλλοι* Moschionis sint, nescis. — Capite 144. specialiter causas in matre sitas enumerat, quarum plurimae in cap. 48. Sorani occurrunt; prima tamen *ἐὰν ὀργίλη ᾖ* non legitur apud nostrum; quod ibi legitur, *ἢ ἐντρεπτική*, cui rei respondeat apud Soranum, non satis liquet; quod

ibi de mulieris tenuitate (ἢ πολὺ ἰσχνή) dicit, fortasse quodammodo respondet τῇ ἀτροφίᾳ, quae p. 102. vs. 6. e Demetrii sententia inter causas partus difficilis recensetur. Reliquae omnes causae, quas cap. 144. enumerat Moschion, in cap. Dietziano memorantur, nisi quod non satis capio quid sit illa ἄθροισις, de qua loquitur. Quod cap. 145. tradit Moschion apud Soranum Dietzii legere licet p. 104. vs. 26. usque ad p. 105. vs. 8.

Moschionis capita 146. 147. respondent iis, quae apud Soranum Dietzii p. 103. vs. 8. usque ad p. 104. vs. 8. leguntur; saltem uterque locus agit de schematismis foetus.

Caput Moschionis 148. practicum est, nec quidquam commune habet cum cap. 48. Sorani, ita ut nihil eiusmodi ibi legas, neque vero alio loco apud Soranum cum his congruentia reperi, nisi quod partus pedibus praeviis memoratur p. 103. vs. 14. seqq. et capite praevio ibid. vs. 8. seqq.

Capite 149. Moschion redit ad causas difficultatis partus et e rebus externis memorat frigus et calorem, de quibus item cap. 48. apud Soranum sermo est; sed ibi nihil apparet de postrema causa Moschionis: ἡνίκα ἅπερ ταῖς τεκούσαις εἰσὶν ἀναγκαῖα οὐ πάρεισιν. — Quae partus impedimenta a membranis foetus (διὰ τοῦ θύλακος) traduntur in Moschionis cap. 150. leguntur pluribus locis in cap. 48. Dietziano, uno tamen excepto, quod primum apud Moschionem est, ὅτι βραδύτερον ἀπὸ τοῦ βάθους ἀναλύεται. Quin non satis perspicio quid nunc velit, nisi de secundinis retentis forte loquatur.

Capite autem 151. Moschion principio habet quae partim saltem conveniunt cum iis, quae cap. 145. iam docuerat. Quod animadvertisse est operae pretium, quia indicium est quam parum certus ordo in his opusculi partibus appareat; quod item iam patuit e cap. 148. practici argumenti pathologicis interposito. At in cap. hocce 151. occurrunt verba, de quibus

supra initio praefationis iam sum locutus: *καὶ ταῦτα τὰ αἴτια, ἃ ἐγὼ Μοσχίων καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχηγοὶ τεθελήκασι ποιῆσαι τοῦ δυσχερεστέρου τόκου, Σωρανὸς δὲ ἄλλας προστίθεται αἰτίας.* Ecce Moschion affirmat se traditurum esse difficilis partus causas, quas Soranus invenerit, quas igitur e Sorani opere haurire debuit; quapropter magni interest videre quid enumeret, quod apud Soranum occurrat, aut non legatur. Est autem illa Soraneorum apud Moschionem commemoratio pessime corrupta, quare eam ut potero emendabo: *βούλεται γάρ*, inquit, *ἐπικυρῶσαι ἢ ἐξ ἐπισχέσεως* (*ὡς* suppleo) *ἐμποδισθῆναι τὸν τόκον συσφιχθέντων καὶ ξηρανθέντων αὐτῶν τῶν μερῶν, ἢ ἐκ διαρροίας τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ ἢ διάρροιαν* (lego *διὰ ῥύσιν*) *αἵματος ἀναλη-φθεισῶν* (immo *ἀναλωθεισῶν*) *τῶν δυνάμεων τῆς τεκούσης.* Dixeris fere haec referri posse ad ea, quae leguntur apud Dietz. p. 102. vs. 10. *καὶ παρὰ τὸ — ἐπέχεσθαι* vs. 13. ibid. et p. 101. vs. 5. *καὶ τὰ ἐκ τοῦ σώματος ἐκκρινόμενα αἱματώδη πλείονα ὑγρά.* — Dein Moschion pergit: *ἢ ἐξ ἐκείνων τῶν πραγμάτων, οἷς τὸ στόμα τῆς μήτρας συγκλείεσθαι εἴωθεν, καθάπερ τοῖς μώλωψι* (quod quid esse possit aut debeat ex iis, quae apud Dietz. cap. 48. scripta sunt, non satis perspicio) *ἢ ταῖς κλείσεσιν* (*ἐγκλίσεσιν*?) *ἢ ταῖς θρύσεσιν* (*ῥύσεσιν*?) *εἴτε αἱμορραγίαις καὶ τούτοις τοῖς πλείοσιν ὀνίως* (*τούτων τοῖς πλείοσιν ὁμοῦ*?) — *ἢ τοίνυν τῷ θανάτῳ τοῦ ἐμβρύου, ἢ ἐσκυλμένου* (*ἐσκυλμένῳ*?) (*ἢ* interpono) *παρὰ φύσιν τεθειμένῳ, ἢ τῇ πλεονεξίᾳ τῶν μερῶν, τῆς γαστρὸς, τῶν χειρῶν ἢ τῶν ποδῶν, ἢ ὅτι αὐτὰ τὰ ἔμβρυα τέσσαρα ἢ πέντε εἰσίν.* Pleraque sane horum in cap. 48. memorantur; sed certum etiam plura h. l. a Moschione recenseri, de quibus iam in capitibus suis, quae perlustravimus, erat locutus. Principio loci spectare videtur talia, qualia p. 104. vs. 14. seqq. leguntur; quod de haemorrhagiis *δυστοκίας* causis dein profert p. 101. vs. 5. occurrit; foetus mors memoratur p. 103. vs. 6.; — de foetu *ἐσκυλμένῳ* sermo est p. 104. vs. 9. seqq.; de situ foetus per-

verso p. 103. vs. 8. seqq.; de foetu, vel foetus partibus iusto maioribus p. 102. vs. penult. seqq., ubi tamen de maiore artuum numero nihil; de gemellorum, plurium foetuum partu p. 103. vs. 3. seqq., nec tamen quadrigemini, aut quinquegemini memorantur.

Caput tandem 152 Moschionis habet quidem nonnullarum causarum enumerationem, quae partim in Sorani cap. 48. occurrunt, quas partim in antecedentibus Moschion enumeraverat, sed ad Soranea diiudicanda parum confert.

Quid igitur? quam diligentissime potuimus Aëtium et Moschionem cum Sorano Dietziano contulimus. Locus ex Moschionis cap. 151. spem facere videbatur fore ut eo cum Dietzianis collato de rerum ordine, de locis spuriis iudicium ferre liceret. De hac tamen spe fere decidimus. E loco isto patere dixeris Soranum primum aliorum sententias exposuisse, dein suam tradidisse; partim quidem id fieri videmus cap. 48., sed omni modo perturbatus rerum ordo apud Moschionem facit ut de ordinis perturbatione in Soraneis apud Dietzium ita iudicare, ut tibi satisfacias, plane non possis. Neque vero ex Aëtio quidquam certi de hac re discimus. Videbimus postea in cap. 22. XVI. occurrere quae sane Sorani non sunt; sed id minime probat eum non alia in hoc capite obvia methodico nostro debere. Quare unum hoc restat, me iudice, ut ad caput nostrum 48. redeamus et quid in eo observare liceat, videamus.

Principio Dioclis Carystii monita tradit; tum legimus p. 100. vs. 4 seqq. Sorani in Dioclis opus animadversionem. Quod apud Dietzium legimus, *ἁμαρτάνει δὲ μὴ ἐπιὼν τὰς αἰτίας, δι' ἃς εὐτοκοῦσιν*, mihi tam mirum videtur, ut *δυστοκοῦσιν* legam credens Soranum Diocli vitio vertere eum non exposuisse causas, quare illae *κάθυγροι καὶ θερμαὶ* difficulter partum edant. De ridicula autem dictione Dioclis quae monet Soranus intellectu difficilia sunt; scilicet Carystii librum desideramus, sine quo

fieri vix possit, ut quid voluerit intelligamus. — Dein noster Cleophanti doctrinam exponit, in qua obscurum est: *ταύταις φησὶν οὐδὲ ἐρράγη [ὁ ὕδρωψ] πρὸ τοῦ τὰ σώματα καὶ τὰς ὠδῖνας ἐπισχεῖν.* Contractionibus uteri rumpuntur membranae, ita ut dolores praecedant, ruptura sequatur; itaque quid voluerit Cleophantus non perspicis: loquiturne de doloribus conquassantibus, quos vocant? Respicitne casus, in quibus ovum totum sine membranarum ruptura expellatur? — Nunc hunc quoque reprehendit Soranus, quia non omnes rei causas descripsit. — Transit auctor ad Herophilum; de loco corrupto p. 100. vs. 20—23. videri poterit quod ad textum, ut spero, emendatum annotavi, sed p. 101. vs. 2. legimus: *καὶ παρὰ τὸ ἀτονεῖν τὴν μήτραν, ἢ τὸ στόμα· ἀπορία δέ ἐστι τοῦ ἀτονεῖν τὴν μήτραν ἐν τῷ σώματι.* Hocce *ἀπορία — σώματι* est animadversio Sorani; sed hic, qui caput de uteri debilitate habet, non potuit negare uterum *ἐν τῷ σώματι* posse *ἀτονεῖν*. Pro *ἐν τῷ σώματι* lego *ἐν τῷ στόματι*, opinatus Soranum negare solum per se *ἀτονεῖν* orificium matricis. Fieri vero possit ut Soranus pravam scripturam in libro Herophileo pro germana reprehendat, Herophilus vero scripserit *παρὰ τὸ ἀτονεῖν τὴν μήτραν ἢ τὸ σῶμα.* — De Andrea Soranus brevis est; longior de Demetrio Herophileo, de quo agit p. 102. vs. 18. sqq. Ita autem de eo agit, ut suam sententiam saepe inter Demetriana inferat; quod ita se habet apud Dietzium, ut non semper facile distinguas, quando alteruter loquatur. Quin antiquo tempore iam lectores eam difficultatem sensisse docet adnotatio, quae in textum irrepsit p. 102. vs. 15., *ταῦτα λέγει Δημήτριος ὁ Ἡροφίλου*, quae verba sane non sunt Sorani, sed lectoris nescio cuius antiqui. Alius generis sunt verba *ὡς μὴ γένηται* p. 101. vs. 25. Non intelliguntur; sed puto ad *ἔκλυσις* aliquem symptoma reformidantem adnotasse *ὃ μὴ γένηται! quod utinam ne fiat!* — Pag. 103. vs. 1. *ὡς ἐπὶ ὑγροκεφάλων* item exemplum est primum in margine adscriptum, dein in textum

traductum a scribis. — His reiectis iam pergimus videre quae sint quae de Demetrio referat Soranus, quae ipse dicere videatur. Ipsum autem loqui opinor p. 101. vs. 25. *ἔνιαι — τῇ ὠδῖνι* vs. ult., quem locum qua ratione legendum arbitrer, in textu vide. Item eum audire mihi videor p. 102. vs. 2., *ταῦτα δ' ἄν τις εἴποι ἐπὶ τῶν ἀποπληκτικῶν γυναικῶν καὶ ληθαργικῶν.* Possis credere esse adnotationem alienam; sed cap. 49. p. 106. vs. 22. legis *κάρος δὲ καὶ λήθαργος πρόδηλά ἐστιν*, loco, quem certo Sorano tribuere oportet, quare brevi ante citata item Sorano adscribenda mihi videntur. — Suspicor item Sorani esse verba p. 102. vs. 8.: *οὐ γὰρ δύναται συμπαθεῖν διὰ τὴν ἀτονίαν*; item ibid. vs. 9. advertit *τότε γίνεται δυστοκία* et vs. 10. *στενοῦνται γὰρ οἱ πόροι*, quorum prius illud emblema est otiosum, reiiciendum; alterum Sorani est observatio. — In seqq. p. 102. apud Dietzium insignis est perturbatio, quam sustulimus. Sed nunc quaestio primum nascitur, sitne locus ille de humoribus dissipatis, retentis, acribus, inertibus Sorani, an Demetrii, an alius. Quae de profusis humoribus et retentis dicuntur Sorano fere tribueris; sed licetne huic acceptum referre *ἃ μὲν τῷ φέρειν πνεῦμα [πλεῖον], ἃ δὲ τῷ ὀλίγον*? Fateor me certum quid hîc non videre; dubius haereo. Fortasse Demetriana sunt, — sed nihil affirmo. Quod de altae staturae mulieribus legitur et de substantiae uteri morbis e Demetrio a Sorano haustum videtur. In his verba p. 102. vs. 16. *οὐ γὰρ ἔχουσι τὸ φυσικὸν σχῆμα τῶν σωμάτων* rursus Sorani referre animadversionem opinor. Quae dein p. 102. vs. 26. *καὶ παρὰ μὲν τὴν κύουσαν — παρὰ φύσιν ἐσχηματίσθαι* leguntur, quin Sorani sint e Demetrio ea desumentis non dubito. Sed quid affirmandum de loco p. 103. vs. 8.: *τὸ γὰρ κατὰ φύσιν — ὁ μετασχηματισμός* p. 104. vs. 8.? — Equidem locum ex editione non eieci, quia ut faciam non satis firma documenta habeo, quibus spurium esse demonstrem. Sed si locum demas et post *ἐσχηματίσθαι* p. 103.

vs. 8. legere pergas p 104. vs. 8. *γίνεται δυστοκία καὶ κ. τ. ἑ.* continuam, non interruptam habebis orationem, cui miro aliquantum modo interponuntur omnia illa, quibus enucleate de posituris foetus agitur et quae in opere *περὶ γυναικείων* potius capite separato et per se constante quam medias inter causas *δυστοκίας* tradi debuisse videntur. Itaque iterum dubius haereo. — Locus de foetibus monstruosis, p. 104. vs. 8.—14., et de ossibus carnibus nudatis partim e Demetrio ab auctore desumptus videtur; explicatio vero modi, quo denudatio fiat, ipsius Sorani mihi esse videtur. Sequitur iam tertia Demetrii causarum *δυστοκίας* classis, i. e. earum, quae sitae sunt in partibus, per quas partus edi debet. In his et seqq. ad finem capitis usque pessima apparet confusio apud Dietzium, quam perturbationem, ut potuimus, restituimus; quapropter nunc meum textum sequar (vide p. 272. vs. 14.). — Loco, ubi sermo est de uteri orificii angustia et cervicis parvitate, e Demetrio desumpta esse mihi videntur verba *ὅταν ἡ μήτρα ᾖ στενότομος, ἢ μικροτράχηλος.* Quae sequuntur usque ad *ὡς καὶ ἄλλο τι μέρος τοῦ σώματος* a Sorano illustrandi causa addita esse opinor. — Quae postea leguntur de collo uteri obliquo, de excrescentia carnosa, de inflammatione, abscessu, induratione et partu sicco fortasse ab auctore e Demetrio describuntur. Sed infra de membranis difficulter disruptis iterum sermo est et additur monitum de parva liquoris amnii copia, de qua hoc loco nihil, quod indicio est turbarum, quae faciunt ut quid Sorani sit, quid non, sit diiudicatu difficile. — Causa *δυστοκίας* dein descripta in gravidis post longam viduitatem, et aetate provectiore et iuniore, non pertinet ad hanc classem causarum sitarum in parte per quam foetus in lucem emittitur. Contra ad eam referri possunt omnino faeces et urinae retentae, calculus in vesica. De sequentibus, ubi de membranis robustioribus et nimis parva copia liquoris amnii sermo est, supra iam dixi, partim ea continere repetitionem rei, de qua

iam ante sermo fuerit in hoc capite. Quae de symphysi pubis et spinae curvatura dicuntur omnino ad vitia partium, per quas infans transire debet, pertinent; sed paululum dubitas num observationem illam de symphyseos pubis in utroque sexu diversitate exspectare liceat a Sorano anatomiae utilitatem negante. — Proponitur dein quarta causarum classis deductarum a rebus intra corpus et a rebus externis. Ubi supra Demetrii causarum in classes distributio traditur, tres tantum enumerantur, quas deinceps persequitur Soranus; de quarta hac eo loco siletur; haec classis non est αἰτία illa μικτὴ Moschionis; me iudice Soranum ipsum hîc loquentem audimus usque ad verba ἢ ἀπειρίᾳ μαίας ἢ ἰατροῦ. Equidem vero multum vereor ne quae sequuntur de causis partus difficilis e doloribus ad partum sint insiticia; qualia ea, quae de alio dolore monentur, esse certo constare dixerim ex illo ὡς ἐλέγομεν, quod quorsum spectet, non liquet, nisi forte dicas hoc loco partim respici ea, quae sunt tradita capite Dietziano spurio 31°. Quodsi tamen id vere statuas, indicio erit aliena, non Soranea esse ea, de quibus nunc agimus. Postrema periodus τούτων — ὁμολογοῦσιν sine dubio Sorani est; num debitam suam sibi habeat sedem, necne, propter turbas, de quibus dixi, diiudicatu difficile est.

Itaque caput non plane negligenter, ut spero, perlustravimus, quod exhibeo ita ut saltem legi possit. Coniunxi, quae distracta erant, sed summatim consecutionem, quam apud Dietzium vidi, in rebus disponendis tenui. Nihil eieci, nisi pauca emblemata; locos suspectos ne uncinis quidem intersepsi, quia malui h l. de ea re monere quam signis in textum illatis eam indicare. Potuissem facile ea, quae ad alienam classem iam relata esse dixi, in aliam sedem transferre, ut causae singulae ad debitum ordinem relatae viderentur; sed nolui ita obscurare notas perturbationis, quae manifesto significant librarium postrema in parte omnia miscuisse, germana, interpolata,

vere Soranea et aliena. Quin magna pars capitis auctori nostro ipsi debeatur nullus dubito; in postremis certo distinguere quid ab eius manu, quid ab aliena profectum sit, non valeo. Videant alii quoque!

Caput 49. sui simile non habet apud Aëtium; neque apud Moschionem quidquam legitur, quod ex eo desumptum sit. Verba p. 106. vs. 24; ἔτι δὲ τὰ τούτων σημεῖα ἐκ τοῦ περὶ ὀξέων μετάγεται τόπου initio huius praefationis iam retulimus ad Sorani scripta a Cael. Aureliano nobis servata et indicio sunt, caput revera Sorano deberi. Nec dubium quin locus p. 107. vs. 8. μετάγοντες τὰ ἐπὶ τῶν παθῶν ῥηθέντα σημεῖα referantur ad capita, quae infra in editione Dietziana a Sorano de uteri affectibus scripta occurrunt. Participium autem ῥηθέντα docet hoc caput et vicina alienum locum in editione Dietziana tenere, quod praeterea abunde constat e distributione operis, quam in introductione auctor descripsit. Est autem caput lacunosum. Apparet tamen momenta, de quibus in eo sermo est, in cap. 48. memorari; ita de animi affectibus ibi sermo fuit p. 101. vs. 23. e Demetrio; de caro et lethargo p. 102. vs. 27.; de foetuum plurium praesentia p. 103. vs. 4.; de situ foetus, de foetu vivo, mortuo eadem pag. sermo est; de uteri vitiis p. 104. vs. 18. seqq.; eorum vero, quae in fine capitis memorantur, nihil exspectamus in cap. 48., neque vero ibi quidquam eiusmodi legitur. — Mihi certo caput Sorano tribuendum videtur; duae propriorum operum citationes in eo obviae id abunde docent; in ceteris vero nihil inesse dixerim, quod Sorani esse non possit. Itaque confidenter caput in editionem recipio.

Pergimus ad caput 50um. Conferenda est pars posterior capitis 22. XVI. Aëtii (p. 856. seq. Aëtii Latini), ubi excerpta leguntur e Sorani loco.

Apud Aëtium p. 856. vs. 7. „Porro" etc. usque ad „frigidis" vs. 24. fere contracta legimus quae habentur apud Dietzium

p 107 ab initio inde capitis usque ad *μεταλάβῃ* p. 109. vs. 15.

Apud utrumque scriptorem nonnulla locis indicatis occurrunt, de quibus apud alterum silentium, sed summatim Aëtius excerptum nobis obfert, uti dixi, e Soraneis Dietzii.

A. verbis: „si vero" p. 856. vs. 24. usque ad „potest" vs. 27. legimus Sorani locum p. 110. vs. 4. *παρὰ φύσιν — σχηματισμόν*, vs. 5.

Pag. 856. vs. 27. locus „Et si pedem" usque ad „introducatur" vs. 29. respondet iis, quae apud Dietzium scripta sunt p. 110. vs. penult. *εἰ δὲ καὶ χεῖρα — ἀποτέξεως* p. 111. vs. 6.

Quod sequitur apud Aëtium „si vero una cum" p. 856. vs. 29. usque ad „monet" vs. 33. convenit cum loco Dietziano p. 110. vs. 24. *εἰ δὲ καὶ — ἀπευθύνειν* vs. 26. et p. 112. vs. 22. *πάντα — βλέπομεν* vs. penult.

Quae dein Aëtius habet p. 856. vs. 33. „At si uteri" usque ad „relaxetur" vs. 34. leguntur apud Dietzium p. 108. vs. 4. *εἰ δὲ τὸ στόμιον — δυσοδοῦν* vs. 9.

Locus p. 856. vs. 34. „Quod si vero" usque ad „elevamus" vs. 37. ordine inverso refert quae Soranus monet apud Dietzium p. 109. vs. 24. *τῶν περιττωμάτων — ἀπωθεῖν* vs. ult.

Ea, quae leguntur p. 856. vs. 37. „At si ob inflammationem" usque ad „resecetur" vs. 42., conveniunt cum iis, quae habet Dietzius p. 109. vs. 15. *τούτων — ἐμποδίζον* vs. 21.; saltem pars eorum, quae Aëtius habet, ibi legitur. Cf. ceterum p. 107. vs. 22. *φλεγμονήν*.

Quod legimus p. 856. vs. 42. „Et si solidior" usque ad „infundantur" vs. 46. reperitur apud Dietzium p. 109. vs. ult. *χόριον δὲ μὴ — κόλπον* p. 110. vs. 4.

Locus p. 856. vs. 26. „At si utero" usque ad „motu caret" p. 857. vs. 1. partim apud Dietzium legitur p. 112. vs. penult. *εἰ δὲ μὴ — ἀναγκαῖον* p. 113. vs. 4.

Illa, quae scripta sunt apud Aëtium p. 857. vs. 1. „At si gemini" usque ad „educatur" vs. 3., occurrunt apud Dietzium p. 112. vs. 20. *εἰ δὲ πλέον — κομίζεσθαι* vs. 22.

Deinde apud Aëtium versus aliquot legis, quibus apud Dietzium simile nihil. Cum extremo vero capite Aëtiano p. 857. vs. 5. „Porro", cett. cf. cap. 29. p. 79. Dietzio.

Circumspiciamus iam in cap. 50. nostro indicia, unde conficere liceat nos Soranum ipsum in eo loquentem audire.

Nota p. 107. vs 16. *διὰ στέγνωσιν*, — p. 108. vs. 7. *λεληθυῖα γὰρ κίνησις ὑπομιμνήσκει τὴν ἔκκρισιν*, — p. 108. vs. 24. *τὸ κλιμάκιον ἐδοκίμαζον*, — p. 109. vs. 4. *ἀποδοκιμαστέον*, — p. 111. vs. 5. *πρὸς τὸ ἀπαρεμπόδιστον τῆς ἀποτέξεως*, — p. 113 vs. 8. *περιίδρωσις*, — quae omnia oeconomiae Soraneae sunt.

Ad curationem quod attinet, ea, quae p. 108. vs. 4.—18. monentur, cum Sorani medendi ratione plane congruunt. Reprobatio methodorum violentiorum p. 109. vs. 3. item ex nostri more est, quem *mitiorem* dixisse Tertullianum principio praefationis scripsimus. — Num quid in *ἐγχειρέσεσι* obstetriciis insit, quod Sorano sit proprium, ignoramus propter fontium inopiam. De causis vero *δυστοκίας* cum loquitur, memorat fere eas, de quibus item cap. 48. sermo fit. Advertit autem praeceptum in fine capitis *μὴ ἀφίστασθαι δὲ ὅμως βοηθείας*, quod plane oppositum est illi, quod legimus initio capitis 51.; quod initium spurium esse postea patebit.

Capita 51. 52 53. conferenda sunt cum Aëtianis 23. et 25. XVI., quorum primum Philumeni, alterum Aspasiae esse dicitur. Cavendum autem erit ne temere inscriptionibus apud Aëtium fidem habeamus.

Principium capitis 23i., p. 857. vs. 9. „Medicus" usque ad „aut tres" vs. 18. refert id, quod legimus apud Dietzium cap. 51. p. 113. initio capitis *προσήκει* usque ad *ἑκατέρωθεν* eadem pag. vs. ult.

Qui sequitur Aëtii locus p. 157. vs. 18. „ac primum" usque ad „extrahatur" vs. 28. legitur apud Dietzium cap. 52., p. 119. vs. 12. *προδιδόναι* — *ἐξελεῖν* p. 120. vs. 6.

Quae leguntur p. 857. vs. 28. „hoc modo" usque ad „infligatur" vs. 38. in brevius contractum referunt locum apud Dietzium p. 114. vs. penult. *τῇ δεξιᾷ* — *διοδεύσῃ* p. 115. vs. ult.

A pag. 857. vs. 38. „at vero si caput" usque ad „considat" vs. 45. scripta respondent Sorani loco p. 120. vs. 6. *εἰ δὲ* — *ἔμβρυον* vs. 17. Vide etiam p. 116. vs. 18. 19.

Cum verbis pag. 857. vs. 45. „si vero minus" usque ad „eximemus" vs. 47. convenit quod reperimus p. 117. vs. 13. *εἰ δὲ μήδ'* — *σύγκρισιν* vs. 19.

Continuatio p. 857. vs. 47. „si vero" usque ad „oportet" p. 858. vs. 4. repraesentat locum Sorani p. 116. vs. 1. *προβεβλημένου* — *κομίζεσθαι* vs. 11.

Dein p. 858. vs. 4. „at si conduplicatur" usque ad „attrahatur" vs. 10. invenis quae leguntur apud Dietzium p. 118. vs. 3. *Ἐπὶ* — *λαγόνα* vs. 7. Saltem horum vestigia deprehendes.

A verbis p. 858. vs. 10. „si vero" — usque ad „infigantur" vs. 13. legitur quod respondet loco p. 118. vs. 13. *ἀποσπᾶται* — *κομίζεσθαι* vs. 25.

Pagina 858. vs. 13. „ceterum loci" usque ad „pudendum" vs. 16. legitur quod respondet Dietzianis p. 114. vs. 15. *ἐπιτήδειοι* — *κατακλεῖδες* vs. 23.

A pagina inde 858. vs. 16. „at vero si" usque ad „educatur" p. eadem vs. 20. legimus id, quod repraesentat verba p. 118. vs. 25. *μεμυκότος* — *παρηγορεῖν* vs. ult.

Finis denique capitis Aëtiani a verbis inde „ubi vero" p. 858. vs. 20. occurrit apud Dietzium p. 120. vs. 17. *μετὰ δὲ* — *προείρηται* vs. 21.

Ecce comparavimus caput 23. XVI. Aëtii cum capitibus 51.

52. scriptoris nostri. Distinximus locos undecim Aëtii, qui hoc modo per duo capita Sorani Dietzii sunt distributi:

cap. 51. I. IX. III. VI. V. VII. VIII. X.
„ 52. II. IV. XI.

Caput autem 52. totum repraesentatur apud Aëtium; 51um non totum; huius quidem magna pars legitur apud compilatorem, sed sat ampli loci non sunt recepti.

Caput 53. totum legitur 25° XVI. Aëtii, apud quem Aspasiae tribuitur. Iam Dietzius adnotaverat „hoc caput Sorani non est." Eius finis apud utrumque ita differt, ut apud Dietzium legamus τοὺς τόπους, ubi partes singulae apud Aëtium memorantur, et apud hunc collum et caput non significentur. Apud utrnmque legimus ὡς ἐν τῷ περὶ αἱμορροούσης μήτρας ἐροῦμεν. Itaque fortasse putas innui caput 106. Dietzii. Me iudice res indicio est caput esse spurium; nam secundum ordinem, quem Soranus sibi proposuit, eiusmodi caput non postponi capiti de curando difficili partu deberet, sed id excipere, saltem post id legi. Itaque illud ἐροῦμεν nisi Aspasiae est, est Aëtii, non Sorani. Equidem confidenter hoc caput 53. pro spurio reiicio.

Moschion de his capitibus silet; fortasse in deperditis excerpta habuit, quae desideramus hodie; sed hoc utut est, nihil ex eo discimus de eorum auctoritate.

Redimus vero ad 51. 52., ut videamus quid de his sit statuendum.

Principium capitis 51. Dietzii (p. 113. vs. 12. usque ad τοιοῦτον πάσχουσι vs. 20.) non potest esse Sorani, qui ne in desperatis quidem casibus auxilium denegandum esse dicit in fine capitis 50i. Nec Sorani esse potest locus capitis 52i p. 119. vs. 14., ὁ δὲ χειρουργὸς — ἐλέχθη vs. 19.; nam capite 50° de eiusmodi rebus obstetricem interrogandam esse scribit; praeterea ὁ χειρουργὸς nomen est, quod apud Soranum in hoc opere non

legitur; hic τὴν μαῖαν et τὸν ἰατρὸν memorat, non chirurgum. Quin me iudice totum illud caput 52. inepta est pannorum lacerorum consarcinatio, qua de re postea plura. Solum equidem servatum vellem eius initium; nempe verba, p. 119. vs. 12.—14. obvia, Προδιδόναι — καταρραντιζέσθω, praemitti debent verbis capitis 51. p. 113. vs. 20., κατακλινέσθω κ. τ. ἑ., ita ut principium faciant capitis 51. Dietziani, resecto initio illo, quod Sorani esse non posse diximus.

Quaerimus dein sintne re ipsa reliquae partes capitis 51. Philumeni, uti dicitur in inscriptione capitis 23i Aëtii. — Observamus seqq.: quod p. 113. vs. 22. legitur, κλίνη ἀντιβατικώτερον ἐστρωμένη, — quod vs. 26. ibid. scribitur, γυναῖκες ἔμπειροι καὶ ἰσχυραί, non alienum est a Sorani dicendi genere; p. 114. vs. 6. παραστελλομένων τῶν πτερυγωμάτων Sorani orationem sapit; item p. 116. vs. 6. ποσῶς ἐπισπᾶσθαι. Quod p. 116. vs. 20. legimus, εἰ φυσικῶς ὑδροκέφαλον, item Soranum redolet. Sed haec fortasse te non movebunt. At inspice iam locum de manu sinistra p. 117. vs. 26., ἐργῶδες — ὑπεδείξαμεν p 118. vs. 3.; respice Sostrati mentionem factam p. 118. vs. 15.; vide locum de medicamentis partum, si Dîs placet, promoventibus Hippocraticorum in fine capitis, p. 119. vs. 1. seqq. Quid quod p. 118. vs. 21. verba καθάπερ ἔμπροσθεν ὑπεδείξαμεν manifesto referuntur ad locum p. 7. vs. 13. κατὰ μὲν γὰρ τὰ ἔμπροσθεν μέρη προπαλέστερός ἐστιν ὁ τῆς κύστεως τράχηλος? — Quod autem p. 118. vs. 25. dicitur, ταὐτὰ ποιεῖν, ἅπερ ἐπὶ τοῦ χορίου διδάσκειν μέλλομεν, respicit, si quid recte videam, locum capitis Dietziani 46. p. 98. vs. 10. εἰ δὲ μεμυκὸς κ. τ. ἑ., ita ut haec verba, quae attuli, cum vicinis non Sorani sint, sed Philumeni. Periodum igitur μεμυκότος δὲ — μέλλομεν p. 118. vs. 25. 26. inter Soranea interpolatam esse arbitror. Non neglexi p. 97. vs. 23., i. e. loco sine dubio Soraneo, mentionem fieri μεμυκότος τοῦ στομίου. Verum ibi nihil reperio, quod ad

ostii occlusionem in casibus, ubi ἐμβρυουλκία, vel ἐμβρυοτομία requiratur, spectet; tum vero Aëtium relege et videbis Soranea περὶ ἐπεχομένων δευτέρων nunc non spectari. Credemusne Soranum, qui relinquere audet placentam, ut putrefacta eliminetur, foetum placide reliquisse ut putrefactione dissolveretur? — Equidem locum, quem dixi, reiiciendum et a Philumeno scriptum esse certum iudico, ita ut confidenter eum abigam. In reliquis capitis partibus, Soranum loquentem audire mihi videor.

Quod attinet ad caput 52., de initio transferendo ad caput 51um iam dixi. De loco ὁ δὲ χειρουργὸς — ἐλέχθη item monui, hunc Sorani esse non posse. In superioribus capp. 51. 52. iam actum est de singulis, de quibus in hoc capite sermo est. Puto nos nunc sub oculis habere fragmenta Philumeni. Equidem exceptis illis primis versibus, quos transferendos esse dixi ad caput 51., totum hunc locum reiicio, quemadmodum reiiciendum est caput Aspasiae 53um. Quod attinet ad locum p. 119. vs. 20. καθὼς ἐν τῷ περὶ ἀτρήτων δηλωθήσεται, videmus in indice Dietziano caput 138. περὶ ἀτρήτων καὶ ἀτρήτου τῆς ὑστέρας memorari; locum autem deperditum nobis comparare non datur. — Non me fugit quod dein legitur, εἰ δὲ ὁ τοῦ προρρήγματος χιτὼν στερρὸς εἴη, ἀνατείνειν τῷ ἀγκίστρῳ, εἰ ἐνδέχοιτο, [καὶ] τότε διαιρεῖν αὐτὸν σκολοπομαχαιρίῳ ἤ τινι τῶν ὁμοίων· διαιρεθέντος δὲ τοῦ χιτῶνος διαστέλλειν τοῖς δακτύλοις καὶ τόπον αὐτάρκη ποιεῖν πρὸς τὴν ἔκληψιν τοῦ ἐμβρύου. Nimirum ὁ τοῦ προρρήγματος χιτών, nomen est e Sorani oeconomia; sed hac de re iam sermo fuit p. 109. vs. ult. seqq. —, quapropter non credo ista a Sorano esse conscripta.

Pervenimus ad caput 54. de uteri prolapsu, de quo se scripturum esse pollicitus est Soranus in praefatione p. 2. vs. 14. Caput 76. XVI. Aëtii illi respondet, quod e Sorano haustum esse inscriptio docet. Apud Moschionem nihil occurrit, quod ex eo sit desumptum.

Comparemus autem caput Soraneum cum Aëtiano. Videtur p. 122. vs. 12. esse lacuna post *καὶ γλίσχρου*; nam legimus apud Aëtium p. 886. vs. 9. „Saepe etiam ob humoris plurimi ac lenti influxum *et ob partuum frequentiam appendices, ex quibus uterus dependet, laxantur ac solvuntur.*" Verba notata apud Dietzium non leguntur; antecedentia illa vero alio modo sunt scripta. — Totus locus a pag. inde 122. vs. 25. *ἐκλύεται — τὸ καστόριον* p. 124. vs. 25. deest apud Aëtium. — Quod tum sequitur, usque ad *εὐχερῶς* p. 125. vs. 15. in breve redactum est apud Aëtium p. 888. vs. 8.—11. „In principio" usque ad „prolabitur." — Pervenimus porro apud utrumque usque ad *ἐπικεῖσθαι* p. 126. vs. 12. Dietzio, et „incumbat" p. 888. vs. 26. Aëtio. — Quod apud Aëtium legitur, p. 888. vs. 26. „Tutius" usque ad „proluunt" vs. 28 , non occurrit apud Dietzium. — Quae sequuntur inde a pag. 888. vs. 28. „At vero" usque ad „retrudimus" vs. 32. videntur respondere iis, quae scripta sunt apud Dietzium a p. 126. vs. penult., *εἰ δὲ πολὺν κ. τ. ἑ.*; satis tamen sunt diversa. Excipit haec apud Aëtium locus p. 888. vs. 32. „Deinde" usque ad „curationem" vs. 40., qui legitur paulo superius apud Dietzium p. 126. v. 13. *μετὰ δὲ — θεραπείας* vs. antepenult. ibidem. — Dein Aëtius habet quod apud Dietzium legimus p. 127. vs. 6., *εἰ δὲ χρονίσαιεν — προείρηται* p. 128. vs. 4.; sunt tamen contracta. — Porro apud Aëtium locus p. 888. vs. penult. „Loci insuper" usque ad „admoveantur" p. 889. vs. 1. refert tres postremos versus capitis Dietziani p. 129. vs. 1., *ὑποθυμιατέον — προσάγειν*. Ac sequitur tandem apud Aëtium parvus locus usque ad „efferantur" p. 889. vs. 1., quem Soranus non habet. — Quod in Latinis Aëtii sequitur, „Ferunt" usque ad „recidit" p. 889. vs. 1.—5., apud Soranum Dietzii non legitur. Finis capitis Aëtii respondet iis, quae habet Dietzius p. 128. vs. 9.—19. *μελανθείσης — ἀνοίκειον*. — Verba p. 128. vs. 16. *ὧν ἔμ-*

προσθεν ἐμνημονεύσαμεν respiciunt ad p. 11. vs. 5. capitis 4i Dietziani.

Quemadmodum citatio illa loci operis sui docet nos in hoc capite auctorem nostrum loquentem audire, ita idem sponte patet e methodo historica, quam a p. 122 vs. 25. inde et p. 123. 124. in eo observamus. Frequens methodi μετασυγκριτικῆς et remediorum μεταυγκριτικῶν mentio facta idem ostendit; quapropter nihil amplius dico ut summatim Sorano caput deberi evincam.

Non tamen totum ab uno auctore est conscriptum. Qui animum advertit ad capitis principium, πρόπτωσις ὑστέρας λέγεται ἡ τῆς ἐκτροπῆς περὶ τὴν μήτραν ἀπειλή, sentit ea, quae vs. ult. ac deinceps p. 124. leguntur, τὸ δὲ προπῖπτον παραπλήσιόν ἐστι ᾧῷ στρουθοκαμήλου παρὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον τῆς κατὰ τὴν βίαν γινομένης ἐκτροπῆς, cum principio non congruere. Tum vero mirum est dein de causis mali sermonem fieri, itemque de signis usque ad p. 122. vs. 25. ἐκλύεται, inde vero statim rursus aliorum de morbo opiniones describi. Nimirum totus locus inter πρόπτωσις p. 121. vs. ult. et Ἔνιοι μέν, p. 122. vs. 25., eximendus est: πρόπτωσις. Ἔνιοι μὲν κ. τ. ἑ. sibi subsequi debent, nullo loco intermedio. — Sed cum illo ἐκλύεται p. 122. vs. 25. cohaeret locus p. 124. vs. 25. Ἁρμόσει — εὐχερῶς p. 125. vs. 15., qui item eo loco, quo legitur, ineptus, eximendus. Cuius scriptoris sint quae reiicienda esse dixi, ignoro; a Sorani vero capite esse aliena probe scio. — Atque hae quidem ampliores sunt interpolationes, praeter quas aliae notandae. Pag. 123. vs. 1. γνωρίζεται δὲ ἐκ τοῦ τρυφερὸν προπίπτειν τὸ σύγκριμα ὅμοιον κεφαλῇ πολύποδος, ὡς Ἡρόφιλος ἔλεγεν, πόρον ἔχον ὡς παραδέχεσθαι διπύρηνον me iudice scholion est, cuius origo repetitur e cap. 3., p. 9. vs. 14. Dietzio. — Videndum dein de loco p. 126. vs. 17. μετὰ δὲ τοῦτο σικύας προσβλητέον μετὰ φλογὸς πλείονος πρὸς ὀμφαλὸν [καὶ] κατ' ἑκατέραν λαγόνα

καὶ ὀσφραντὰ ταῖς ῥισὶν εὐώδη συνεχῶς προσενεκτέον. Scilicet p. 124. vs. 17. seqq. audimus ipsum Soranum τὸ ἀποσφραίνειν τοῖς εὐώδεσι contemnentem, ita ut hic ea commendare nunc non potuisse videatur. Usus vero cucurbitularum ab eius medendi ratione non alienus est. Verum Aëtius post ἐπικεῖσθαι, uti e Latinis liquet, eiusmodi quid dedit: ἀσφαλέστερον δὲ ἕως πρὸς τὰ γόνατα κηρίᾳ συνδεῖν. Ἔνιοι δὲ τὴν μήτραν προσφάτως προσπεσοῦσαν σικύου ἡμέρου καὶ τεύτλου ἀφεψήματι μετὰ οὔρου [παλκιοῦ] δυσώδους, ἢ ὄξους δριμέος, ἢ κακώδει τινὶ [ἄλλῳ] καταντλοῦσιν. Ἢν δὲ ἡ ὑστέρα προπεσοῦσα χρόνῳ ἐξογκωθῇ καὶ ὑγροῦ πολλοῦ πληρωθῇ, ὥστε διὰ τὸν ὄγκον ἀνατρέπεσθαι μὴ δύνασθαι, τεύτλου ἀφεψήματι αὐτὴν καταβρέχομεν, ἔπειτα ὄξος καταντλοῦμεν καὶ ἅλας λεπτοτάτους ἐμπάσσομεν· εἶτα τῆς ὀγκώσεως καθεστώσης τῷ αὐτῷ ἀφεψήματι βεβρεγμένην ἀνωθοῦμεν. Μετὰ δὲ ταῦτα σικύας προσβλητέον κ. τ. ἑ., quae supra descripsi. Equidem haec non recepi; sed nolui illa non hoc loco reddere, quia sentio fieri posse, ut aliquis ex omnibus solum omittendum censeat illud καὶ ὀσφραντὰ ταῖς ῥισὶν εὐώδη συνεχῶς προσενεκτέον. Mihi totus locus spurius esse videtur: a Sorani ratione illud οὖρον δυσῶδες, cetera male olentia aliena sunt, et vero nunc illud enarrat, quod ipse faciendum arbitratur; nec parum apud me valet cum verbali προσενεκτέον, quod loco manifeste spurio legimus, plane congruere antecedens προσβλητέον, ita ut utrumque illum locum Dietzianum non admittendum censeam. Sed, uti dixi, fieri potest, ut alius de his alio modo iudicet. — Locum postremum capitis p. 129. vs. 1., ὑποθυμιατέον — προσάγειν, neminem Sorano tributurum esse opinor.

De ceteris, quae e textu removenda, vel alio modo quocumque corrigenda videbantur, inspice quae ad textum ipsum adnotavi. Itaque haec de capite 54° sufficiant.

Pervenimus iam ad seriem capitum (55.—66.), in quibus de morbis sermo est, qui potius ad argumentum operis chirurgici quam libri de arte obstetricia pertinere videntur. Omnia illa deinceps cum capitibus Aëtii respondentibus conferemus.

Caput 55. refert capita 37. 38. Aëtii, qui ea Philumeno debet.

Caput 56. respondet 39° XVI Aëtii, apud quem anonymum est, verum est continuatio capitum 37. 38., quae Philumeno tribuuntur.

Caput 57. est 40um XVI. Aëtii, qui id e Leonida se desumpsisse testatur.

Caput 58. est 42. XVI. Aëtii, apud quem est anonymum.

Capita 59. 60., nempe 60um usque ad p. 137. vs. 4. Dietzio, faciunt cap. 43. XVI. Aëtii. Excerptum est ex operibus Archigenis et Leonidae.

Posterior pars capitis 60i est 44um XVI. Aëtii Latini; continuatio est antecedentis et probabile est ex eodem fonte demanasse.

Caput 61. est 45um Aëtii, qui Leonidae id tribuit, et 46um, anonymum quidem, sed quod continuationem obfert superioris, ita ut utrumque 45. et 46. communis originis esse videatur.

Caput 62. est 47. XVI. Aëtii, anonymum.

„ 63. „ 48. XVI. „ anonymum.

„ 64. „ 49. XVI. „ anonymum.

„ 65. „ 50. XVI. „ Leonidae.

En seriem capitum eodem fere ordine sese excipientium apud Dietzium et Aëtium!

Caput 66. est 33. XVI. Aëtii, qui unde hauserit, reticet; non magis tamen Sorani locus est quam antecedentes illi, qui e veteribus chirurgis excerpti sunt. Qui conferet caput 66um cum 67° Dietziano, diversitatem statim persentiet; in hoc Soranus ipse loquitur, in illo alius quis.

Omnia igitur illa capita 55.—66., a pag. inde 129. usque

ad p. 148. vs. 3. editionis Dietzianae interpolata sunt, omnia reiicienda.

Repudiavimus rursus seriem non exiguam capitum; fecimus autem postquam alia praecedentia ad finem operis relegaveramus; itaque iuvat circumspicere quo tendamus.

Capitibus Dietzianis 47.—55. summatim ad finem operis repulsis pro interpolatis reiecimus capita 55.—66. Excipitne iam 67um apte 46um? Capite 46° auctor egit de secundinis retentis; 67° sermo est de mammarum post partum intumescentia. Modus, quo de hac re agere incipit, facit ut opineris inter caput 46um et 67um unum vel plura fuisse intermedia. Caput hoc incipit verbis *μέρος τι τῆς τῶν ἀποκεκυηκυιῶν ἐπιμελείας καὶ τὸ περὶ τοῦ προκειμένου διαλαβεῖν*. Hoc *προκείμενον* est illa mammarum intumescentia, quae non statim post partum, sed postridie, tertio die observari solet. Capite 46° sermo fuit de postrema partus periodo, i. e. de secundinarum retentarum curatione. Intelligimus plura inter utrumque tempus esse intermedia, de quibus non monere vix potuit auctor. Si conferas Moschionem, reperis in huius capitibus 55.—57. quae sunt interposita inter ea, quae respondent capitibus Soraneis apud Dietzium 46. et 67. Sunt vestigia locorum Sorani de cura mulieris habenda statim post partum, de dignoscendis lochiis idonea copia fluentibus. Certum igitur est inter caput 46um et 67um Dietzianum habuisse Soranum capita aliquot, — numero non multa fuisse videntur, — intermedia; ita ut in editione lacuna, de qua plane constat, sit notanda.

Verum priusquam progredimur, de quaestione tacere nolim, quam lectorem proponere mihi posse sentio. Quaeris forsitan: caput Dietzii 46um legiturne debita sede? — scilicet hoc operis sui loco auctor agit *περὶ τῶν κατὰ φύσιν*; retentio tamen

secundinarum est παρὰ φύσιν. Non nego, sed non ideo mihi persuadeo, Soranum hunc locum in fine operis sui tractavisse. Partus foetus secundum naturam absolvi potest, foetu vero edito in lucem placenta retineri. Tum vero in curatione illa chirurgia instrumentorum ope ab illo non commendatur, sed placentam, si fata ferant, relinquit ut putrefacta excernatur. Hae causae sunt, quae me iudice incertum reddunt caput esse transferendum. Alium de hac re alio modo sentire posse sentio, vereor tamen ut certis argumentis evincat locum de retentis secundinis a Sorano in fine libri fuisse tractatum, quapropter ego nunc nihil de sede sua moveo. Quin cap. 67., quod sine dubio propriam suam sibi sedem habet ubi legitur ante 68um, item pathologici est argumenti! Cum capite 67° conferri poterit 35. XVI. Aëtii, in quo aliquid fortasse e Sorano haustum est; totum tamen caput Aëtianum plane differt a Soraneo.

Capita 67. 68. Dietzii apte sibi subsequuntur. Finis 67i id luce clarius ostendit. [1] Discimus simul Soranum pervenisse ad partem postremam eorum, in quibus egit de parturientis curatione; significat se transire ad τὴν παιδοτροφίαν. Itaque caput 68. primum est huius sectionis operis, quam promiserat in introductione (p. 2. vs. 8. Dietzio).

Caput 69. item post 68um suam tuetur sedem propriam. De eius auctoritate nemo dubitabit. Aëtius IV. 2. excerpta ex illo habet, unde textum Dietzii, quemadmodum fecimus, corrigere licet.

Caput 70um (p. 151. Dietz.) plane alienum est ab argumento operis Sorani; non interpolatum esse non potest. Est caput

1 Noto h. l. me reiecisse e cap. 67. locum interpolatum mihi visum; conf. p. 112. mihi in adn. Non neglexi, cum illa expuli, Moschionem ea ipsa apud Soranum vidisse, sed sive Moschion, sive Latinus auctor, unde Moschion sua excerpsit, Sorani locum interpolatum videre potuerunt!

4um XI. Aëtii, qui significat se ibi secutum esse Archigenem et Philagrium (p. 594. Ed. Lat.).

Caput 71. est 5um Aëtii l. l. et continuatio superioris. Pars huius, quae incipit p. 158., ubi inscriptio Δίαιτα προφυλακτικὴ κ. τ. ἑ. est caput 6um Aëtii l. l. Quod eodem capite legimus p. 159. apud Dietz. respondet 7° Aëtii, cuius 8vum reperitur p. 160. Dietzii; locus autem desumptus est e Philagrio.

Itaque constat capita 70. (p. 151. Dietzio, nempe p. 161. item caput est eodem numero notatum), 71. (p. 153.) et caput sine numero (p. 158.) esse spuria, interpolata. Fragmenta sunt tractatuum diversorum a Sorani opere, aliena, desumpta ex Archigene et Philagrio.

Capita 70. (p. 161. Dietzio) usque ad 90. (p. 208.) satis apte sibi succedunt, neque ullum est non a Sorano conscriptum. E pluribus eorum excerpta reperis apud Aëtium libro IV., quae indicabo.

Apud Aëtium 3. IV. detegis vestigia capitum 70. 71. 72. 77. 79.

in capite	4.	IV.	capitis	73.	Dietziani
„	5.	„	„	77.	„
„	6.	„	„	75. 76.	„
„	7.	„	„	88.	„
„	9.	„	„	84.	„
„	13.	„	„	89.	„
„	15.	„	„	86.	„
„	18.	„	„	88.	„
„	19.	„	„	90.	„
„	21.	„	„	87.	„
„	28.	„	„	83.	„

His imitationibus Soraneorum apud Aëtium indicatis, aliquid dicere lubet de his capitibus omnibus simul. Eorum auctoritas ita constare mihi videtur, ut inutili eius demonstratione

taedium lectori parere nolim. Sine dubio summatim locum tenent, quem auctor in opere suo iis destinavit. Nec tamen fieri posse credo, ut certo sciamus, num quae perturbatio sit in consecutione, an non sit; ne caput quidem 68. nos certos reddit. Nec sciri posse opinor, num quid deficiat, ita ut capita forsitan perierint, necne. Quodsi Aëtium respiciamus, videmus in tetrabiblo prima, ubi de his rebus agit, talia tangi, de quibus altum silentium est in capitibus Dietzianis, et de quibus vix tacere potuisse videtur Soranus. Tum apparet rerum ordinem esse alium apud Aëtium; quod tamen me non movet ut ordinem editionis Dietzii mutem, quia certum quid de pristino mihi non est in promptu, neque de lacunis, si quae sint, plane constet. Monitum solum volui lectorem, ne temere putet his locis Sorani librum ita ad nos esse transmissum ut nihil passus esse videatur. Exemplo uno defungar: initio cap. 90[i] (p. 207. Dietz.) legimus *ῥευματιζομένου οὖν τοῦ βρέφους τὴν κοιλίαν κ. τ. ἑ.* Quid ibi erit *οὖν*? Nemo perspicit. Equidem, quia eo rerum nexu, quo iam haec legimus, *οὖν* ineptum est, ex Aëtio *δέ* scripsi; sed ne putes me non sentire *οὖν* fortasse ab auctore datum fuisse et indicio esse posse, periisse quaedam, ad quae illud *οὖν* olim apte referretur.

Caput 91. non est Sorani; saltem si hic de ea re scripsit, parum probabile est, nos ipsius verba in eo habere. Comparanda sunt capita Aëtii 24. et 12. IV. (ed. Graecae), quae si inter se et cum nostro 91° contuleris, videbis nos in hoc fragmento eiusmodi quid legere, quod potius est simile illis, quae apud Moschionem passim occurrunt, quam sine dubio Soraneis.

Caput 92. ipso argumento suo pugnat cum iis, quae Soranus dixit cap. 90° (p. 208. vs. 10. seqq. Dietzio). Cum eo conferri poterit cap. 29. IV. Aëtii, apud quem auctoris nomen reticetur. Sine dubio est spurium.

Praeterea aliud quid in censum venit. Capita 91. 92. interponuntur inter 90um et 93um; certum autem est hoc illud excipere debere. In extremis verbis capitis 90i est finis partis operis Soranei *περὶ τῶν κατὰ φύσιν*; 93um vero primum est partis *περὶ τῶν παρὰ φύσιν*. Relege mihi finem capitis 90i et videbis id nulla re intermedia a 93° separari posse. Itaque id, quod ante iam observavi, confirmatur: capita 91. 92. certo certius sunt interpolata.

Caput 93. tam certas obfert notas, quibus Sorani orationem agnoscas, ut de auctoritate eius dubitare nemo possit. Nihil omnino inest, quod suspicionem moveat, sive totum locum, sive partem qualemcumque non ab auctore nostro esse scripto mandatam. Redeo tamen ad hoc caput in postremis praefationis partibus, ut de aliis quam de eius auctoritate moneam.

Principio capitis 94i legimus: *τῶν ὑπαγομένων διαίτῃ παθῶν, περὶ πρώτης διαλαμβάνομεν ἐποχῆς τῶν ἐμμήνων*. Unde discimus caput nisi totum, at partim saltem Sorani esse debere; tum esse huius capitis locum legitimum post Dietzii 93um. Magna autem eius pars non dubias obfert notas auctoritatis suae; insunt tamen interpolata non pauca et praeterea inest perturbatio ordinis insignis, quorum vitiorum illud resecando, hoc emendando tollere licebit.

Statim initio (p. 213. vs. 16.) *ὡς καὶ τῆς ἰσχουρίας ἡ στραγγουρία — ἰσχουρία* est adnotatio ducta e loco p. 220. vs. 25. seqq., quam expellemus. Dein totum fragmentum amplum p. 214. vs. 17. *Τὰς μὲν οὖν — ἐνέπεσον* p. 217. vs. 16. refert capita 51. 52. XVI. Aëtii. Ac caput quidem 52. ibi anonymum est, sed 51. ductum esse dicitur ex operibus Rufi et Aspasiae. Quod attinet ad verba p 217. vs. 6. *μὴ καθαιρομένῃ τοίνυν γυναικὶ — ἐνέπεσον* ibid. vs. 16., cf. Gal. de locis affectis (vol. VIII. p. 435. Kühn.) et apparebit in verbis Pergameni fontem esse, unde magna pars manavit eorum, quae Aëtii cap. 52. continentur.

Totus igitur ille locus trium paginarum editionis Dietzianae reiiciendus est, utpote non a Sorano conscriptus, sed ab aliis.

Notemus porro locum p. 220. vs. 24. *στραγγὴ κάθαρσις — κυάθους γ′ ἢ δ′*. p. 222. vs. 18. esse partem capitis Aëtii 63. XVI., quod unde sumptum sit non dicitur. Est nempe pars prior ab initio inde capitis (p. 877.) usque ad „potest." p. 878. vs. 22. Reliqua pars capitis legitur apud Dietzium p. 229. vs. 6. *Ἕτερος τοιόσδε κ. τ. ἑ.* ad finem capitis usque p. 230. vs. 4. Non legimus in Aëtio excerpta, sed totum caput, perpaucis, quae ad id apud Dietzium pertinere videri possint, exceptis, de quibus dicam, ut ubi collocanda sint appareat. Pag. 222. vs. 18. verba *πεσσοῖς δὲ χρηστέον — πιμελῆς χηνός*, ibid. vs. 21. inserenda sunt p. 220. vs. 22. post *καὶ ἁπλῇ*. Partitionis nempe primo membro in iis (p. 222. vs. 19.), *ἁπλουστέροις μέν*, respondet alterum membrum, *συνθέτοις δέ* p. 228. vs. ult. et quae sequuntur usque ad *ἀναγραφησομένοις* p. 229. vs. 10. E variis lectionibus ad p. 229. apud Dietzium adnotatis patet, quod e nexu iam reperto item sponte sequitur, ibi vs. 1. *φαρμάκοις* et *προσθετέον* esse emblemata.

Iam vero, quum caput Aëtii 63. XVI. sit anonymum, quaeris, sintne ea, quae apud Dietzium illi respondent, Sorani an alius scriptoris. Equidem in *πόρων στένωσις ποικίλως γινομένη* (p. 221. vs. 4.), — in *ἡ κάθαρσις ἀπαρεμποδίστως . . . . ἁπαντᾷ* (p. 221. vs. 12.), — tum in *δρώπαξι φοινίσσειν τὴν ἐπιφάνειαν δυναμένοις* (p. 229. vs. 23.) Sorani et orationem et omnem rationem agnosco. Sed praeterea omnia ista *περὶ στραγγῆς καθάρσεως* inter se cohaerent; quin in introductione dixit auctor noster se de menstruis retentis et stillatim facta purgatione menstrua esse acturum. Dubium igitur non est, quin habeamus in duabus illis partibus capiti Aëtii anonymo respondentibus partem alteram capitis *περὶ ἐποχῆς ἐμμήνων καὶ περὶ στραγγῆς καὶ μετὰ πόνου καθάρσεως*, quod scripturum se esse pollicitus est Soranus. Ce-

terum ex ipsa editione lector melius intelliget quam ex hac turbarum descriptione, quo modo totus hic locus sit constituendus.

Capita 95.—104. Dietzii seriem faciunt locorum apud Aëtium hoc ordine descriptorum:

Caput 95. Dietzii est 53. XVI. Aëtii.
„ 96. „ „ 54. „ „
„ 97. „ „ 55. „ „
„ 98. „ „ 56. „ „
„ 99. „ „ 58. „ „
„ 100. „ „ 59. „ „

Inscriptio capitis et nomen causae morbi in ipso capite corrupta sunt apud Dietzium.

Caput 101. Dietzii est 57. XVI. Aëtii.
„ 102. „ „ 61. „ „
„ 103. „ „ 60. „ „
„ 104. „ „ 62. „ „

Sunt haec capita omnia anonyma apud Aëtium et in nonnullis Dietzianis non nisi fragmenta apparent Aëtianorum.

Anonyma illa apud Aëtium capita ad unum omnia esse spuria, non Soranea, evidenti τεκμηρίῳ evincam. Nimirum omnia coniuncta esse cum loco Rufi et Aspasiae, quem in medio cap. 94. Dietzii deteximus, certo constat. Causae enim retentionis menstruorum, quae enumerantur p. 214. 215. Dietzio, in interpolatione illa capitis 94. eaedem sunt, quae argumenta faciunt illorum capitum. Nimia θερμότης s. hereditaria, s. acquisita p. 214. vs. 27. seqq.; ψυχρότης p. 215. vs. 23.; pinguedo nimia p. 215. vs. 12.; emaciatio corporis p. 215. vs. 19.; vitia sanguinis p. 215. vs. 22.; effusio sanguinis per alias vias, aliaeque secretiones p. 215. vs. 23.; otium p. 216. vs. 14.; morbi topici uteri p. 216. vs. 16. Certo igitur mihi persu-

asum est, capitula, in quibus nihil reperias, quod auctori nostro sit proprium, Sorani esse non posse. Probabile esse arbitror illa eiusdem originis esse, cuius locus in cap. 94° interpolatus, i. e. e Rufi, vel Aspasiae scriptis omnia demanavisse. In Sorani operis editione omittenda sunt; apud Moschionem horum nihil legimus!

Caput 105. in Aëtio Latino est 64. XVI., ubi inscriptio „de nimia mensium purgatione," ita ut καὶ αἱμορραγίας Sorani Dietziani non exprimatur; est autem anonymum Aëtio. Suspectum id reddunt plura: ubi p. 236. vs. 14. οἶδά ποτε scriptum est, apud Aëtium legimus: „novi, inquit Galenus;" esse autem re ipsa locum Galeni constat e methodo med. V. 5. (vol. X. p. 328. Kühn.), ubi Pergamenus casum suum enarrat. Tum apud Aëtium p. 878. vs. 45. legimus: „quale est fulvum Galeni." Hoc quidem apud Dietzium non legitur, sed apographum, quod typis mandavit, non nisi pauca excerpta habet e capite Aëtii; non habemus apud Aëtium caput e Sorano desumptum vel excerptum. Pag. 235. vs. 18. lego ἀμβλώσεσι, quod nomen in vere Soraneis usurpatum nusquam videre me probe memini. Caput unde desumpserit Aëtius, ignoro, sed recentioris esse temporis quam Galeni constat, ita ut sane Sorani esse nequeat. Apud Moschionem quod illi respondeat frustra quaesivi.

Caput 106. apud Aëtium nihil habet, quod cum ipso conveniat; caput 136. Moschionis ex illo ductum est. Indicia manifesta apparent γνησιότητος; exempli loco haec sunto: p. 237. vs. 2. δοκεῖ δέ ποτε καὶ περιοδικῶς ἀπαντᾶν, quod verbum familiare est nostro; tum legimus p. 237. vs. ult. καὶ ἐκ διαστήματος καταρριπισμός, reperimus vero apud Cael. Aurel. p. 27. vs. ult. „etiam flabris utimur," — p. 160. vs. 27. „flabellis

etiam latenter aërem frigerandum dicimus;" — reprobatio Themisonis (p. 239. vs. ult. et 240. Dietzio.) item notam certam praebet locum auctori nostro deberi. Hoc autem caput non idem esse, atque illud, quo lector dimittitur in capite spurio 53°, supra iam ostendimus. Brevi, sine dubio hic locus in editionem Sorani recipiendus est.

Capita 107. 108. diligenter explorare oportet. Fieri nequit, ut Sorani orationem non agnoscas in maxima parte capitis 107. Opiniones Alexandri Philalethis, Demetrii Herophilei, Asclepiadis, quae in eo exponuntur, — verba *ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ κοινὸν σημειωσόμεθα* (p. 241. vs. 21.), — indicia sunt manifesta. Notemus tamen Aëtium XVI. 65. suum habere caput „de fluxu muliebri," quod Archigeni acceptum refert. Plura de hac re mox dicemus ad caput 108.; nunc id unum praemoneo, priorem eamque longe maiorem partem capitis 107^{i} sine dubio Sorani esse; particulam vero posteriorem, inde ab *Ἐνίαις* p. 242. vs. 3. ad finem usque, esse Archigenis, ad caput sequens e vincere studebo.

Probe memini caput 108^{vum} primum me docuisse quam interpolationibus Sorani ipsius capita apud Dietzium sint referta. In morbi tractatione laudatur venae sectio initio capitis Dietziani; in postrema parte (p. 245. vs. 15. seqq.) damnatur. Contradictio sane non obscura! Verum in postrema illa parte Sorani vocem audimus; nam verba *ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν* referuntur ad ea, quae leguntur p. 239. vs. ult. seqq. capitis 106. Principio contra capitis 108. loquentem audimus eundem, qui scripsit postremam particulam capitis 107. Locus autem *ὡς ἐπίπαν γὰρ νέαις ἔφαμεν συμβαίνειν τὸν ἐρυθρὸν ῥοῦν* (p. 242. vs. 24.) refertur ad id, quod dictum est p. 242. vs. 4., *καὶ ὁ μὲν ἐρυθρὸς ταῖς ἀκμαζούσαις συνεδρεύει, ὁ δὲ λευκὸς ὡς ἐπίπαν ταῖς παρακμαζούσαις.* Itaque certum est extremam particulam capitis 107^{i} et initium 108^{i} eidem deberi auctori.

Hunc vero non esse Soranum, sed Archigenem, Aëtius significat; quem cum Dietzianis conferentes progredimur usque ad p. 244. vs. 8. *εἰ δὲ καὶ ποτήμασί τις κ. τ. ἑ.*; reliqua verba capitis 108. ibi non leguntur. — Id, quod occurrit paulo post p. 244. vs. 17. *τῷ τὸν μὲν χωρὶς πόνου ὑπάρχειν, τὸν δὲ μετὰ πόνου καὶ χωρὶς ἑλκώσεως, τὸν δὲ μεθ' ἑλκώσεως φλεγμαινούσης ἢ ῥυπαρᾶς ἢ καθαρᾶς*, — locus capitis 108vi (p. 244. vs. 21.) *ὅτε δὲ μεθ' ἑλκώσεως, ἐπὶ μὲν ταῖς φλεγμαινούσαις κ. τ. ἑ.*, — id, quod vs. penult. ibidem legitur (p. 244.) *εἰ δ' εἴη ῥυπαρὰ, ὥστε τρυγῶδες εἶναι τὸ φερόμενον*, — omnia illa referuntur ad eundem locum capitis 107. (p. 241. vs. penult.) *κατὰ δὲ τὸ προσεχὲς — καθαρᾶς* p. 242. vs. 2. Legimus porro p. 245. vs. 4. *μετασυγκρίνειν δυναμένοις*, et vs. 9. *σικύαις μετασυγκριτικαῖς, δρώπαξι*. Tandem obvius est locus, ubi venae sectio repudiatur. Omnia haec ostendunt Soranum ibi loqui maioremque capitis 108vi partem ab initio inde usque ad *τῶν περὶ μασχάλας τόπων* (p. 244. vs. 8.) auctori a Sorano diverso deberi, i. e. Archigeni, unde Aëtius sua duxit. Posterior pars capitis 108vi a verbis inde *εἰ δὲ καὶ ποτήμασι κ. τ. ἑ.* germana est. Detrahendum tamen quod postremis versibus scribitur p. 245. vs. 20. *ἀγαθὰ δὲ κ. τ. ἑ.* usque ad finem capitis, qui locus nullam habet cum antecedentibus coniunctionem, et cuius vestigia deprehenduntur apud Aëtium in fine cap. 66. XVI. (p. 860.). Probabile est haec quoque ab Archigene esse profecta.

Observo ceterum illud, quod remanet de capite 108°, postquam Archigenea detraximus, esse fragmentum. Discimus autem e Moschionis capite 137. quomodo haec res se habeat. Nimirum quae Soranea sunt in capitibus 107. 108. Dietzianis leguntur in uno capite illo Moschionis, quod inscriptum est *περὶ ῥεύσεως αἵματος τῆς γυναικός*. Itaque Soranea illa capitum 107. 108. coniunxi in unum, cuius verus titulus est *περὶ ῥοῦ γυναικείου* p. 240. apud Dietzium. Inscriptio p. 242. apud eum

obvia ῥοῦ ἐρυθροῦ θεραπεία Archigeneis illis interpolatis debetur. Ipse Soranus, uti patet e loco p. 241. vs. 22. ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ κοινὸν κ. τ. ἑ., coniunctim egit de formis diversis fluxus muliebris uno capite, quod imitatus est Moschion in suo 137. Quin lacuna, quam notavimus, manifesto in Moschionis mss. non apparebat; nam iis, quae deficiunt, respondent verba apud hunc p. 85. ed. Dewes obvia: ἐκείνη τοίνυν ἡ διάρροια, ἥτις ἄνευ ἕλκους καὶ ὀδύνης ἐστὶν, ὅπως μόνος ὁ χυμὸς φέρεται, διὰ τῶν προειρημένων ἁπάντων βοηθημάτων θεραπευθῆναι δυνηθή[σεται], ἅπερ ἐν τῇ ἐξαιματώσει τῆς μήτρας τεθείκαμεν. Haec de capitibus 107. 108.

Caput 109. partes exhibet 67i XVI. Aëtii, in cuius capite verba p. 880. vs. 43. „aut de alio quopiam ad rubrum fluxum relato" manifesto respiciunt caput 66um, i. e. ad partem referuntur capitis Dietziani, quam abigendam e Sorano esse vidimus. Caput 67um Aëtii est continuatio 66i; probabile autem mihi videtur esse eiusdem capita 66. 67. Aëtii, cuius sunt huius caput 65., i. e. Archigenea in illis legimus. Convenit caput 109. Dietzii cum parte spuria 108vi; non dubito, quin totum sit explodendum, neque vero Moschion quidquam eiusmodi continet. Unus tamen locus p. 246. vs. ult. στεγνωθείσης — τὰ τοιαῦτα πάντα p. 247. vs. 7. a me servatus et ad finem capitis mihi L. est relatus, i. e. post παρέχειν p. 245. vs. 19. Nempe Sorani orationem in his facile agnoscis.

Caput 110. illud est, quod scripturum se esse ipse Soranus in praefatione est pollicitus. Caput 68. XVI. Aëtii cum eo comparandum est; quod, age, faciamus.

Principio pauci versus usque ad διάθεσιν p. 247. vs. 17. a Sorano sunt scripti: illud κατ' ἔννοιαν δέ ἐστι κ. τ. ἑ. eius usum sapit. Hi autem versus non leguntur apud Aëtium, apud quem contra reperimus amplum locum a pag. 247. vs. 17. inde κάτωθεν — αἴσθησιν p. 249. vs. 2. Postrema vero huius loci pars

inde a p. 248. vs. 7. *βουλόμενοι* continet id, quod reperitur apud Gal. de locis aff. vol. VIII. p. 415. vs. 6. usque ad p. 416. vs. penult. — Quodsi totum hunc locum, quem Aëtius habet, et quem partim apud Galenum legimus, tollamus, videmus ea, quae eum excipiunt, esse continuationem principii, quod Sorani esse diximus. Itaque non exiguam sane deteximus interpolationem.

Continuatio autem eorum, quae apud Aëtium leguntur, occurrit apud Dietzium pag. 250 vs. 18., *καταφέρονται — γαστρὸς κακώσεσιν* p. 253. vs. 7. Locus vero apud Aëtium hicce continuatio est eius, quem supra auferendum esse ostendimus. Verum nunc aliquid notemus, quod negligendum non est: ubi p. 251. vs. 17. legimus *ψύξις δέ ἐστι πνευματικωτέρα τὸ πάθος, οὐχ ὥς τινες ᾠήθησαν φλεγμονή*, Aëtius praebet „non inflammatio, veluti Soranus putat." (p. 882. vs. 30.) — Apparet Aëtium, vel scriptorem, quem sequitur, opinionem Sorani repudiare, cuius nomen reticetur apud Dietzium. Qui librum descripsit simile quid fecit aliis locis, uti supra iam vidimus; dixeris autem eum consulto fecisse, ne suspicionem moveret, ista Sorani non esse.

Cum iis, quae leguntur p. 251. vs. antepenult. *Οἶδα γὰρ κ. τ. ἑ.* conferri potest Gal. de semine II. (vol. IV. p. 598. vs. ult. usque ad p. 599. vs. 9.) et de locis aff. VII. 5. (vol. VIII. p. 423. 432. 433.). Inesse nempe illis videntur plura, quae Pergameno debentur.

Totus igitur, quem brevi ante indicavi, locus item eximendus erit. Soranus morbum, de quo sermo est, inflammationem esse credidit; alter, cui interpolata debentur, *ψύξιν* esse statuit. Habemus autem in iis, quae sequuntur, ubi curatio morbi traditur, item fragmenta utriusque scriptoris inter se mixta. Pervenimus scilicet usque ad pag. 253. vs. 7. Locus, qui tum sequitur a verbis inde *τῆς μὲν οὖν ἐπιτάσεως — κατεψυ-*

γμένον vs. 13., non apparet apud Aëtium, qui pro iis pauca habet de modo decumbendi mulieris, quae non sunt illa, quae citavimus. Verum a pag. 253. vs. 14. Dietzio διαδεσμεῖν τοίνυν χρὴ κ. τ. ἑ., Graeca respondent iis, quae occurrunt apud Aëtium, usque ad καὶ ὅλα τὰ σκέλη pag. 253. vs. 16. Dietzio. Ab hoc loco inde usque ad τῶν μέσων pag. 254. vs. 3. Soranum audimus, nec quidquam horum apparet apud Aëtium, qui pergit in iis, quae conveniunt cum καὶ ὀσφραντὰ κ. τ. ἑ. p. 254. vs. 3. usque ad καὶ τῇ ἕδρᾳ δὲ προσθεῖναι p. 255. vs. 7. A quo loco inde usque ad τὰς δὲ μετὰ τροφὴν, pag. 255. vs. 9., leguntur verba, quorum nullum omnino apud Aëtium. Continuat ibi monita de morbi curatione usque ad παροξυνομένας vs. 12. p. 255. Dietzio. Quod sequitur usque ad τῇ δὲ τρίτῃ p. 255. vs. 22. aliquid est, quod Aëtius non habet. Nempe hic continuat ea, quae postremo citavimus, et pergit usque ad ἀμυχὰς vs. 24. eadem pag. — Reliqua eorum, quae Aëtius habet, leguntur a pag. 259. vs. 1. ἀπὸ δὲ τῶν βοηθημάτων usque ad finem capitis Dietziani p. 260.

Quodsi iam relegimus ea, quae demptis interpolatis sunt reliqua, animadvertimus in iis, quae servavimus, sermonem esse de curatione, quam antiphlogisticam appellare solemus, quae accommodata est ad pellendum morbum inflammatorium, qualem suffocationem uterinam esse credidit Soranus. Observamus eum superiorem operis sui locum respicere; nam verba καὶ ἀναλαβόντες κατάπλασμασι τοῖς ἐπὶ τῶν μετὰ πόνου καθαιρομένων παραδοθεῖσι κ. τ. ἑ., p. 255. vs. 25., referuntur ad ea, quae capite 94° de ea re dicta sunt. Tandem vide quam certo in capite 129. Moschionis περὶ ἀποπνίξεως τῆς μήτρας habeamus imitationem loci Soranei, qualis hic liberatus ab alienis a nobis est editus.

Capita Dietzii 111. 112. 113. respondent Aëtianis 69. 70. 71. XVI. Nemo sane tres formularum medicinalium syllogas

Sorano adscripserit, cuius caput de suffocatione uterina unum, integrum, omnibus numeris absolutum, ita ut postea nihil amplius apud eum de illo argumento exspectes. Quin vidimus illum in eo lectorem dimittere ad remedia, quae antea ad alium morbum commendaverat. Tum vero caput 111. Dietzii ἐκ διαφόρων inscribitur; 69. Aëtii anonymum est; capita vero 70. 71. Philagrio deberi dicuntur. Moschion nihil horum dedit. Plura de his proferre non attinet; capita 111. 112. 113. spuria sunt, certo certius reiicienda.

Caput 114. est 72. XVI. Aëtii, qui Sorano se id debere affirmat ipse; locum excerpsit Moschion cap. 138. Auctor lectorem in eo dimittit ad alium librum suum, quem servavit Cael. Aurelianus, uti supra iam dictum est. Audimus illum μεταυγκριτικὰ commendantem. In editione Dietzii notatur lacuna, quae sit in Aëtio ms., et in qua perierint verba p. 263. vs. 16. μήτε — διηγεῖσθαι. In Aëtio Latino tamen exprimuntur. Sed hic p. 886. vs. 23. habet: „si vero aliquando ob acriorem constitutionem ac qualitatem irritans ac quodammodo mordens sensum semen ipsis prodit, contrariis cibis ac potibus utatur, balneis item ac lactis potu et fructibus et aquae potu ac similibus," — quae non leguntur apud Dietzium et quorum vestigium nullum apud Moschionem. Puto esse locum ab Aëtio de suo additum, vel aliunde illatum. In Dietziana de his nihil, sed contra notatur ad διαλείμματος p. 263. vs. ult. „sequentia usque ad finem capitis in Sorano solo." — Mihi caput integrum et sine dubio γνήσιον esse videtur.

Caput 115. apud Aëtium est 73. XVI., tribuitur autem Sorano; Moschiona caput novisse constat ex eius 139. inscripto περὶ καυνώσεως τῆς μήτρας. — Pag. 265. vs. 18. seqq. Dietzio auctor respicit ea, quae monuit cap. 20. p. 67.; eius ὡς ἐν ἀρχαῖς ὑπεδείξαμεν referendum est ad cap. 16. p. 44. Audimus dicentem ὡς ῥοώδους τοῦ πάθους ἐπιμελεῖσθαι προσῆκεν, — au-

dimus commendantem τὰ μετασυγκριτικά; — caput sine dubio Sorani est. Unum quid notare insuper lubet: eieci scholion, quod definitionem ἐκροίας, ἐκτρώσεως et ὠμοτοκίας continet. Probabile est Moschionem vel Caelium hoc scholion item in suo textu Soraneo vidisse. Ne putes inde effici verba illa non esse scholion, sed ab ipso auctore data. Aetatem Moschionis definire non est facile, sed sane satis diu post Soranum vixit, ut huius textus iam corruptus esse eo tempore potuerit, modo teneamus quod de ἐπίθεσις pro ἐπίτασις a Caelio apud Soranum lecto, supra monui.

Caput 116. est 75. XVI. Aëtii et pertinet ad eandem seriem capitum, quam Sorano debet compilator et cuius iam plures loci supra indicati sunt. Moschion imitatus est in cap. suo 140. Quin caput Sorani sit, nemo iure dubitaverit. Auctor nos dimittit ad caput suum 94. et per totum locum sermonem Sorani elucere videmus.

Aëtium autem et Soranum ita inter se comparantibus observare licet rem, de qua paucis monere est operae pretium. Inter Aëtiana, quae respondent capitibus 115. 116. Dietzii, intermedium est caput 74. XVI., quod Sorani nomen fert in titulo, sed quod apud Dietzium frustra quaerimus, et cuius apud Moschionem vestigia nulla. Quodsi iam in illo capite legas „proinde quae supra *ad calidam uteri intemperiem* relata sunt utero adhibenda huc transferantur," possis opinari Soranum loquentem te audire, qui dimittat ad caput 95. Dietzii. Quapropter videri possimus perperam reiecisse caput 95. et quae sequuntur. Verum pergis legere caput Aëtianum et reperis haec: „irrigationes autem capitis et alia auxilia furori congrua sermone sexto retulimus;" unde intelligimus non Soranum loqui, sed Aëtium, qui nos dimittit ad librum 2. tetrabibli II., ubi de morbis capitis agit; coniicias eum innuere caput 8. VI. de insania; certum saltem Soranum ipsum ita loqui non posse.

Observamus insuper caput illud 74. XVI. Aëtii esse interpositum inter duo alia, quae sibi subsequi debuerunt apud Soranum et re ipsa eodem ordine apparent apud Moschionem. Interposuitne iam Aëtius inter capita contigua apud Soranum alienum quoddam? An vero sunt hic turbae a librariis motae? Certum iudico Aëtianum caput illud Sorani non esse; „differt, inquit eius auctor, ab uteri strangulatione primum causa, neque enim hic uterus sursum tractus principalem aliquam partem ad affectionis consensum ducit, aut compressione, aut morsu, aut vapore, cett." — Profecto non audimus Soranum de suffocatione nunc loquentem, quippe hic eam uteri inflammationem esse credidit. Apparet caput Sorani nomen apud Aëtium inscriptum ferre, quod ab auctore nostro non est relictum.

In capite 117. occurrunt Soranea alienis intermixta. Magnam partem est caput 77. XVI. Aëtii, e quo excerpta apud Dietzium leguntur et quod compilator ex Aspasia desumptum esse scribit. Moschion ei respondens habet caput suum 141. Apud Aëtium non legimus principium capitis usque ad *σφίγξεως* p. 268. vs. 21. Neque apud eum reperitur quod Dietzius habet a pag. inde 270. vs. ult. *καθ' ἡμᾶς* — *μετενεκτέον* p. 271. vs. 8.; reliqua omnia apud Aëtium leguntur. Operae pretium autem est conferre locum corruptum sane inde a p. 268. vs. 21. *ἔνιαι κ. τ. ἑ.*, cum iis, quae leguntur apud Gal. de locis aff. VI. 5. (vol. VIII. p. 429. seqq.); nimirum probabile est in Galenicis nos habere fontem eorum, quae proponuntur de causa inclinationum uteri. Illae causae non sunt *στέγνωσις* et inflammatio, quemadmodum apud auctorem principii capitis Dietziani (p. 268. vs. 19.); omnia inde a. pag. 268. vs. 21. *ἔνιοι* — *ἀγγεῖα* p. 269. vs. 14. ducta sunt e Galeno, sive statim ab ipso provenerint, sive Aspasia ex illo hauserit. Quod sequitur p. 269. vs. 14. *καταλαμβάνεται* — *σημείοις* ibid. vs. 16. fere repetitio est eorum, quae leguntur p. 268. vs. 8.—10. —

Ea, quae dein veniunt, p. 269. vs. 17. καθόλου — χρῆσθαι vs. 20. apud Aëtium expressa sunt, et conveniunt cum iis, quae ipsius Sorani verba sunt p. 270. vs. ult. seqq. — Pag. 269. vs. penult. χρονίσαντος — προσφέρειν vs. ult. est repetitio loci Soranei p. 271. vs. 6. seqq. — Locus p. 269. vs. ult. ἰδίως δὲ κ. τ. ἑ. continuatio est periodi paulo ante citatae καθόλου — χρῆσθαι sub finem pag. 269. Deinde usque ad ὑποχονδρίων p. 270. vs. ult. locum habemus continuum, sed lacunosum, cui quae desint ex Aëtio discere licet. Illud, quod sequitur post ὑποχονδρίων (p. 270. vs. ult.) usque ad μετενεκτέον p. 271. vs. 8. Sorani non esse nequit. Quae vero dein in extremo capite scribuntur adversantur Sorani monitis, uti liquet ex usu τῶν δυσωδέων naribus admotorum. — Summatim ut dicam, duo loci, principium capitis usque ad σφίγξεως (p. 268. vs. 21.), — et καθ' ἡμᾶς δὲ — μετενεκτέον p. 270. vs. ult. usque ad p. 271. vs. 8. in Sorani editionem recipere licet; cetera omnia me iudice repudianda sunt. Nec tamen duae illae, quas diximus, partes integrum Sorani caput referunt; scilicet prior illa pars abrumpitur, ita ut eo loco lacunam notare oporteat; altera pars finem capitis referre mihi videtur.

Caput 118. est Aëtii 78. XVI., qui nomen auctoris non adposuit. Moschionis autem est 131., apud quem inscriptio capitis et nomen morbi in ipso capite alio modo se habent, sive id vitio librariorum sit factum sive Moschion ipse fecerit. Quae leguntur pag. 273. vs. 9., καὶ νῦν δὴ τὴν ἐπιμέλειαν ὡς ἐπὶ στεγνῆς συντακτέον, de methodica secta medicum produnt; nec minus curatio p. 274. vs. 14. seqq., ubi δρώπαξι, πακοπτήσει, φοινιγμῷ uti se profitetur. Finis denique capitis idem abunde testatur. Certum iudico locum Sorano deberi. Est autem priore sua parte in primis admodum corruptum hoc caput. Statim pag. 271. vs. 19. verba ἢ φθορᾶς, ἢ δυστοκίας interpolata esse mihi videntur, licet Moschion ea legerit. Similiter aliena sunt

verba eadem pag. vs. 22. *ποτὲ δὲ περὶ μὲν τὴν αἰσθητὴν εὐρυχωρίαν τῆς μήτρας, ποτὲ δὲ καθ' ἕκαστον τῶν λεπτῶν ἀραιωμάτων.* Delendum porro scholion pag. 272. vs. 1. *τουτέστιν ἐν τοῖς ἀδήλοις πόροις.* Eadem pag. vs. 7. verba *καὶ ποτὲ μὲν ὁ ἕτερος τῶν βουβώνων ποτὲ δὲ ἀμφότεροι* cohaerent cum iis, quae vs. 19. seqq. leguntur. Quomodo vero haec et alia restituere sim conatus, e textu descripto patet. Moneo nunc maxime hac de re, ut alii quoque mentem advertant et ut melius omnia emendare liceat.

Caput 119. est 81. XVI. Aëtii, qui Sorano se id debere scribit. Quicumque caput antecedens methodici nostri esse iudicat, hoc illi abiudicare non poterit; postrema verba capituli eum ut germanum Sorani foetum habeat vel nolentem cogunt. Moschionis caput 131. inscribitur quidem *περὶ οἰδήματος τῆς μήτρας*, at manifesto tamen e 118. Dietzii est desumptum. Sed caput 132. Moschionis cum nostri 119. mutato licet morbi nomine congruit. Aëtius postrema alio modo legit: possis inde dare *ἔπειτα κυπρίνῳ ἢ ἰρίνῳ, πεσσοῖς δὲ χρηστέον καὶ τοῖς ἄλλοις βοηθήμασιν ὁμοίοις τοῖς τῆς ἐμπνευματώσεως.*

Caput 120. est 79. XVI. Aëtii Latini, ubi anonymum est. Dietzius adnotat: „Est Aëtii cap. 86., quod sicuti proximum Aspasiae tribuit cod. 2193." Moschion quod illi respondeat, non habet. Apud Aëtium caput diligenter iterum iterumque perlegens, nihil detego quod methodicorum rationem indicet. Quin novimus Soranum uti *πυρίαις δι' ἀρωμάτων δυναμένων κατασπᾶν τὰ καταμήνια* noluisse (vid. p. 277. vs. 10.). — Equidem caput spurium non recipio.

Caput 121. Dietzii est 80. XVI. Aëtii, qui auctorem, unde hausit, non indicat. Puto hoc caput esse „proximum," quod in adnotatione ad antecedens a Dietzio dicitur in cod. 2193. Aspasiae tribui. Moschionis 135um de eodem argumento agit, nec dubitabis, quin e nostro sit descriptum. Sive iam nomen

nullum, sivi Aspasiae nomen apud Aëtium ferat, certum iudico Soranum esse auctorem. Imitatio illa Moschionis statim fidem illi facit: sed praeterea locus p. 279. vs. 5., *οἱ μὲν οὖν ἀθεράπευτον κατέλιπον, οἱ δὲ τὴν ἀρχομένην μόνον ὑπήγαγον τοῖς βοηθήμασιν· ἡμεῖς δὲ καὶ νῦν ὡς κεχρονικυῖαν θεραπεύομεν νόσον*, docet nostrum hîc loqui, qui ne desperatos quidem morbos sibi relinquit sed curationi submittit; modo videas p. 113. vs. 10. *ὅμως δὲ μὴ ἀφίστασθαι βοηθείας*. Docet praeterea mentio facta *ἐπιτάσεων* p. 279. vs. 9., *δικλειμμάτων* p. 280. vs. 2., *τῶν μετασυγκρίνειν δυναμένων* p. 280. vs. 11. Docet denique omnis, quae traditur, morbi therapeia. Caput igitur certas *γνησιότητος* obfert notas.

Caput 122. est 82. XVI. Aëtii, e Sorano, ut fert inscriptio, haustum. Moschionis 128um manifesta obfert indicia hinc demanasse quae in eo traduntur. Iam supra notavimus auctorem nos dimittere ad aliud opus suum a Cael. Aureliano servatum. Tum statim dimittimur ad caput sequens. Itaque certo constat hunc locum methodico nostro deberi.

Capita 123. 124. 125. non nisi unum sunt; nam inscriptiones duorum postremorum sunt *προγράμματα* sectionum capitis, qualia permulta occurrunt in medicorum veterum libris a librariis adscripta. Caput 127. Moschionis *περὶ ζέσεως τῆς μήτρας* huic respondet. De eodem argumento caput Aëtii est 83. XVI., quod Philumeni nomine insignitur. Principio capitis (p. 283. vs. 1. Dietzio) interpolata sunt verba *οἷον ἐκ πληγῆς καὶ ἐκ τῆς τῶν καταμηνίων ἐποχῆς καὶ ὑπὸ ἐκτρωσμῶν καὶ ἐξ ἑλκώσεως φλεγμαίνειν εἴωθεν*. Eadem interpolatio apud Aëtium Latine expressa est. Ceterum in hoc capite haud dubias habemus notas, plures saltem partes eius deberi methodico nostro. Initium, ubi loquitur de nomine *φλεγμονή*, Democritum citans auctor facit, ut Soranum in eo agnoscamus. Nomina partium uteri p. 283. vs. 11., seqq. sunt eadem, quae cap. 4. usur-

pavit et explicuit. Citatio Demetrii Apamei p. 285. vs. 1. auctoritatem capiti facit; item diagnosis p. 286. media; nec minimum modus, quo citat caput suum 94. (p. 287. vs. 22.). Reprobatio Themisonis p. 290. vs. 4., reiectio remediorum, quae veteres usurpaverunt, p. 290. vs. 13., manifesto ostendunt nos illis locis Soranum ipsum audire. — Insunt tamen huic capiti interpolationes plures; caput hoc Dietzii, uti alia eius, est mistura Soraneorum cum iis, quae Philumeno debuit compilator Aëtius. Supra iam indicavi interpolationem p. 283. vs. 1. *οἷον* — *εἴωθεν* vs. 3.; pergam et locos spurios deinceps notabo: pag. 284. vs. 5. *καὶ ἐκ τοῦ* — *καὶ ἔνθερμον* Philumeni locus est; — paulo post vs. 12. *καὶ ἀνακεχωρηκὸς* — *ὑστέρας* vs. 14. ab eodem profectum est; — pag. 285. vs. 12. *Εἰ δὲ* — *ἐπιτεταμένην* vs. 19. item Philumeni est; — p. 287. vs. 12. *εἰ μὲν οὖν* — *γίνεται* vs. 19. eiusdem est originis; — eâdem pag. vs. 23. *κατ' ἀρχὰς* — *ἔστω* p. 288. vs. 3., et vs. 4. *καὶ ῥόφημα* — *σχινίνης* vs. 17. fragmentum est Philumeni; — eâdem pag. vs. 21. *τὰς δὲ ζεούσας* — *μηλίνη* pag. 289. vs. penult. ex eodem fonte profluxit; tandem pag. 290. *πεσσοὶ δὲ κ. τ. ἑ.* ad finem usque capitis Philumeno debemus. His autem demptis supererit caput Sorani liberatum omnibus alienis additamentis apud Dietzium adhaerentibus.

Ultimum apud Dietzium capitis fragmentum 126. particula est 84[i] XVI. Aëtii, qui ea quae exhibet Sorano accepta refert. Moschionis caput 133. e Sorano haustum esse videtur. Fragmentum autem in se nihil habet, unde certo discas Soranum eius auctorem esse, aut non esse. Certum est Aëtium plura habere, quae sane non illi praebuit methodicus noster; capitis principium tamen apud Aëtium fortasse Sorani est. Itaque maxime propter externa, quae dici solent, argumenta, interno certe nullo contrarium suadente, capitis particulam pro Soranea recipio.

Itaque circumspeximus quae servanda, quae repudianda sint eorum, quae apud Dietzium leguntur. Pergamus de aliis videre, ac primum quidem de titulis capitum et eorum indice in editione principe. Primum dicam me deinceps numeris notavisse sexaginta sex, quae recipienda visa sunt, capita. Quo facto minime significare volui Soranum ipsum in totidem capita opus suum divisisse. Nam certo constat numero fuisse plura, ut in fine capitis mihi 22i hac de re monui; sed equidem item certum iudico plura insuper deesse, licet indicare haud posse me profitear, quid perierit. Moneo autem maxime ne lector putet sexaginta sex capita nostra integrum et plenum Sorani opus *περὶ γυναικείων παθῶν* referre. — Quod vero attinet ad inscriptiones capitum in editione nostra, de multis certo certius constat eas ab ipso Sorano esse adpositas. Nam qui finem capitum nonnullorum cum initio subsequentium confert, vel solum ad capitum principia mentem advertit, videbit inscriptiones necessario ipsi auctori tribui debere. Idem patet ex distributione operis in prooemio tradita, et ex illis locis, ubi dein dicit ad quam partem operis sui transiturus sit, aut iam pervenerit. Verum *πίναξ* calci editionis Dietzianae subiectus 167 capitum titulos refert, quorum postremus mihi titulus operis integri esse videtur diversi a libro nostro, quod supra iam significavi. E capitibus ceteris 166 solum 126 apparent in editione Regiomontana. Quadraginta, quae non descripta sunt, licet inscriptiones in illo indice occurrant, omnia capita deperdita esse Sorani, licet certo demonstrare sit res ardua, parum tamen probabile esse dixerim; chirurgica sine dubio ab opere de rebus muliebribus aliena memorantur. Ecce uno exemplo defungar: legimus titulum capitis 138. *περὶ ἀτρήτων καὶ ἀτρήτης* (imo *ἀτρήτου*) *ὑστέρας*. Probabiliter sane statueris eiusmodi argumentum a Sorano fuisse tractatum, qui subinde de illa atresia loquitur, v. c. ubi virginibus hymena esse negat. Sed

fac certum esse, quod sumimus, Soranum *περὶ ἀτρήτων* caput habuisse, nondum constat caput in indice memoratum illud ipsum Soraneum fuisse, quum in tam perturbato libro facile ex alio auctore describi potuerit. Simili fere modo res se habet in cap. 132. *περὶ τῶν ὑστέρας ἑλκῶν κ. τ. ἑ.*, de quo argumento caput Sorani re ipsa exstitisse discimus p. 245. vs. 1. (mihi p. 225. vs. 12.). Quapropter me iudice *πίναξ* ille ad coniecturas certas de locis deficientibus perducere nequit. — Certiora pauca indicia praebet consecutio capitum apud Moschionem, cuius capita 55. 56. 57. manifesto e deperditis Sorani locis desumpta esse, materierum consecutio apud scriptorem nostrum ultro docet. Num caput eius 122. testimonio sit lacunam esse in Soraneis, vix satis scio. Caput autem 130. cum titulo capitis 128vi indicis Dietziani comparatum te impellit fere ut *περὶ διατάσεως ὑστέρας* caput a Sorano relictum fuisse opineris, quod perierit. Caput Moschionis 134. item suspicionem movere possit *περὶ ὀδύνης τῆς μήτρας* Soranum reliquisse locum, qui hodie desit; sunt tamen, quae in contrariam opinionem inclinare me faciunt, verba *ἡνίκα ἑαυτὴν ἡ μήτρα ὡς τὸν στόμαχον πιέσει*, quippe quae adversantur iis, quae passim de utero monet methodicus noster; eodem me impellunt verba *ἐπιτιθέναι* (imo *ὑποτιθέναι*) *δεῖ ταῖς ῥισὶν αὐτῆς κεκαυμένον ἔριον κ. τ. ἑ.*, cuiusmodi remedia damnare Soranus solet. Dubito quoque num caput 142. de sterilitatis tum viri tum foeminae causis doceat, Soranum caput eiusdem argumenti reliquisse. Neque certior sum, quid de duobus postremis Moschionis capitibus quod attinet ad rem, de qua agimus, sit sentiendum. — Verum redeo ad *πίνακα* in Dietziana editione; scilicet constat hunc indicem esse confectum postquam perturbationes et interpolationes, de quibus fuse egimus, in Sorani opere fuerant ortae, adeo ut inde nihil proficiamus, ut rectius de germanis et spuriis et deperditis locis iudicare liceat.

Subsequitur hîc comparatio editionis Dietzianae cum nostra, ut quae capita in singulis cum alterius capitibus conveniant appareat.

Dietziana	nostra Editio.	Dietziana	nostra Editio.
Caput 1.	Prooemium.	Caput 34.	
" 2.	Caput I.	" 35.	
" 3.	" II.	" 36.	
" 4. }	" III.	" 37.	
" 5. }		" 38.	
" 6.	" IV.	" 39.	
" 7.	" V.	" 40.	
" 8.	" VI.	" 41.	
" 9.	" VII.	" 42.	
" 10.	" VIII.	" 43.	Caput XXI.
" 11.	" IX.	" 44.	
" 12.	" X.	" 45.	
" 13.	" XI.	" 46.	" XXII.
" 14.	" XII.	" 47.	
" 15.	" XIII.	" 48.	" LXII.
" 16.	" XIV.	" 49.	" LXIII.
" 17.	" XV.	" 50.	" LXIV.
" 18.	" XVI.	" 51.	" LXV.
" 19.	" XVII.	" 52.	
" 20.	" XVIII.	" 53.	
" 21. }	" XIX.	" 54.	" LXVI.
" 22. }		" 55.	
" 23.		" 56.	
" 24.		" 57.	
" 25.		" 58.	
" 26.		" 59.	
" 27.	" XX.	" 60.	
" 28.		" 61.	
" 29.		" 62.	
" 30.		" 63.	
" 31.		" 64.	
" 32.		" 65.	
" 33.		" 66.	

Dietziana	nostra Editio.	Dietziana	nostra Editio.
Caput 67.	Caput XXIII.	Caput 96.	
" 68.	" XXIV.	" 97.	
" 69.	" XXV.	" 98.	
" 70. (p. 151.)		" 99.	
" 71.		" 100.	
" 70. (p. 161.)	" XXVI.	" 101.	
" 71. (p. 163.)	" XXVII.	" 102.	
(p. 164. vs. 17.)	" XXVIII.	" 103.	
" 72.	" XXIX.	" 104.	
" 73.	" XXX.	" 105.	
" 74. (p. 164. οξ'.)	" XXXI.	" 106.	Caput XLIX.
" 75.	" XXXII.	" 107.	" L.
" 76.	XXXIII.	" 108.	
" 77.	" XXXIV.	" 109.	
" 78.	" XXXV	" 110.	" LI.
" 79.	" XXXVI.	" 111.	
" 80.	" XXXVII.	" 112.	
" 81.	" XXXVIII.	" 113.	
" 82.		" 114.	" LII
" 83.	" XXXIX.	" 115.	" LIII.
" 84.	" XL.	" 116.	" LIV.
" 85.	" XLI.	" 117.	" LV.
" 86.	" XLII.	" 118.	" LVI.
" 87.	" XLIII.	" 119.	" LVII.
" 88.	" XLIV.	" 120.	
" 89.	" XLV.	" 121.	" LVIII.
" 90.	" XLVI.	" 122.	" LIX.
" 91.		" 123	
" 92.		" 124.	" LX.
" 93.	" XLVII.	" 125.	
" 94.	" XLVIII.	" 126.	" LXI.
" 95.			

Subiungo iam indicem scriptorum a Sorano citatorum, in quo asterisco noto nomina eorum, qui aliunde mihi non innotuerunt et in Fabricii Elencho medicorum veterum desiderantur. Noto simul opera auctorum, quorum titulos apud methodicum nostrum legimus.

INDEX SCRIPTORUM.

Alexander Philalethes . . pag. 191. vs. 12.
" 222. " 14. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν γυναικείων.
Andreas . . . . . " 268. " 4. Epistola ad Sobium.
Antigenes. . . . . " 123. " 4.
Apollonius Mys . . . . . " 191. " 10. ἐν τῷ α′ καὶ γ′ [περὶ] τῆς αἱρέσεως, i. e. de secta Herophili; vid. Cael. Aurel. p. 110.
* Apollonius Prusieus . . . pag. 107. vs. 14.
Archigenes . . . . . " 247. " 14.; eius ἱερά.
* Aristanax. . . . . " 177. " 5.
Aristoteles . . . . . " 192. " 2.
Asclepiades . . . . . " 65. " 9.
" 191. " 11.
" 194. " 5.
" 223. " 6.
" 234. " 1.
Athenio Erasistrateus . . " 191. " 7.
. . . . Chius . . . . . " 13. " 14. Quis hic Chius sit, ignoratur.
Cleophantus. . . . . pag. 266. vs. 3. ἐν τῷ ια′ τῶν γυναικείων.
Ctesiphon. . . . . " 254. " 7. τῷ Κηφισοφῶντος (μαλάγματι). Cf. Cael. Aurel. Chron. II. 1. (p. 355.): "(malagma) Caphysophontis"; et ibid. III. 2. (p. 450.): "ut est Polyarthion (Polyarchion) ex Cephiso fonte." Utroque Caelii loco eodem modo, quo ipse scripsi, nomen emendari video.
Demetrius Apameus. . . . pag. 186. vs. 10. ἐν τῷ σημειωτικῷ, cf. ind. auctorum in Cael. Aur.
pag. 191. vs. 8.
" 259. " 15.

Demetrius Herophileus . . pag. 223. vs. 2.
" 223. " 8.
" 268. " 8.
Democritus . . . . . " 257. " 12.
Demosthenes. . . . . " 131. " 5., ubi corrupte δαμαστεῖν.
Dio . . . . . " 107. " 15. Sitne idem, cuius collyrium ex Orib. Synopsi citat Fabricius, nescio.
Diocles Carystius . . . . pag. 14. vs. 15.
" 21. " 4.
" 21. " 17.
" 92. " 1.
" 191. " 6. ἐν τῷ α΄ τῶν γυναικείων.
" 233. " 10. ἐν τῷ γ΄ τῶν γυναικείων.
" 240. in adn.
" 265. vs. 8. ἐν τῷ β΄ τῶν γυναικείων.
" 297. " 9. ἐν τῷ ιβ΄ τῶν γυναικείων.
Dionysius . . . . . " 33. " 8. — Citatur idem a Cael. Aur. (p. 416.). Profecto non aequalis Galeni, de quo hic de Puero epil. (XI. p. 358. 361. 362.). — Ad Caelii locum empiricum fuisse adnotant, quod quo iure affirmetur, nescio. Vid. ceterum Fabricii Elenchus.
Empedocles . . . . . pag. 22. vs. 1.
" 94. " 6.
Erasistratus . . . . . " 194. " 2.
Eudemus . . . . . " 94. " 12.
Euenor . . . . . " 45. varr. lectt.
" 107. vs. 14.
" 297. " 6.
Eurypho Cnidius . . . . . " 107. " 9.
" 297. " 1.

Pag. 45. loco, quem ad varr. lectt. retuli, Euenor et Euphron (sic) memorantur; sed apud Caelium II. 16. (p. 115.) Euryphon, Euenor, Praxagoras, cett., hoc quidem ordine occurrunt; unde Daremb. suspicatus est "Euphron" in "Euryphon" esse mutandum. Assentior.

HERO. . . . . pag. 104. vs. 3. Fortasse idem, qui occurrit apud Celsum initio libri VII.

HEROPHILUS . . . . . pag. 12. vs. 8.
" 29. " 9. ἐν τῷ πρὸς τὰς κοινὰς δόξας.
" 29. " 14.
" 32. " 14.
" 34. " 2.
" 94. " 9.
" 191. " 10.
" 192. " 9. ἐν τῷ μαιωτικῷ.
" 194. " 5.
" 266. " 16. ἐν τῷ μαιωτικῷ.
" 268. " 4.
" 295. " 9.

HIPPOCRATES . . . . . " 61. " 7. Vide Aph. 42. 38. V., de Sterilibus cap. 4. (p. 660. vol. II. mihi), Aph. 48. V.
pag. 82. vs. 5. Vid. de Nat. pueri cap. 13. (vol. II. p. 192. seq.).
pag. 82. vs. 9. Vid. Ius iurandum.
" 89. " 5. Vid. Aph. 31. V.
" 107. " 7. Vid. de Morbis mull. I. 68. (vol. II. p. 599.), quem locum fortasse respicit noster.
pag. 233. vs. 7. Quos locos velit, non video. Cnidiorum rationem in medendi via agnosco.
pag. 240. in adn. Vid. Aph. 53. V.
" 294. vs. 9. Vid. de mm. Mull. I. 77. (vol. II. p. 614.).
pag. 295. vs. 9.

MANTIAS . . . . . " 108. " 6.
" 233. " 14.

* MILTIADES ELAEUSIUS . . . " 191. " 7. ἐν τῷ ιγ' τῶν χρονίων. — Advertit insignis librorum tredecim numerus, quemadmodum Cleophanti ια' et Dioclis ιβ' supra adverterunt. Quum τ facile ab articulo τωι numero adhaerere potuerit, illis parvam habeo fidem, praesertim cum confero distributionem tracta-

tuum veterum de rebus muliebribus, de qua Soranus loquitur in praefatione.

MNASEAS . . . . . pag. 29. vs. 14.
" 33. " 1.
MNESITHEUS . . . . . " 152. " 3.
" 177. " 4.
MOSCHIO . . . . . " 152. " 17.
* PARIS . . . . . " 152. " 17.
PHAEDRUS . . . . . " 94. " 7.
RUFUS . . . . . " 247. " 14. Eius *ἱερά*.
* SIMON MAGNES . . . . . " 267. " 2. E loco fere deduxeris Simonem hunc fuisse Herophili aequalem, vel paulo illi aetate superiorem.
* SOBIUS . . . . . pag. 268. vs. 5.
SOSTRATUS . . . . . " 107. " 14., ubi falso Sostrus.
" 293. " 12.
STRATO ERASISTRATEUS . . . " 107. " 14.
" 298. " 3.
THEMISO . . . . . " 15. " 9.
" 29. " 12.
" 191. " 13.
" 193. " 8.
" 221. " 8.
" 263. " 14.
THESSALUS . . . . . " 191. " 13.
" 193. " 8.
" 301. " 16.
XENOPHON . . . . . " 233. " 16. Num Erasistrateus? Vid. Elenchus Fabr.
ZENO EPICUREUS . . . . . pag. 192. vs. 2. Vid. Schoell. Gesch. der Griechischen Literatur, vol. II. p. 646.

In spuriis, quae e Dietziana abegimus, nonnulli scriptores supra indicati memorantur, et praeter eos hi:

BASILIUS MAGNUS . . . . . pag. 90. vs. penult.
Episcopus Caesareae saeculo IV.

Dianiles (?) mysterium . . .	pag. 290. vs. 23. Διανίλης τὸ μυστήριον quid sit, non perspicio. Corruptum esse puto Διανίλης, sive sit nomen proprium, sive non sit et διὰ ..... sit indicium materiae significationem inesse, e qua remedium paratum fuerit.
Hicesiae emplastrum	pag. 142. vs. 11.
	" 145. " 11.
	" 236. " 21.
Homerus	" 93. " 20.
* Iunidos medicamentum . . .	" 129. " penult. In Aëtio XVI. 37. "pharmacum Iuniadae."
Oribasii σύγχυσμα (σύγχρισμα?) νεφρικόν	pag. 159. vs. 15.
Philagrius	" 157. " penult.
	" 160. " 3. et 18.
Philoxenus	" 136. " 8.
Serapionis μηλίνη	" 145. " 10.
	" 289. " penult.

Orationem Sorani cum respicimus, duo statim advertunt. Primum: — p. 138. vs. 13. methodicus noster, qui Romae artem fecit, nutricem commendat Graecam, *χάριν τοῦ τῇ καλλίστῃ διαλέκτῳ ἐθισθῆναι τὸ τρεφόμενον ὑπ' αὐτῆς*. Tum alterum hocce: opus illum composuisse de etymologia nominum partium corporis humani. Apparet scilicet Soranum linguam patriam plurimi fecisse, et in ea studium collocasse. Neque affirmare vereor eum pro sua aetate bene Graece scribere, clare sententiam suam proponere, perspicue argumenta, quibus eam defendit, proferre, tersam eius orationem magis rerum pondere quam vocabulorum ambagibus notari.

Ionicas formas paucas apud Soranum observavi: p. 74. vs 5. *σταφυλὴν τὴν ἀπὸ κύθρας*; aliis tamen locis *χύτρα*, v. c. p. 108. vs. 1. Eiusdem generis est *κιθῶνα* p. 96. vs. 10., quod unicum est huius Ionismi exemplum, nam vulgo *χιτὼν* scribit, v. c.

p. 14. vs. 2., p. 95. vs. 10., cett. Reperi ψίεθος, pro ψίαθος p. 123. vs. 6.; contra πιάζων fert cod. p. 293. vs. 13., ubi de meo πιέζων scripsi. Num res haec librariis debeatur nescio, sed suspicor tamen: saltem ᾱ et ε̄ confundi in mss. Sorani docet ἔρχεται, pro quo p. 96. vs. 1. necessario ἄρχεται erat reponendum; tum alio loco ἐνέργεια legimus, ubi ἐνάργεια est corrigendum, de qua re infra videbimus. Scriptum est πλέον p. 259. vs. 11., — πλέονα (ms. πλέον) p. 285. vs. 8.; dedi ἐφολκὴν p. 285. vs. 14., ubi ms. ἐπολκήν. — Talia cum reputo, de plerisque dubito; fortasse illud σταφυλὴ ἡ ἀπὸ κύθρας Sorani est, quia e Ionicis scriptoribus totam formulam hauserit. Ceterum elisionem perfrequenter negligi in textu, qualis traditus est, videre licet: v. c. per totum caput III. non pauca occurrunt exempla: δὲ, μηδὲ; μετὰ, κατὰ, cett. frequentissime plene scripta ante vocalem leges. Sintne hae res Ionismi vestigia, nec ne, non satis scio. — Animadvertis formas per σ̄ σ̄ et per τ̄ τ̄ promiscue occurrere.

Vocabula Latina apud medicum Romae artem factitantem in consuetudinem venisse mirum sane non est. Novi tamen duo tantum apud Soranum exempla: φασκίας p. 80. vs. 11. et ἐκ φαρὸς p. 153. vs. 6.

Ceterum formas et vocabula apud auctorem nostrum obviam venire, a quibus antiquitas abhorrebat, est quod exspectes; formae eiusmodi exemplum habes in παραπολεσθῆναι p. 38. vs. 3. — Vocabula autem aliquot iam describo, quae partim in Lexicis non habentur, partim novo significatu sumpta leguntur, vel alia de causa advertunt. Solum Lexicis, quod sciam, ignota asterisco notabo.

ἀγγεῖον. Notissimum sane nomen, quod tamen Soranus docet τὸ χόριον significare; quem significatum in Lexx. desidero. Vid. p. 93. vs. 9. 12.

ἀδροκέφαλον dicit foetum magno capite, p. 291. vs. 2. — In Thesauro Parisiensi nomen e Paulo notatum video, apud quem sane legitur, sed Paulus e Sorano desumpsit.

* ἀόργιστος p. 138. vs. 3., ἀνόργιστος mss. p. 134. vs. 4., ubi de meo ἀόργιστος scripsi. Nota sunt δυσόργητος, quod apud scriptorem nostrum legimus p. 44. vs. 7., ἀόργητος, sed ἀόργιστος, ἀνόργιστος insolitae formae sunt, nec tamen contra analogiam pugnant.

* δυσεξύβωτος p. 158. vs. 9. Significat me interprete: „ita comparatus ut ne facile gibbosus fiat."

* εὐδιαφορησία „facilis humorum per corpus pertransitus." Vid. p. 33. vs. 7.; εὐδιαφορέω, εὐδιαφόρητος notantur, non item substantivum illud.

* κακοδιαιτησία „pravum victus regimen" legitur p. 143. vs. 10.

* κατηγγειωμένως p. 111. vs. 6. — In Thesauro lego: „καταγγειόω vasibus instruo Wakef." — Apud nostrum τὸ χόριον ἐμπεφυκὸς κατηγγειωμένως σπλάγχνῳ est „chorion, quod vasorum ope cum viscere coaluit."

* λοξόφαυλον p. 143. vs. 11., quod e quibus sit compositum ultro apparet, sed quid ultra quam φαῦλος significet, minus perspicuum, nisi forte sit „pravum factum e bono, quod ante fuit," quum φαῦλον aliquid esse possit, quod numquam antea fuit laudabile.

* μετριοπαγές. p. 141. vs. 12. „quod modice cogitur," vel „modice coactum est."

* πραϋσμοῦ p. 234. vs. ult., ubi me nolente πραΐσμοῦ reperis. Nomen in Lexx. non notatur.

* πρόρρηγμα p. 93. vs. 9. Ita passim appellat τὸ χόριον. Nomen apud Paulum etiam legitur, quem Sorano id debere opinor; in Lexx. desideratur.

* προσδεχομένως p. 4. vs. 1. Editum est l. l. προσεχομένως, quod Dietzius exhibet e cod. B. προελέγομεν adscribens. Vidi

postea codd. ferre προσδεχομένως, quod item latet in lect. ms. B. Itaque legas διδάξαι προσδεχομένως, quod erit „lubenter in disciplinam receptas docere."

* στεγνοπαθεῖν. p. 33. vs. 6. 14., p. 89. vs. 6., cett. „Stricto laborare." Verbum est e schola methodica.

* στερεοποίησις p. 119. vs. 6. Nomen in Lexx. desidero, non verbum, unde ducitur. Noster στερεοποιεῖσθαι p. 121. vs. 6.

* συναναληψία p. 33. vs. 5. „corporis ad bonam nutritionem restitutio." Nimirum ita scripsi pro depravato ἀσυναληψία. Notum est ἀναλαμβάνειν „vires resumere, ex morbo se reficere, recolligere," unde nomen ductum est.

συνομοταγεῖν p. 36. vs. 2. Nomen notatur in Thesauro, ubi suspicantur ex συνομολογεῖν esse corruptum. Mihi secus videtur: ὁμοταγεῖς dicuntur οἱ ἐν τῷ αὐτῷ τάγματι, — milites v. c., „qui eiusdem sunt ordinis." Apud Soranum l. l. συνομοταγεῖν ὑγιεινὴν τὴν παρθενίαν ταῖς θηλείαις significabit „femellarum sanitati proficuam esse virginitatem," — „virginitatem femellarum sanitatem adiuvare."

ὕδρωψ p. 266. vs. 9. a Cleophanto dicebatur prominentia velamentorum foetus in partu, quam πρόρρηγμα appellat passim Soranus.

* φερέκοσμος p. 3. vs. 6. „ornamentum adferens."

His praemissis iam percurrere est animus scriptorem, qualem typis exprimendum curavimus, tum ut notemus nonnulla animadversione digna visa, tum ut pauca, de quibus iam rectius quam antea sentire mihi videor, indicem ac corrigam.

Pag. 5. vs. 13. et p. 191. vs. 16. ὁ βίος eo ponitur sensu, quo „mortales, humanum genus" interpretatus est Stephanus.

Pag. 6. vs. 12. mss. ἀτάραχον, ἀκατάπληκτον ἐν τοῖς κινδύνοις, ubi reieci, cum textum describebam, ἀκατάπληκτον opina-

tus esse glossema. Non est: ἀτάραχος spectat ad animi quietem etiam extra pericula, ἀκατάπληκτον ἐν τοῖς κινδύνοις spectat ad animi constantiam in ipsis rebus, quae metum iniicere solent.

Pag. 12. vs. 10. ἡ .. μήτρα κατὰ τὸ πλεῖστον δυναμοῦν ἐστι νευρώδης. — Cf. pag. 189. vs. 13. ἀναγκαίως ἐπάνιμεν εἰς τὸ πλεῖστον δυναμοῦν τῶν λεγομένων περὶ τῶν παρὰ φύσιν κ. τ. ἑ. — Illud τὸ πλεῖστον δυναμοῦν mihi nova dictio est.

Pag. 19. vs. 1. advertit intransitivum ὑποστέλλει.

Pag. 26. vs. 14. legimus ἀπαρεμποδίστους. Apud nostrum frequens est παρεμποδίζειν, παρεμπόδιστος, ἀπαρεμποδίστως, cett.; sed in mss. non raro ἀπαραποδίστως, cett. legimus. Equidem semper illo modo scripsi; quippe in similibus eodem modo peccarunt librarii: p. 130. vs. 7. παραστάζειν, ubi procul dubio παρενστάζειν, quod exhibui, legere oportet; similiter pluribus locis mss. παρακείμενος, ubi παρεγκείμενος scripsit Soranus, v. c. p. 162. vs. 3., p. 165. vs. 16., p. 192. vs. 12., p. 196. vs. 9.; eiusdem farinae est παρασφηνωθέντος codicis, pro quo παρενσφηνωθέντος dandum fuit p. 245. vs. 4. — Itaque παρεμποδίζειν, non παραποδίζειν, cett. scripsisse censendus est Soranus.

Pag. 26. vs. 12. legis καὶ ἀνειμένα τὰ γυμνάσια καὶ μετὰ πολλοῦ λίπους ἀναβεβλημένη· ἡ τρίψις. Quem locum non recte me esse interpretatum opinor; ἀναβάλλομαι ibi sumi videtur eo sensu, quo „differri in tempus" significat. Itaque vide num sit explicandum: „et exercitationes remissae sint et frictio fiat aliquo tempore (post exercitationes) lapso, et cum oleo multo." Nimirum spectari opinor τὴν ἀποθεραπείαν post gymnasia, cf. Gal. VI. p. 116. Kühn.

Pag. 29. vs. 9. pro ὡς καὶ Ἡροφ. lege ὧν καὶ Ἡροφ.

Pag. 32. vs. 8. ἐπιδέσεσι e J. F. Lobeckii emendatione datum est, ubi mss. ἐπιλήσεσι et ἐπιλύσεσι, in quo latet ἐπειλήσεσι, non ἐπιδέσεσι. Ad locum intelligendum non multum

facere utrum *ἐπιδέσεσι*, an *ἐπειλήσεσι* legas, concedo, sed haec Sorani scriptura est, non illa.

Pag. 39. vs. 3. reperis *εὐαρεστήσεως*, p. 79. vs. 7. *δυσαρεστησίαι* codd., ubi *δυσαρεστήσεις* dedi, p. 155. vs. 8. *εὐαρέστησιν*, p. 165. vs. 17. *δυσαρέστησιν*, p. 167. vs. 2. *δυσαρέστησιν*. Haec congessi, quia primum lectione illa *δυσαρεστησίαι* in opinionem inductus eram, hanc esse veram scripturam. Comparabam p. 158. vs. 3., ubi *εὐκινήσεως* mss., pro quo *εὐκινησίας* dandum fuit. Satis sane nota sunt *δυσκινησία*, *ἀκινησία*, *εὐπεψία*, *δυσπεψία*, *ἀπεψία*; ex ipso Sorano supra iam citavimus e p. 33. vs. 7. *εὐδιαφορησία*; *εὐαισθησία* habet p. 116. vs. 15. — Et tamen *εὐαρεστησία*, *δυσαρεστησία* haud usitata fuisse videntur, usitata vero *εὐαρέστησις*, *δυσαρέστησις*; item notae formae sunt *εὐαρεστία* et *δυσαρεστία*, quae idem significant, et *δυσαρέστημα*, quod aliud quid est et a nostro usurpatur p. 28. vs. 2., p. 79. vs. 13., cett.

Pag. 40. vs. 3., p. 41. vs. 18. *διακόρησις*, — aliis locis v. c. p. 17. vs. 13. *διακόρευσις*. Utrâ formâ, an utrâque usus sit auctor, nescio.

Pag. 59. vs. 9. *δῆλον κἀκ τῶν ἐναργῶν* legis, cum quibus confer p. 62. vs. 7. *παρ' ὅσον ἐπὶ τῆς ἐναργείας ὁρῶμεν*, — p. 73. vs. 18. *δέδειχε γὰρ ἡ ἐνέργεια*, ubi manifesto *ἐνάργεια* legendum; illud me nolente in textu est relictum; — p. 131. vs. 10. *πιθανῷ γὰρ λόγῳ σοφίσασθαι τὴν ἐνάργειαν θέλουσιν*. Illa *ἡ ἐνάργεια*, *τὰ ἐναργῆ* idem sunt, quod *τὰ φαινόμενα* p. 97. vs. 7. *πρότερον ἢ τὰ φαινόμενα τῇ συστάσει τοῦ ἀμνειοῦ μεμαρτύρηκεν*. Methodici factorum observationi primas tribuebant partes.

Pag. 62. vs. 5. *δυσκίνητον* e Dietziana dedi, verum in ms. Voss. reperio *δυσκινη* cum spatio vacuo ante sequens *εἶναι*, quapropter *δυσκινητοτέραν* legere malim, cum vicina respicio.

Pag. 67. vs. 6. *κατὰ τὴν ψυχὴν ἀγενὲς* dicitur *τὸ συλληφθέν*.

Ne forte putes ἀγεννὲς legi debere, vide p. 58. vs. 13. μεταβέβληκε γὰρ ἤδη τὸ σπέρμα καὶ φύσις ἐστὶ, κατὰ προκοπὴν δὲ καὶ ψυχὴ κ. τ. ἑ. Animadvertis progressionem, qua τὸ σπέρμα fit φύσις, ac tandem ψυχή. Loco nostro igitur id, quod conceptum est, quando laeditur, κακόμορφον fieri dicitur et κατὰ τὴν ψυχὴν ἀγενές, i. e. animae ne particeps quidem fieri perhibetur.

Pag. 102. vs. 17. τὴν μαίωσιν noto, quia noster constanter etiam μαιωτικός, non μαίευσις, μαιευτικός.

Pag. 112. vs. 2. σπάργωσις scribere malui, quam traditam lectionem σπαργάνωσις sequi. Hoc de infantis fasciatione usurpat Soranus p. 123. vs. 3.

Pag. 112. vs. 7. προστετυπωμένοις [ἐπιδεσμοῖς], p. 113. vs. 6. ταῖς προστυπωθείσαις ἐπιδέσεσιν, — p. 218. vs. 1. πρόστυπος διακράτησις — p. 208. vs. 17. (σπόγγους) ἠρέμα προσεντυπώσαντα ταῖς χερσὶ παράγειν τῇδε κἀκεῖσε. — Quae colligo, quia tribus illis locis, quum forma προστυπὴς mihi aliunde non esset nota, exhibui quod Soranus non scripsit; nempe mss. auctoris nostri non habebam fidem. Legimus autem apud Rufum p. 56. ed. Clinch. ἐνδοτέρω δὲ τῆς γλώττης ἐξ ἑκατέρου μέρους κεῖται προστυπῆ παρίσθμια; et apud Gal. XIV. p. 710. Kühn. περιέχεται δὲ ὑπὸ μηνίγγων δύο, καὶ μιᾶς μὲν προσεχοῦς καὶ προστυποῦς αὐτῷ. Certum igitur est προστυπὴς medicos usurpavisse: itaque p. 113. vs. 6. in codd. lectione καὶ ταῖς πρὸς τυπώσεις συνεπιδέσεσι latere mihi videtur καὶ ταῖς προστυπέσιν ἐπιδέσεσι: p. 218. vs. 1. codicum lectio προστυπὴς διακράτησις procul dubio servanda est. Pag. vero 112. vs. 3. Δεῖ τοίνυν usque ad Συνκυξήσεως vs. 7. exhibui emendatam Dietzii lectionem; verum hic Aëtii scripturam eo loco dedit pro Soranea; quare ibi iam malim: Δεῖ τοίνυν ὡς πρὸς Φλεγμονὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόστασιν καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν χρῆσθαι τοῖς ἠρέμα στέλλουσιν, ἐξ ὧν σπόγγος ἐστὶ τρυφερὸς ὀξυκράτῳ νενοτισμένος μετὰ προστυ-

πους ἐπιδέσεως, ἢ Φοίνικες μετὰ ἄρτου λειοτριβηθέντες. Συναυξήσεως κ. τ. ἑ. Haec quidem Sorani verba sunt: is στέλλουσι dedit, ubi Aëtius στύφουσι, is μετὰ προστυπους ἐπιδέσεως dedit, Aëtius προστετυπωμένοις [ἐπιδεσμοῖς]. — Ad loci intelligentiam ceterum parum haec conferre concedo, sed editori quid auctor scripserit est videndum!

Pag. 129. vs. 7. ἐπερεθισμὸς a me scriptum est pro codicum lectione ἐπερεθέσης, quae sine dubio potius ad ἐπερέθισις quam ad ἐπερεθισμὸς ducit. Verum ἐπερέθισις mihi aliunde non est cognitum.

Pag. 135. vs. 8. advertit intransitivum ἀναφέρειν.

Pag. 137. vs. 12. βρέφη glossema fortasse est. Vide etiam num p. 140. vss. 3. 5. et 7. παιδίον pro glossemate expellendum sit.

Pag. 158. vs. 5. συνεστραμμένης δὲ τῆς χειρὸς ἐπαγωγῇ τὰ ὑπὲρ τὸν ἔσχατον τῆς ῥάχεως σπόνδυλον λεληθότως ἀπωθείσθω. Quid est χεὶρ συνεστραμμένη? Dedi in Latinis „contracta manu," minus apte, ut opinor, rem exprimens, melius puto Latine dixeris „clausa manu."

Pag. 162. vs. 1. videas, L B! num praestet legere: καὶ τὸ νήπιον οὖν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ διαστησάτω καὶ ἡ τροφὸς, [καὶ] ἀπαμελξάτω κ. τ. ἑ.

Ibid. vs. 6. codd. προσσθερνισαμένη, unde J. F. Lobeck προσστερνισαμένη. Dedi usitatum προστερνισαμένη.

Pag. 169. vs. 11. κρυψόρχαιοι legis; κρύψορχις forma est, quae reperitur in Definn. medd. p. 448. vol. XIX. Gal. Kühnii. — Illam formam apud alios me legere non memini; vide num proba sit; fere potius κρυψορχίαιοι exspectaveram.

Pag. 172. vs. 5. advertit ἧττονος δὲ στεργόμενον; nempe medium στέργομαι idque cum genitivo, insuetum. Aliquando fere legere volebam ὀρεγόμενον, uti vs. 1 eadem pag.; non tamen ausus sum facere, veritus ne Sorani orationem obscurarem, quia στέργειν saltem in eiusmodi nexu haud absonum est.

Pag. 190. vs. 8. *ἀδικίρετοι ἀδελφοί* a Sorano dicuntur fratres, quibus patrimonium etiam nunc commune est, necdum divisum.

Pag. 193. vs. 16. codicum scripturae *ἐπιδιάφορον* fidem negavi, adeo ut *ὑποδιάφορον* reponerem.

Pag. 209. vs. 16. *εἶτα μερίσαι τὸν ἄρτον, ὃς οὐ ῥᾳδίως πλείστου δύναται περιγενέσθαι.* Quum de muliere sermo sit, pro *ὃς* exspectare possis *ἢ οὐ ῥᾳδίως κ. τ. ἑ.* Non credo tamen aliud quid quam quod mss. ferunt a Sorano datum esse, quia sermo est de methodo, quae in morbis cum viris tum mulieribus convenire poterit.

Pag. 218. vs. 10. *ἢ διὰ κλυστηριδίου, ἢ μητρεγχύτου* et pag. 225. vs. 5. *διὰ μητρεγχύτου κλυστηριδίου* advertunt. Scilicet fortasse utroque loco solum *διὰ μητρεγχύτου* est legendum, quod insuper legitur pro glossemate expellendum. Res mihi, cum textum describebam, non satis certa visa est, ut haec re ipsa omitterem; videant alii quoque.

Pag. 226. vs. 5. *καὶ τῇ κατὰ κύκλον ἀγωγῇ*, — pag. 300. vs. 15. *εἶτα τὴν ὅλην σύγκρισιν τονοῦν τῷ ἀναληπτικῷ κύκλῳ χρώμενον, ὕστερον δὲ τῷ μετασυγκριτικῷ.* Brevibus describitur eiusmodi *κύκλος ἀναληπτικὸς* p. 208. vs. 9. seqq. et *μετασυγκριτικὸς* p. 209 vs. 14. seqq. — Passim harum *κατὰ κύκλον ἀγωγῶν* mentio fit apud Cael. Aurel.; vide v. c. p. 275. 276., ubi: „Est autem, inquit, resumptivi cycli ordinatio formanda hoc modo, cett.," et „perfecto resumptivo cyclo erit metasyncriticus adhibendus, primo ex parte, dein perfectus, cett." Describuntur illi cycli locis singulis, qui ampliores sunt quam ut nunc huc transferam.

Pag. 247. vs. 16. *πεσσὸς . . . διαλυόμενος πολλῷ ἐλαίῳ*, pag. 301. vs. 5. *γῆν μέλαιναν . . . . ἀναλέξας καὶ διαλύσας ὕδατι θερμῷ.* Locos adfero, quia p. 215. dedi *ἢ τῷ διὰ χυλῶν ἀνεθέντι* pro tradita lectione *ἀναλυθέντι*. Nempe *ἀνίεσθαι liquefieri* medicis frequens; credo tamen nunc illis comparatis *ἀναλυθέντι* re vera a scriptore fuisse datum.

Pag. 258. vs. 12. video legendum esse: *νάρκα ποδῶν καὶ τῶν γονάτων, περίψυξις, περιΐδρωσις κ. τ. ἑ.* Scilicet illa *περίψυξις* ad totum spectat corpus, perinde ac *περιΐδρωσις*. Exempli gratia cf. p. 286. vs. 6.

Pag. 275. vs. 10. advertit forma *ἀντιρρήσας*. Apud alios, quod sciam, non legitur.

Pag. 300. vs. 5. *καὶ διὰ τρίτης πάλιν τὰ αὐτὰ ποιείσθω*. Hoc *διὰ τρίτης* diversum est ab eo, quod legis p. 231. vs. 3. *ἕως διατρίτου* et pag. 202. 5. *καὶ τῆς πρώτης ἐνστάσης διατρίτου*, et p. 203. vs. 2. *ἔμπροσθεν τῆς διατρίτου καὶ ἐν αὐτῇ*. His enim locis spectatur illa *πολυθρύλητος διάτριτος*, ut ait Gal. XI. p. 6., in methodicorum libris celebrata. Conf. Cael. Aur. passim; v. c. p. 15. 28. 29. 31. 82. seq., cett. — Vide quae ibi adnotantur.

Superest tandem ut aliquid dicam de capite XLVII. Si quis id aliud nihil agens persequitur, offendet eum puto post antecedentia pag. 192. vs. 8. *πάθη δὲ ἑπτὰ πρῶτα καὶ ἁπλᾶ, διόπερ οὐδὲν ἴδιον ὑποστήσεται πάθος γυναικῶν*, quod subiungit postquam p. 191. vs. 13. dixerat: *εἰς μέντοι τὴν συνηγορίαν τοῦ ἴδια πάθη γίνεσθαι γυναικῶν τοιαῦτά τινα φέρεται. κ. τ. ἑ.* Tum pag. 193. vs. 9. *καὶ τούτοις μέν*, inquit, *συναινοῦμεν, ἐξαμαρτάνειν δὲ τοὺς ἄλλους φαμὲν ταῖς ἀποδείξεσι· μήτε γὰρ τριπλεκὲς εἶναι ἡμῶν τὸ σῶμα, καὶ διακεκρίσθαι μὲν τὰς ὕλας, αἰτίαν δὲ προκαταρκτικὴν μὲν πληθώραν εἶναι τοῦ αἵματος, συνεκτικὴν δὲ τὴν μετέρασίν τε καὶ σφήνωσιν*, — quorum pars saltem in superioribus memorari debuisse videtur et ex aliorum illorum sententia proponi. Itaque ego arbitror caput esse lacunosum; nec tamen certo mihi constat quo loco, vel quibus locis aliquid deficiat; quae causa est, quare lacunae signa in textu interponere non sim ausus et hoc loco de suspicione monere maluerim.

Transeo iam ad aliud quid; dicendum enim est de cod. Voss. Graeco oct. N. 18, qui continet Sorani partem, quae habetur in Dietziana editione a pag. inde prima vs. 5. usque ad p. 161. vs. 3. Absunt tamen capita 45.—50. Dietzii, quae tum alia referunt tum illa, quae in finem operis transferenda erant; item deest totum caput 68. De minus magnis lacunis taceo.

Codicem perlegi postquam textus, quem exhibeo et cui apographum Dietzianum fundamento est, erat descriptus. Noveram vilem esse codicem et credidi me prae oculorum hebetudine eo uti non posse; tandem tamen, ne quid negligerem, eum perscrutatus sum, quod facere mihi contigit, quia textum Dietzii, ubi oculos fere fugiebat libri scriptura, conferre licebat. Vidi autem illum plerumque ms. Parisiensis lectiones referre, subinde tamen Berberini eiusmodi locis, ubi hic ab altero discrepat: v. c. ed. Dietz. p. 22. vs. 24. *οὐδὲ*, ibid. vs. 25. *μὲν*, p. 31. vs. 12. *τῶν προσθ. αὐτῶν*, p. 37. vs. 12. *τὰς οἰκονομίας*, p. 40. vs. 4. *καὶ*, p. 58. vs. 16. *μὲν*, cett.; cf. varr. lectt. in Dietziana.

Certum tamen est Parisiensem, Berberinum et Vossianum ex eodem demanasse fonte, eoque impuro, turbido. Constitit autem ex ante dictis in hac praef., iam Caelii Aureliani tempore satis vitiosa Sorani apographa fuisse, eaque iam illa aetate *σφάλματα* obtulisse, quae hodie item apparent, modo reputes quae de *ἐπίτασις* in *ἐπίθεσις* mutato et de nomine Ctesiphontis initio praefationis et in auctorum citatorum indice monui.

Collato autem ms. Vossiano vidi probabile esse in apographo Dietzii, licet summatim fide sit dignum, nonnulla minus accurate in id e mss. esse translata. Indicabo autem aliquot locos, ubi in mea editione re ipsa de coniectura datum est, quod omnino in cod. Vossiano est scriptum.

Pag. 2. vs. 4. meae editionis cod. Voss. fert *καὶ τὸν περὶ*, — p. 8. vs. 9. *δι' ἄγνοιαν*, — p. 19. vs. 1. *ὑποστέλλει*, quod de re non monens dedi pro *ὑποστέλλειν* apud Dietz. (p. 14. vs. 17.).

— Pag. meae editionis 25. vs. 4. κατὰ φύσιν, — p. 26. vs. 2. ἐκφύσεως, nisi quod Voss. ἐκ φύσεως, — p. 41. vs. 5. καταβληθὲν, — pag. 43. vs. 13. καθαιρομένας, quod ibi de meo dedi pro καθαιρόμενα Dietzii (p. 30. vs. 4.). — Pag. mihi 64. vs. 8. ἀραιώσει de meo pro Dietzii ἀρώσει, ms. vero Voss. ἀρεώσει, — pag. 75. mihi vs. 2. τε καὶ, — p. 91. vs. 5. ἀποπλύματος, — tandem p. 99. vs. 9. de meo δὲ dedi pro τε; habet autem ms. LB. omnino δέ.

Sunt illae correctiones, quae cum lectionibus codicis illius conveniant, eiusmodi, ut diligenti lectori sponte se obferant; describo solum, ut appareat probabile esse in apographo Dietziano nonnulla non ad unguem fuisse exacta, quod tamen non facit ut fides illi deneganda sit, nam summatim Dietzius e vestigio mss., quibus usus est, secutus esse mihi est visus.

Non solum tamen ms. LB. mihi confirmavit emendationes aliquot meas, sed utut vile, paucas licet, at non negligendas lectiones mihi praebuit has.

Meae editionis p. 21. vs. 3. πρὸς ἀκρίβειαν
p. 21. vs. 12. μέχρι τῆς ἑβδόμης, sine καί.
p. 28. vs. 3. ταῦτα νῦν συντακτέον
p. 46. vs. 2: ἢ καὶ ἀπόλλυσθαι
p. 77. vs. 15. αὐτάρκους μεταλαμβάνει τῆς τροφῆς
p. 84. vs. 13. γῆς Κιμωλίας, πάνακος ῥίζης ἀνὰ κ. τ. ἑ.

Itaque hae sex sunt lectiones, quas futurus editor in textum introducere poterit, me iudice.

Haec de codice Vossiano.

Tandem praefandi finem facio in hisce.

Auctor, cuius opus περὶ γυναικείων παθῶν recensendum mihi

sumpsi, Soranus Ephesius, in orbe erudito vetere, uti vidimus, multis scriptis iisque, quod ex ipso hoc opere et ex iis, quae Caelius Aurelianus Latine expressit, ultro constat, docte compositis, insignem olim sibi famam erat nactus. E multis autem viri operibus, unum hocce Graece servatum est, ita ut plerisque locis, — nam de omnibus, nullo excepto, id affirmare temerarium sit, — Soranum ipsum loquentem audiamus. Quin non solum unicum hoc est Sorani scriptum, sed unicum etiam e schola methodica profectum opus, quod ipsorum methodicorum sermone expressum supersit.

Praeterea unicus hic est tractatus *περὶ γυναικείων παθῶν*, qui ex orbe medico antiquo ad nostram pervenit aetatem, si excipias recentiorum Cnidiorum de hac materie scriptorum fragmenta, quae in editionibus Hippocratis circumferuntur, et locos, qui ex antiquioribus auctoribus desumpti apud Graecos recentiores, Oribasium, Aëtium, Paulum, obviam veniunt. In Sorani autem libro servatum habemus satis plenum de arte obstetricia tractatum, cuius quidem capita nonnulla sunt lacunosa, aliis pluribus deficientibus, sed qui tamen ita se habet, ut aperte doceat, quae fere fuerint, quae antiquitas eiusmodi operibus tradere consueverit. Non paucos vero libros ab antiquis medicis Graecis de hac materie compositos olim et editos fuisse, index scriptorum, quem confeci, ultro docet.

Medicum methodicum nos in hoc libro loquentem fere ubivis locorum audimus; iis tamen capitibus, ubi *περὶ τῶν χειρουργουμένων* in arte obstetricia sermo est, iste scholae methodicae character minus elucet, uti quivis videbit, et quare factum sit intelliget; nec tamen quod iam dico eo spectat, ut ipsum Soranum in iis non agnoscamus. Apparet autem in hoc viri opere eius methodus historica, quam vere historico-criticam dixeris. Antiquiorum opiniones recenset, suam subiungit; quid probet, quid reprobet, quare hoc reiiciat, illud recipiat, con-

tinenter declarat. Quibus in rebus tamen num semper prudenter sit versatus, dubium, quod notavi in prolegomenis ad vol. II. ed. Hipp. p. LXXXIX. Ut autem nostrum scriptorem accuratius cognoscamus, talia profecto non negligere oportet.

Verum lubet de alia quoque re hic monere, scilicet in fine capitis mihi II. (p. 7. vs. 11. seqq.) anatomen inutilem esse dicit, sed nihilominus se muliebrium partium descriptionem esse daturum, ne videatur res contemnere, quas ipse nesciret. Ad illum locum Dietzius adnotavit: „Soranum nostrum fuisse methodicum nisi constaret, ex hoc loco liqueret. Anatomiam ad morbos curandos parum facere, audacius declamabant. At quis Sorano nostro meliorem pudendorum muliebrium descriptionem anatomicam ex antiquis medicis nobis reliquit?" — Vere haec Dietzius, nam Oribasius, qui saeculis fere tribus post Soranum vixit, huius muliebrium descriptionem in sua collectanea medica non recepisset, si meliorem novisset. Attamen aliquid observandum nunc habeo, quod tenere est operae pretium. Nempe vix satis scio, num ipse Soranus quae de anatome harum partium tradit suis ipse oculis viderit. Quin suspicor eum potius ex decessorum operibus, quae legerit et quae ne semper quidem intellexisse videtur, sua duxisse. Mirumne tibi videtur me potius accusare, quam defendere auctorem, quem edendum mihi sumpsi? Nempe in historia artis investiganda quid factum sit, quaerimus, non quid auctorum, quibus operam navamus, in gratiam factum esse velimus. Brevi: ubi Soranus p. 14. loquitur de Diocle et cotyledonibus et plexibus illis, miro sane modo res miscet, ita ut re ipsa anatomes sui aevi haud peritum fuisse existimes; modo conferas quae ad locum illum citavi. Paulo ante vero p. 13. loquitur de medico Chio illo, qui ἀνακρεμαστῆρας uterum habere dixerit. Iamque narrare pergit Soranus se aliquando in operatione chirurgica id observavisse. Itaque non ipse viderat hoc ab anatomes praeceptore demon-

stratum, vel in cadaveris dissectione a se repertum, sed forte fortuito res illi obviam facta est, quam ab aliis et a Chio illo medico acceperat. Quando capite XIX. p. 24. apud eum sermo est de vasorum umbilicalium decursu et de loco, ad quem tendunt, aliorum nobis tradit opiniones, nullum vero propriae investigationis et observationis praebet indicium. Quin miro modo capite LXV. p. 293. Sostratum reprehendit, quasi hic absurde digito in rectum immisso caput infantis relictum attingere tentavisset, altera manu mulieris abdomen premens. Scilicet argumentum anatomicum, quod in illa reprehensione adfert, parvi sane momenti est.

Non nescio in pluribus eiusmodi rebus diiudicandis prudenter versari nos debere: non fugit me loco, ubi de cotyledonibus et plexibus illis loquitur, non certo constare, num forte librariorum vitio tribuendum sit, quod manifesto falso propositum est; nec negligo difficile iudicatu esse, quo modo cum aliis existimaverit urinam foetus in utero e vesica per urachum in chorion effundi (cap. XIX. p. 94. vs. 15. seqq.); quarum rerum sane pleniorem haberemus notitiam, si eius opus *περὶ ζωογονίας* superesset; at vidimus saltem verum quidem esse, Soranum pro tempore, quo vixit, satis laudabilem dedisse muliebrium descriptionem, quanquam anatomiam parvi faciebat; sed simul apparet, eum arti anatomicae non accurate operam dedisse et quae tradit de hoc argumento eum potissimum ex aliis hausisse. Si quid fortasse Alexandriae ab anatomes praeceptore demonstratum viderit, summatim tamen eius scientia anatomica magis e libris hausta, quam ex observatione nata fuisse videtur.

Medicus autem practicus fuit de schola methodica, cuius placita satis sunt cognita. (Vid. Gal. de sectis cap. 6., vol. I. p. 79. seqq.). Cum reputamus summum eius dogma de morbis a stricto et fluente oriundis, miramur pro nostri aevi medicarum doctrinarum modo, eum in uteri morborum descripti-

onibus et aetiologia capite LIV. paralysin huius organi ad τὸ στεγνὸν referre. Facit tamen e scholae suae doctrina. Quod aperte docet Caelius Aurelianus de paralysi agens, qui pag. 348.: „Hanc ergo, inquit, passionem multi sectae nostrae principes *stricturam* dixerunt."

Ceterum auctorem nostrum e methodicorum placitis morbos considerare et remedia illis accommodare per totum eius opus quolibet fere loco apparet. Sed laude dignissima profecto est eius in remediis administrandis et in eligendis methodis, quibus manu medetur, prudentia. Nimis acria remedia veterum reprobantem qualibet occasione audimus, abhorrentem cernimus a rudioribus, quas alii facerent, operationibus et a vehementia qualibet, unde factum est ut merito, quod supra vidimus, Tertullianus Soranum ceteris „mitiorem" appellaret.

Fuit, qui significaret se mirari Ephesium nostrum abortum provocare permisisse, quin vel commendavisse. Qui tamen caput XVII., ubi de hac re agitur, perlegit, videt illum remedia partum abigentia non commendare, nisi ubi graviditas praeverti non potuit; eumque tum ἀτόκια, tum φθόρια usurpari posse dicere non in usum nefarium, sed quia imperfectior artis obstetriciae conditio fecit, ut illis auxiliis deteriorum methodorum, ἐμβρυουλκίας et ἐμβρυοτομίας, usus praecidi posset. Improbi sane nihil Sorano iure imputatur.

Eruditissimum fuisse virum operis ratio et scriptores ab illo laudati, quorum indicem supra descripsi, ultro ostendunt. Idem docet Caelius Aurelianus in Sorani opere, quod reliquit nobis Latine maximam saltem partem translatum. Caelius, uti dicit ipse, „Latinizavit" Soranum; de suo eum aliquid addidisse, licet Graeca, unde transtulit quod habet, non possideamus, nec comparare possimus, parum tamen est probabile. Verum hac de re dicendi amplius hic locus non est.

Pauca haec de Sorano medico monenda videbantur; de ipsa editione, quam tibi obfero, quod sequitur accipe.

Scriptor noster in editione Dietziana, quod initio praefationis iam dixi, multis modis erat corruptus. Capita plurima aliena tollenda erant, alia alienis interpolatis liberanda; ipse textus purgandus, lacunae notandae, ubi fieri potuit explendae, corruptae sententiae restituendae, vocabula depravata corrigenda, quae a sede sua aberraverant in pristinum locum revocanda.

Multa capita esse reiicienda, satis magna aliorum scriptorum fragmenta mediis capitibus fuisse intermixta Soraneis, non solum ipse vidi, sed vidit item Darembergius, ita ut uterque nostrum, altero alterum non de hac re monente, corruptionis genus hoc detegeret.

Emendationes eorum, quae Soranea esse mihi videntur, non omnes meae sunt. Dietzius, J. F. Lobeck, Cats Bussemaker, Darembergius, coniunctissimus Francken symbolas contulerunt. Raro cuius sit quaeque correctio adscripsi, Darembergium citavi, quia e ms. viri mihi amicissimi coniecturae ad meam pervenerunt notitiam. Lectoris parum interesse putabam scire cui emendationes deberentur et praeterea de plurimis ex editione Dietziana, ex observationibus meis criticis olim editis et e censura Bussemakeri, cui debeantur constat. Moneo, ne aliena mea facere voluisse videar. Quomodo vero versatus sim in additamentorum alienorum eliminatione, maxima huius praefationis parte supra exposui.

Hoc superest ut dicam: triginta anni et ultra lapsi sunt, ex quo tempore C. A. Lobeck scripsit: „de ceteris ἤθελον Χειρῶνά τε Φιλλυρίδαν ζώειν τὸν ἀποιχόμενον, hoc est Dietzium, aut alium eius similem medicum Graece doctum, qui non solum Sorani libellum vitiis, quae contraxit, plurimis et gravissimis liberet, saltem ut legi possit, sed etiam collectas ab illo copias pretiosissimas diuque doctorum votis expetitas in publicam

notitiam proferat." — Parti voti a viro claro expressi satisfacere sum conatus. Alii in aliis forsitan a me dissentient, quod si fiat ita ut lux clarior Sorano affulgeat, mihi res erit exoptata. Equidem potius diligentioris explorationis huius operis initium me fecisse arbitror, quam ut omnibus numeris absolutam editionem me paravisse existimem. Omnia, quae corrigenda sint, videre, omniaque illa recte restituere, aliquid est, quod in tanta perturbatione et corruptione vix iure ab uno editore exspectetur, minimum sane ab eiusmodi editore, qui medicus sit, non grammaticus. Spero tamen fore ut ita officio illo functus esse videar, ut lectoribus Sorani librum eo modo in manus dem, „saltem ut legi possit."

Tu igitur, L B! nostram hanc editionem accipe atque ea utere et nobis fave!

Scripsi Groningae mense Decembri
CIↃIↃCCCLXVIII.

INDEX CAPITUM.

			Pag.
Praefatio.		In quot et quales sermones dividere oporteat quae de rebus muliebribus traduntur.	1.
Caput	I.	Quae apta sit ut obstetrix fiat.	3.
"	II.	Quae optima sit obstetrix.	5.
"	III.	Quae natura sit uteri et pudendi muliebris.	8.
"	IV.	De purgatione menstrua.	19.
"	V.	Quae signa sint instantis purgationis.	25.
"	VI.	Num commodum adferat menstrua purgatio.	29.
"	VII.	Num salubris sit perpetua virginitas.	35.
"	VIII.	Quamdiu femellam virginem degere oporteat.	39.
"	IX.	Quibus signis cognoscantur illae, quae concipere possunt.	42.
"	X.	Quae optima sit amplexus opportunitas ut conceptio fiat.	46.
"	XI.	Num salubris sit conceptio.	55.
"	XII.	Quae sint signa futurae conceptionis.	57.
"	XIII.	Quae secundum antiquos sint signa masculinum esse foetum, an femininum.	61.
"	XIV.	Quae mulierum, quae conceperint, sit curatio. . . .	62.
"	XV.	De pica.	68.
"	XVI.	Quae curatio sit a pica inde donec partus fiat. . . .	77.
"	XVII.	Num partum abigentibus et sterilitatem inducentibus remediis utendum sit et quo modo.	81.
"	XVIII.	Quae signa sint instantis partus corruptionis. . . .	91.
"	XIX.	Quae sint quae intus in utero crescant, cum gravida est mulier.	92.
"	XX.	Quae signa antecedant instantem partum secundum naturam.	97.
"	XXI.	Quas res ad partum in promptu habere oporteat. . .	99.

			Pag.
Caput	XXII.	De secundinis retentis.	106.
"	XXIII.	De mammarum ex lacte turgore.	111.
"	XXIV.	De curatione infantis.	114.
"	XXV.	Quo modo noscatur infans ad enutritionem idoneus.	115.
"	XXVI.	Quo modo umbilicum resecare oporteat.	117.
"	XXVII.	De salis adspersione.	120.
"	XXVIII.	De fasciatione.	123.
"	XXIX.	De infantem recubandi ratione.	127.
"	XXX.	De delectu nutricis.	133.
"	XXXI.	De lactis probatione.	139.
"	XXXII.	Quam victus rationem nutrici praescribere oporteat.	144.
"	XXXIII.	Quid agendum sit lacte exstincto, vel corrupto, vel crassiore, vel tenuiore facto.	150.
"	XXXIV.	De balneo et frictione infantum.	154.
"	XXXV.	Quo modo et quando infanti mammam praebere oporteat.	161.
"	XXXVI.	De umbilici lapsu.	169.
"	XXXVII.	Quando et quo modo infans e fasciis sit solvendus.	170.
"	XXXVIII.	Quo modo infantem exercitare oporteat ut sedere et ambulare discat.	172.
"	XXXIX.	Quo modo et quando infans de mamma depellendus sit.	174.
"	XL.	De dentitione.	178.
"	XLI.	De tonsillarum inflammatione.	180.
"	XLII.	De aphthis.	181.
"	XLIII.	De pruritu et exanthematis.	183.
"	XLIV.	De gutturis stridore et tussi.	185.
"	XLV.	De Siriasi.	186.
"	XLVI.	De ventris fluxione.	187.
"	XLVII.	Num morbi sint mulieribus proprii.	190.
"	XLVIII.	De menstruorum retentione et stillatim cum dolore facta purgatione.	195.
"	XLIX.	De utero sanguinem profundente.	216.
"	L.	De fluxu muliebri.	222.
"	LI.	De suffocatione uterina.	227.
"	LII.	De seminis profluvio.	236.
"	LIII.	De utero debilitato.	238.
"	LIV.	De uteri resolutione.	241.
"	LV.	De inclinatione et aversione et sursum recessione uteri.	243.
"	LVI.	De uteri inflatione.	245.

			Pag.
Caput	LVII.	De tumore laxo uteri.	250.
„	LVIII.	De mola.	251.
„	LIX.	De Satyriasi.	256.
„	LX.	De uteri inflammatione.	257.
„	LXI.	De scirrho et induratis tumoribus in utero. . . .	264.
„	LXII.	De causa partus difficilis.	265.
„	LXIII.	Quibus signis causas difficultatis partus cognoscamus.	276.
„	LXIV.	De difficilis partus curatione.	277.
„	LXV.	De foetus instrumentorum ope extractione et eius in utero dissectione.	286.
„	LXVI.	De uteri prolapsu.	295.

ΣΩΡΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΕΙΩΝ ΠΑΘΩΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Εἰς πόσους καὶ τίνας λόγους τμητέον τὴν τῶν γυναικείων παράδοσιν.

Ἐπεὶ πρὸς τὸ τῶν ἀποδοθησομένων εὐαπόκριτον ἡ τῆς πραγματείας συμβάλλεται προδιαίρεσις, εὔχρηστον εἰς μέρη καὶ λόγους αὐτὴν διαιροῦντα προκαταγράψαι. Τινὲς μὲν οὖν εἰς δύο μέρη τέμνουσιν αὐτὴν, εἵς τε τὸ θεωρητικὸν καὶ τὸ πρακτικόν· τὸ δὲ πρακτικὸν τὸ μὲν ὑγιεινὸν λέγουσι, τὸ δὲ θεραπευτι-

SORANUS

DE MULIEBRIBUS AFFECTIBUS.

PRAEFATIO.

In quot et quales sermones dividere oporteat quae de rebus muliebribus traduntur.

Quum ad facilem expositionem eorum, quae tradentur, conferat materiem antea dividisse, utile est in partes et sermones distributam principio describere. Nonnulli igitur in duas quidem partes eam distinguunt, in theoreticam et practicam. Practicam autem partim ad sanitatem referri

κὸν, καὶ οἱ μὲν εἰς τὸ περὶ [1] τῶν κατὰ Φύσιν καὶ [εἰς τὸ περὶ] τῶν παρὰ Φύσιν, οἱ δὲ εἰς τὸ Φυσιολογικὸν καὶ [τὸ] παθολογικὸν, καὶ [τὸ] θεραπευτικόν. Ἡμεῖς δὲ τὴν πραγματείαν εἰς δύο λόγους τέμνομεν, εἵς τε τὸν περὶ τῆς μαίας καὶ [τὸν] περὶ τῶν ὑποπιπτόντων τῇ μαίᾳ· τούτων δὲ κατὰ τὸ ὑποβεβηκὸς τὸν μὲν περὶ τῆς μαίας, εἵς τε τὸν περὶ τῆς γεννησομένης, ἐν ᾧ ζητοῦμεν τίς ἐστιν ἡ ἐπιτηδείως ἔχουσα πρὸς τὸ γενέσθαι μαῖα, καὶ εἰς τὸν περὶ τῆς ἤδη γεγεννημένης, ἐν ᾧ ζητοῦμεν τίς ἀρίστη μαῖα· τὸν δὲ περὶ τῶν ὑποπιπτόντων τῇ μαίᾳ πάλιν εἵς τε τὸν περὶ τῶν κατὰ Φύσιν καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν παρὰ Φύσιν, ἐξ ὧν τὸν μὲν περὶ τῶν κατὰ Φύσιν εἵς τε τὸν Φυσικὸν, ἐν ᾧ σκεπτόμεθα περὶ σπέρματος καὶ ζῳογονίας, καὶ εἰς τὸν ὑγιεινὸν ἅμα καὶ μαιωτικὸν, ἐν ᾧ συνειληφυίας καὶ ἀποτεκούσης ἐπιμέλειαν διδάσκομεν, συναποδιδόντες καὶ τὸν περὶ παιδοτροφίας λόγον· τὸν δὲ περὶ τῶν παρὰ Φύσιν εἰς τὸν περὶ

1 τοῦ — τοῦ codd.

dicunt, partim ad morborum curationem. Alii dividunt in partem, quae agat de iis, quae secundum naturam sunt, et eam, qua exponatur de iis, quae sunt contra naturam; alii autem in physiologicam et pathologicam et therapeuticam. Nos vero opus in duos sermones distribuimus, in eum, qui de obstetrice, et eum, qui de iis, quae obstetrici subiiciuntur, agit. Iterum vero priorem, quo exponitur de obstetrice, dividimus in eum, qui de futura agit, in quo quaerimus quae sit quae apte se habeat ut obstetrix fiat; et in eum, qui agit de obstetrice iam facta, in quo inquirimus qualis sit obstetrix praestantissima. Illum vero, quo exponitur de iis, quae obstetrici subiiciuntur, rursus dividimus in eum, qui agit de rebus secundum naturam, et eum, qui de rebus est praeter naturam. Quorum eum, qui refert de rebus secundum naturam, distinguimus in eum, quem physicum dicimus, in quo videmus de semine et animantis ortu; tum in eum, qui de sanitate agit et simul de re obstetricia, quo tradimus mulieris, quae concepit, eiusque, quae partum edidit, curationem, simul monentes de pueri enutritione. Illum vero, qui ea tradet, quae praeter

τῶν ὑπαγομένων τῇ διαίτῃ παθῶν, ἐν ᾧ καὶ περὶ ἐποχῆς ἐμμήνων καὶ στραγγῆς καθάρσεως καὶ πνιγὸς ὑστερικῆς καὶ τῶν ὁμοίων παθῶν ἐπιζητοῦμεν, καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν [1] χειρουργίαις καὶ φαρμακείαις, δι' οὗ σκεπτόμεθα περὶ δυστοκίας καὶ προπτώσεως ὑστέρας καὶ τῶν [2] ἐμφερῶν. Τὸν μὲν οὖν φυσικὸν ἄχρηστον ὄντα πρὸς τὸ τέλος, φερέκοσμον δὲ πρὸς χρηστομάθειαν, [3] κεχωρίκαμεν ἐντεῦθεν, μόνον πρὸς τὸ παρὸν ἐχόμενοι τῶν ἀναγκαίων. Πρὸ δὲ τῶν ἄλλων ἐροῦμεν πρῶτον τὸν περὶ τῆς μαίας, εἶτα τὸν ὑγιεινὸν, εἶτα τὸν περὶ τῶν παρὰ φύσιν· στιβαρώτερος γὰρ οὗτος καὶ μετὰ ποικιλίας δυσχερέστερος· διὸ καὶ τελευταῖος ὀφείλει παραδίδοσθαι.

ΚΕΦ. α΄.

Τίς ἐστιν ἐπιτήδειος πρὸς τὸ γενέσθαι μαῖα.

Εὔχρηστος μὲν ὁ λόγος πρὸς τὸ μὴ διὰ κενῆς πονεῖν καὶ

1 ἐν χειρ. codd. — 2 ἐμφερόντων codd. — 3 κεχωρήκαμεν codd., emendavit Daremb.

naturam sunt, distinguimus in eum, quo agitur de affectionibus, quae victus regimini subiiciuntur, in quo etiam de mensium retentione et exigua ac molesta eorum expurgatione, et suffocatione uterina et similibus affectibus exponimus; et in eum, qui est de illis, quae curationi manus ope et medicamentorum submittuntur, in quo dicimus de partu difficili et uteri procidentia, similibus aliis. Physicum igitur sermonem, quum non proficiat ad artis finem, sed ornamentum adferat rerum utilium cognitione, ab hoc opere seiunximus, nunc necessaria solum spectantes. Verum ante omnia primum dicemus de obstetrice, tum de sanitati propriis, tandem de iis, quae contra naturam sunt. Hic enim sermo gravior est ceteris et in materiae varietate tractatu difficilior, quare etiam postremo illum tradere oportet.

CAPUT I.

Quae apta sit ut obstetrix fiat.

Utilis quidem est hic sermo, ne oleum et operam per-

τὰς ἀνεπιτηδείους διδάξαι προσεχομένως. Ἐπιτήδειος δέ ἐστιν ἡ γραμμάτων ἐντὸς, ἀγχίνους, μνήμων, φιλόπονος, κόσμιος, καὶ κατὰ τὸ κοινὸν ἀπαρεμπόδιστος ταῖς αἰσθήσεσιν, ἀρτιμελὴς, εὔτονος, — ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι καὶ μακροὺς καὶ λεπτοὺς ἔχουσα τοὺς τῶν χειρῶν δακτύλους καὶ ὑπεσταλκότας ταῖς ῥαξὶ τοὺς ὄνυχας. Γραμμάτων μὲν ἐντὸς, ἵνα καὶ διὰ θεωρίας τὴν τέχνην ἰσχύσῃ παραλαβεῖν· ἀγχίνους δὲ, πρὸς τὸ ῥᾳδίως τοῖς λεγομένοις καὶ γινομένοις παρακολουθεῖν· μνήμων δὲ, ἵνα καὶ τῶν [1] παραδιδομένων αὐτῇ κρατῇ μαθημάτων· μάθησις γὰρ ἐκ μνήμης γίνεται καὶ καταλήψεως· φιλόπονος δὲ πρὸς τὸ ἐπιμένειν τοῖς συμβεβηκόσι· δεῖ γὰρ ἀνδρώδους τλημαθείας τὴν βουλομένην τοσοῦτον μάθημα παραλαβεῖν· κόσμιος δὲ, διὰ τὸ μέλλειν οἰκίας πιστεύεσθαι καὶ μυστήρια βίου, καὶ ὅτι ταῖς φαύλαις τὸ ἦθος εἰς τὸ ἐπιβουλεύειν ἐφόδιόν ἐστι τὸ δοκεῖν ἰατρικὰς ἔχειν κατηχήσεις· ἀπαρεμπόδιστος δὲ ταῖς αἰσθήσεσιν, ἐπεὶ τὰ μὲν ὁρᾶν δεῖ, τῶν δὲ ἐξ ἀνακρίσεως ἀκούειν, τὰ δὲ διὰ

1 παραδιδομένων ἀποκρατῇ codd.

damus assidue etiam eas, quae minime sint idoneae, edocentes. Est autem illa idonea, quae legere noverit, sit sollers, memoriâ valeat, laboris amans, modesta et minime impedita in sensuum perceptione, artubus integra, robusta, — uti vero nonnulli aiunt, quae et longos et tenues habeat manuum digitos et ungues retro digitorum extrema rotundata retractos. Legere novisse debet, ut etiam ex theoria artem accipere possit; sollertem vero esse oportet ut facile dicta et facta assequatur; memoria valentem, ut praecepta quoque sibi tradita firmiter teneat; institutio enim contingit per memoriam et intellectum; laboris amantem, ut perseveret in iis, quae accidunt, nam virili laboris tolerantia opus est illi, quae tantam disciplinam addiscere velit; modestam oportet esse, quia futurum est ut domus et vitae res intimae eius fidei committantur; et quia mulieri, quae pravis sit moribus viam sternit ad malas artes videri imbuta esse medica institutione; sensibus vero haud impeditam, quia alias res cernere debet, alias ex responsis audire, alias tactu percipere; membris integris, ne in operum admini-

τῆς ἀφῆς καταλαμβάνειν· ἀρτιμελὴς δὲ, πρὸς τὸ τῆς ἐν τοῖς ἔργοις ὑπηρεσίας ἀπαρεμπόδιστος εἶναι· εὔτονος δὲ, διὰ γὰρ τῆς ἐν τῷ περιοδεύειν κακοπαθείας δὶς τὴν πρᾶξιν παραλαμβάνει· μακροὺς δὲ καὶ λεπτοὺς ἔχουσα τοὺς δακτύλους, καὶ ὑπεσταλκότας τοὺς ὄνυχας, εἰς τὸ [1] τῆς ἐν βάθει φλεγμονῆς ἀσκυλτότερον ἅπτεσθαι· τοῦτο μέντοι γε καὶ δι' αὐτῆς ἐπιτυγχάνεται τῆς ἐν τοῖς ἔργοις σπουδαιοτέρας τριβῆς καὶ συγγυμνασίας.

ΚΕΦ. β'.

Τίς ἀρίστη μαῖα.

Τὰ συμπληροῦντα τὴν ἀρίστην μαῖαν εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ἵνα αἱ μὲν ἄρισται γινώσκωσιν ἑαυτὰς, αἱ δὲ ἀρτιμαθεῖς ὡς εἰς ἀρχετύπους ταύτας ἀποβλέπωσιν, ὁ βίος δὲ παρὰ τὰς χρείας [2] εἰδῇ τίνας δεῖ μετακαλεῖσθαι. Κατὰ τὸ κοινὸν μὲν οὖν τελείαν φαμὲν μόνην τὴν τοῦ τέλους τῆς ἰατρικῆς ἐπιτυγχάνουσαν·

1 τὰς ἐν β. φλεγμονὰς ἀσκεπτότερον codd. — 2 ᾖδει codd.

stratione praepediatur; robustam, nam propter defatigationem in circumeundo duplicem laborem in se suscipit; longos vero et tenues habeat digitos, et ungues retractos, ut in profundo sitam inflammationem leviter sine offensione attingat; quod tamen illi etiam succedit ipso facto, quod in operibus diligentius versatur et exercetur.

CAPUT II.

Quae optima sit obstetrix.

Ea, quae optimam obstetricem faciunt, enarrare necesse est, tum ut praestantissimae quidem ipsae se cognoscant, tum ut tirones in has tanquam in exempla intueantur, vulgus vero, ubi auxilio opus sit, noverit, quas arcessere oporteat. Summatim igitur perfectam dicimus eam solum, quae artem medicam plane assecuta sit; optimam vero eam,

ἀρίστην δὲ τὴν προσειληφυῖάν γε καὶ πρὸς τῇ προστασίᾳ ἐν τοῖς θεωρήμασιν [ἐν τοῖς ἔργοις τὸ] πολύπειρον. Μερικώτερον δὲ λέγομεν ἀρίστην μαῖαν, τὴν γεγυμνασμένην ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς θεραπείας, — τὰ μὲν γὰρ διαιτῆσαι δεῖ, τὰ δὲ χειρουργῆσαι, τὰ δὲ φαρμάκοις διορθώσασθαι, — καὶ [1] ταύτην τὰ [ἀναγκαῖα] παραγγέλματα δοῦναι δυναμένην καὶ τὸ κοινὸν καὶ τὸ προσεχὲς ἰδεῖν καὶ τὸ συμφέρον ἐκ τούτου λαμβάνουσαν, καὶ μητ' ἀπὸ τῶν αἰτίων, μητ' ἀπὸ τῆς πλειστάκις τηρήσεως τῶν [2] καθόλου [ἀφισταμένην, παρακολουθοῦσαν δὲ τούτοις] συν[εχῶς μετὰ καταλήψεως] τμητικῆς τούτων· εἶτα κατὰ μέρος [3] μὴ παραλυπουμένην ἐν ταῖς τῶν συμπτωμάτων μεταβολαῖς, παρηγοροῦσαν δὲ κατὰ τὴν πρὸς τὸ πάθος ἀκολουθίαν, [4] ἀτάραχον ἐν τοῖς κινδύνοις, δεξιῶς τὸν περὶ τῶν βοηθημάτων λόγον ἀποδιδόναι δυναμένην, παραμυθίαν ταῖς καμνούσαις πορίζουσαν, [5] συμπαθοῦσαν· καὶ μὴ πάντως προτετοκυῖαν, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἵνα συνηθείᾳ τῶν ἀλγημάτων ταῖς τικτούσαις συμπαθῇ·

1 codd. ταῦτ' ἵνα παραγγ. — 2 καθόλου συν .... τμητικῆς τούτων codd. — 3 οὐ codd., et παρατυπουμένην. — 4 ἀτάραχον, ἀκατάπληκτον codd. — 5 συμπάσχουσαν codd.

quae praeter praestantiam in theorematis in ipsis operibus multifariam sibi comparaverit exercitationem. Enucleatius vero eam optimam appellamus obstetricem, quae exercitata sit in omnibus partibus therapiae, (alia enim victus regimine curanda sunt, alia manu, alia medicamentis,) et quae, cum talis est, praecepta necessaria dare noverit, et generalia et specialia cernere, et quae inde quod utile sit desumat, et neque a causis, neque a frequenti observatione generalium deflectat, sed haec sequatur continenter intellectu, qui probe has res distinguat; quae dein speciatim haud afficiatur animi molestia in symptomatum mutationibus, sed ea leniat prouti pro affectus ratione obveniunt; quae non conturbetur in periculis; quae apte rationes reddere possit auxiliorum; quae solatium praebeat laborantibus; quam earum misereat; nec tamen omnino requiro eam, quod nonnulli volunt, antea partum edidisse, ut dolorum experientia misericordia parturientium afficiatur; miserebit enim magis quam partum

μᾶλλον γὰρ τετοκυίας [συμπαθήσει ἡ τόκου ἄπειρος·] εὔτονον δὲ διὰ τὰς ὑπουργίας καὶ μὴ πάντως νέαν, ὡς Φασί τινες, καὶ γὰρ νέα τις ἄτονος καὶ οὐ νέα τοὐναντίον εὔτονος· σώφρονα δὲ καὶ νήφουσαν ἀεί, διὰ τὸ ἄδηλον τῶν πρὸς τὰς κινδυνευούσας [1] μετακλήσεων· ἀΦιλάργυρον, ὡς μὴ διὰ μισθὸν κακῶς δοῦναι Φθόριον· ἀδεισιδαίμονα, χάριν τοῦ μὴ δι' ὄνειρον ἢ διὰ κληδόνας ἢ συνηθές τι μυστήριον καὶ [2] μαιωτικὴν θρησκείαν ὑπεριδεῖν τὸ συμΦέρον. Ἐπιτηδευέτω δὲ καὶ τὴν τῶν χειρῶν τρυΦερίαν, Φυλαττομένη τὰς σκληρύνειν δυναμένας ἐριουργίας [καὶ] διὰ χρισμάτων δὲ προσκατακτωμένη ἀπαλῶν, εἰ μὴ πάρεστι Φυσικῶς, καὶ τοῦτο. Τοιαύτην μὲν εἶναι δεῖ τὴν ἀρίστην μαῖαν. Ἐπειδὴ δὲ μεταβαίνειν ἐπὶ τὸν γυναικεῖον ὑγιεινὸν λόγον μέλλομεν, δεήσει πρῶτον τὴν Φύσιν τῶν γυναικείων διηγήσασθαι τόπων, ἐξ ὧν τὰ μὲν αὐτόθεν καταλαμβάνεται, τὰ δὲ ἐξ ἀνατομῆς, ἥ τις καὶ ἄχρηστός ἐστιν· ὅμως ἐπειδὴ καταλαμβά-

1 μετακλήσεων· ἡσυχον δὲ ἔχουσα θυμὸν, ὡς πολλῶν τῶν ἐν τῷ βίῳ μυστηρίων μετέχειν μέλλουσαν· ἀφιλάργυρον codd. — 2 βιωτικὴν codd.

expertas eam, cui id non acciderit. Robusta vero sit propter opem, quam ferre debet; neque omnino iuvencula, ut perhibent nonnulli, nam et iuvencula debilis esse potest et non amplius iuvencula robusta. Temperans vero sit et semper sobria, quia incertum est, quo tempore ad periclitantes advocetur. Ab argenti cupidine libera sit, ne mercedis gratia nefarie remedium partum abigens praebeat. Ne sit superstitiosa, ne propter somnium, vel voces ominosas, vel consuetum mysterium, et superstitiosam ceremoniam, quae ad rem obstetriciam spectet, id, quod utile sit, negligat. Operam quoque det, ut manus molles sint, cavens a lanificio, quod earum duritiem adferre solet, et praeterea unguentorum mollium usu sibi, nisi a natura datum sit, id comparans. Talem quidem esse oportet obstetricem praestantem. — Cum autem transituri sumus ad sermonem de iis, quae in sanitate circa mulieres fiunt, primum naturam exponere oportebit locorum muliebrium, quae partim statim comprehenditur, partim ex anatome; quae licet inutilis sit, quum tamen recipiatur propter rerum bonarum studium,

νεται χρηστομαθείας ἕνεκα, διδάξομεν καὶ τὸ ἐκ ταύτης ἐπιγνωσθέν· ῥᾳδίως τε γὰρ πιστευθησόμεθα λέγοντες ἄχρηστον τὴν ἀνατομήν, εἰ πρότερον εἰδότες αὐτὴν εὑρεθείημεν, καὶ οὐ παρέξομεν ὑπόνοιαν τοῦ [1] δι' ἄγνοιαν παραιτεῖσθαί τι τῶν ὑπειλημμένων εὐχρήστων.

ΚΕΦ. γ'.

Τίς φύσις μήτρας καὶ γυναικείου αἰδοίου.

Ἡ μήτρα καὶ ὑστέρα λέγεται καὶ δελφύς· μήτρα μὲν οὖν ὅτι μήτηρ ἐστὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γεννωμένων ἐμβρύων, ἢ ὅτι τὰς ἐχούσας αὐτὴν μητέρας ποιεῖ· κατὰ δέ τινας, ὅτι μέτρον ἔχει χρόνου πρὸς κάθαρσιν καὶ ἀπότεξιν· ὑστέρα δὲ διὰ τὸ ὕστερον ἀποδιδόναι τὰς ἑαυτῆς ἐνεργείας, ἢ διὰ τὸ ἐσχάτην κεῖσθαι τῶν σπλάγχνων, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀκρίβειαν, ἀλλὰ κατὰ πλάτος· δελφὺς δὲ διὰ τὸ ἀδελφῶν αὐτὴν εἶναι γεννητικήν.

1 δι' ἄνοιαν codd.

docebimus illa quoque, quae ex hac disciplina innotuerunt. Facilius enim nobis fides habebitur affirmantibus anatomen esse supervacaneam, si prius eius gnari deprehensi fuerimus. Neque suspicionem movebimus nos propter ignorationem deprecari aliquid eorum, quae utilia esse reputantur.

CAPUT III.

Quae natura sit uteri et pudendi muliebris.

Uterus (ἡ μήτρα) appellatur etiam ὑστέρα et δελφύς. Ac μήτρα quidem appellatur, quia mater est foetuum, qui ex eo generantur; vel quia ipsam possidentes matres reddit; at secundum nonnullos, quia mensuram (μέτρον) habet temporis, quo fiat purgatio et partus. Ὑστέρα vero vocatur, quia sero (ὕστερον) facultatem suam prodit; vel quia, nisi ad amussim, at fere tamen viscerum loco extremo situs est. Δελφὺς autem, quia fratrum (ἀδελφῶν) est genitor. Situs au-

Κεῖται δὲ ἐν τῇ τῶν ἰσχίων εὐρυχωρίᾳ [1] μεταξὺ κύστεως καὶ ἀπευθυσμένου ἐντέρου, τούτῳ μὲν ἐπικειμένη, τῇ κύστει δὲ ὑποκειμένη, ποτὲ μὲν ὅλη, ποτὲ δὲ ἀπὸ μέρους διὰ τὸ κατὰ μέγεθος ἐξαλλάσσεσθαι· ταῖς μὲν γὰρ νηπίαις μικροτέρα τῆς κύστεώς ἐστιν· διὸ καὶ [2] ὅλη ταύτην ὑπελήλυθεν· ταῖς δὲ ἐν ἀκμῇ παρθένοις ἴση τῇ κύστει κατὰ τὰ ὑπερκείμενα, ταῖς δὲ προηλικεστέραις καὶ ἤδη διακεκορευμέναις καὶ μᾶλλον προκεκυηκυίαις μείζων, ὥστε ταῖς πλείσταις ἐν λήξει τοῦ κώλου προσαναπαύεσθαι· μᾶλλον δὲ ἐν τῷ κυοφορεῖν, ὡς καὶ τῇ ὁράσει καταλαμβάνειν ἔστιν, εἰς πολὺ διογκουμένου τοῦ περιτοναίου καὶ τοῦ [3] ὑπογαστρίου ἐκ τοῦ τηλικοῦτον εἶναι τὸ ἀποτικτόμενον μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ χιτώνων καὶ ὑγρῶν· μετὰ δὲ τὴν ἀπότεξιν συστέλλεται μὲν, ἄλλως δὲ μεῖζον ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ πρὸ τῆς [4] κυήσεως· τότε οὖν ἐστὶ μείζων τῆς κύστεως, οὐ κατ' ἴσον δὲ ὑπελήλυθεν αὐτήν· κατὰ μὲν γὰρ τὰ ἔμπροσθεν

1 Dietz h. l. habet ἐντὸς τοῦ περιτοναίου. Aëtius item legit. Orib. non praebet, neque additum est apud Ideler, physici et medici Graeci minores. Vol. I. p. 255. — 2 ταύτην ὅλην codd. — 3 ἐπιγαστρίου codd. — 4 ἀποτέξεως codd.

tem est uterus in spatio, quod est inter coxendices, vesicam inter et intestinum rectum; quorum quidem huic incumbit, vesicae vero subiicitur, alias totus, alias partim, quoniam magnitudine variat. Nam in puellulis vesicâ minor est, quapropter sub hanc totus recessit; in adultis vero virginibus vesicae aequalis est, quod attinet ad partes superiacentes. Provectioribus vero aetate et cum viro iam congressis, ac magis etiam iis, quae iam gravidae antea fuerunt, volumen eius auctum est, ita ut apud plerasque eo loco cesset, ubi colon desinit. Maior autem etiam est in graviditate, quod vel oculis conspicere licet, quum in magnum tumorem peritonaeum et hypogastrium sublata sint, quia tantae molis est foetus cum suis membranis et humoribus. Post partum vero contrahitur quidem, sed ceteroquin maiorem habet ambitum quam ante graviditatem. Itaque tunc vesicâ maior est, sed non ex aequo hanc subiit, nam ab anteriore magis prominet vesicae collum, quippe quod in urethram desinit et iuxta totum sinum muliebrem pro-

μέρη προπαλέστερός ἐστιν ὁ τῆς κύστεως τράχηλος, ὡς ἂν τὴν οὐρήθραν πέρας ἔχων καὶ ὅλῳ τῷ γυναικείῳ προσανατεινόμενος καὶ [1] παρατρυπώμενος κόλπῳ, προανακεχώρηκε δὲ ἀπὸ τῆς ὑστέρας· κατὰ δὲ τὰ ὄπισθεν ἀνωτέρω τοῦ τῆς κύστεως πυθμένος ὁ τῆς μήτρας ἐστὶ πυθμὴν κείμενος ὑπὸ τὸν ὀμφαλόν, ὥστε τῆς κύστεως τὴν μὲν εὐρυχωρίαν ἐπικεῖσθαι τῷ τραχήλῳ τῆς ὑστέρας, τὸν δὲ πυθμένα [2] τῷ κύτει. Συνέχεται δὲ λεπτοῖς ὑμέσιν ἡ μήτρα πρὸς μὲν τὰ ὑπερκείμενα τῇ κύστει, πρὸς δὲ τὰ ὑποκείμενα τῷ ἀπευθυσμένῳ, πρὸς δὲ τὰ πλάγια καὶ τὰ ἐξόπισθεν τοῖς ἐκπεφυκόσιν ἀπὸ τῶν ἰσχίων καὶ τοῦ ἱεροῦ ὀστέου· τούτων γοῦν συνελκομένων μὲν διὰ φλεγμονὴν ἀνασπᾶται καὶ παρεγκλίνεται, παριεμένων δὲ καὶ χαλατονούντων προπίπτει, ζῷον μὲν οὐκ οὖσα, καθὼς ἐνίοις ἔδοξε, τοῖς ἄλλοις δὲ παραπλησίως αἴσθησιν ἁπτικὴν ἔχουσα καὶ διὰ τοῦτο συστελλομένη μὲν ὑπὸ τῶν [3] στυφόντων, χαλωμένη δὲ ὑπὸ τῶν ἀραιούντων.[4] Σχῆμα δὲ μήτρας οὐχ ὡς ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζῴων ἑλικοειδὲς, ἰατρικῇ δὲ σικύᾳ παραπλήσιον· ἀπὸ γὰρ περιφεροῦς καὶ πλα-

1 παρατριβόμενος codd.; Orib. illud καὶ παρατριβόμενος om. — 2 καὶ κύτει et καὶ κύστει codd. — 3 ψυχόντων codd. — 4 Dietzius h. l. habet addita nonnulla, quae emblema referunt, nec leguntur apud Orib.

tenditur et perforatur; antea vero ab utero recessit. A posteriore autem altius quam vesicae fundus uteri fundus adscendit et sub umbilico situs est, ita ut cavum vesicae uteri collo incumbat, fundus vero illius huius cavo. Connectitur autem uterus tenuibus membranis a superiore cum vesica, ab inferiore vero cum intestino recto, a latere utroque et a posteriore cum partibus a coxendicibus et ab osse sacro excrescentibus. His igitur contractis propter inflammationem sursum attrahitur et in latus inclinatur; remissis vero et relaxatis procidit; non quod animal sit, uti nonnullis videbatur, sed quia sicut reliquae partes sensum tactus habet, ideoque contrahitur adstringentibus, relaxatur contra rarefacientibus. Forma autem uteri non quemadmodum in rationis expertibus animantibus pampino similis est, sed medicae cucurbitulae; a rotundo enim et lato, quod ad fundum est, extremo incipiens sensim in angustum orificium

τέος ἀρξαμένη [1] τοῦ κατὰ τὸν πυθμένα πέρατος πρὸς λόγον ἐπὶ στενὸν συνάγεται τὸ στόμιον. Κέκληται δ' αὐτῆς τὸ μὲν πρῶτον καὶ προάγον μέρος στόμιον, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο τράχηλος, τὸ δὲ ἑπόμενον αὐχὴν, ἡ δὲ συνδρομὴ τούτων καυλὸς, τὰ δὲ ἑκατέρωθεν μετὰ τὴν στενότητα τοῦ τραχήλου πλατυνόμενα πρῶτα μέρη ὑστέρας ὦμοι, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα πλευρὰ, τὸ δὲ ὕστατον πυθμὴν, τὸ δὲ ὑποκείμενον βάσις, τὸ δ' ὅλον χώρημα κύτος καὶ γάστρα καὶ κόλπος. Τὸ δὲ στόμιον κατὰ μέσον κεῖται τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον· περισφίγγεται γὰρ ὁ τράχηλος ὑπὸ τῶν πτερυγωμάτων· τούτων δὲ ἀφέστηκε τὸ στόμιον ταῖς μὲν μᾶλλον, ταῖς δὲ ἔλαττον παρὰ τὰς ἡλικίας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ ταῖς ἤδη τελείαις πέντε ἢ ἓξ δακτύλους· προχειρότερον δὲ γίνεται κατὰ τὰς ἀποτέξεις, ἐπεκτεινομένου τοῦ τραχήλου. Διάφορον δὲ ἔχει καὶ τὸ μέγεθος πλὴν ἐπί γε τῶν πλείστων ἐν τῷ κατὰ φύσιν τηλικοῦτόν ἐστιν, ἡλίκον τὸ ἐκτὸς πέρας τῆς ἀκουστικῆς εὐρυχωρίας. Διίσταται, δὲ κατά τινας καιροὺς, καθάπερ ἐν τῇ ὀρέξει τῆς συνουσίας

1 h. l. sequor textum Orib.

contrahitur. Vocatur autem prima eius et prominens pars *ostium;* quae dein se offert *collum;* quae sequitur *cervix;* concursus vero harum partium *caulis;* partes utrinque latiores post colli angustiam *uteri humeri*; quae dein apparent *latera;* extrema autem pars *fundus;* illa, quae subiacet, *basis;* tota vero capacitas *cavum* et *venter* et *sinus.* Ostium autem in medio pudendo muliebri situm est; collum enim ab alis circum constringitur. Ab his vero remotum est ostium in aliis longius, in aliis propius pro diversa aetate, summatim autem in iis, quae iam adoleverunt, quinque vel sex digitos; propius vero situm est partu instante, protenso uteri collo. Diversam etiam habet magnitudinem, licet in plerisque in conditione secundum naturam tanta sit, quanta extremi externi meatus auditorii. Aperitur autem pluribus occasionibus, quemadmodum in coïtus appetitu, ut semen accipiat, et in purgationibus menstruis, ut sanguis emittatur, et in conceptionibus pro modo, quo foetus una crescit; in partu vero sane plurimum dilatatur, donec vel adultorum

πρὸς παραδοχὴν τοῦ σπέρματος, κἀν ταῖς καθάρσεσι πρὸς ἔκκρισιν τοῦ αἵματος, κἀν ταῖς συλλήψεσι πρὸς λόγον τῆς τοῦ ἐμβρύου συναυξήσεως· ἐν δὲ τῇ ἀποτέξει καὶ πλεῖστον προσανευρύνεται μέχρι τοῦ καὶ χεῖρας τελείων παραδέχεσθαι. Κατὰ μέντοι τὴν φύσιν τρυφερόν ἐστι καὶ σαρκῶδες ἐπὶ τῶν ἀδιακορεύτων, σομφότητι πνεύμονος, ἢ τρυφερίᾳ γλώττης ἐοικός· ἐπὶ δὲ τῶν ἀποκεκυηκυιῶν τυλωδέστερον γίνεται, ὡς κεφαλὴ πολύποδος, ἢ ἄκρῳ βρόγχου, καθώς φησιν Ἡρόφιλος, ὅμοιον, — τυλούμενον τῇ παρόδῳ τῶν ἀποκρινομένων καὶ ἀποτικτομένων. Ἡ δὲ ὅλη μήτρα κατὰ τὸ πλεῖστον δυναμοῦν ἐστὶ νευρώδης· συγκέκριται γὰρ οὐκ ἐκ νεύρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν καὶ σαρκός· ἐξ ὧν τὰ νεῦρα μὲν ἀπὸ νωτιαίας μήνιγγος λαμβάνει τὴν ἀρχήν, — αἱ δὲ ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες ἀπὸ τῆς ὑπερκειμένης τῇ ῥάχει κοίλης φλεβὸς καὶ παχείας ἀρτηρίας. Δύο μὲν γὰρ ἀποσχίζονται φλέβες ἀπὸ τῆς κοίλης φλεβός, δύο δὲ ἀρτηρίαι ἀπὸ τῆς παχείας ἀρτηρίας, ὧν ἀνὰ μία φλὲψ καὶ ἀρτηρία φέρονται πρὸς ἑκάτερον νεφρόν· εἶτα πρὶν εἰς αὐτοὺς ἐμφυῆναι δισχιδεῖς γινόμεναι ταῖς μὲν δυσὶν ἐκφύσεσιν εἰς ἑκάτερον νεφρὸν ἐμφύονται, ταῖς δὲ δυσὶ

manus admittat. Natura autem sua molle est et carnosum in virginibus, rarae pulmonum texturae vel linguae mollitudini simile; sed in iis, quae partum ediderunt, magis callosum fit, velut caput polypi, vel extremae bronchi parti, ut ait Herophilus, simile, — callosum scilicet factum pertransitu secretorum humorum et partuum. Totus autem uterus quam maxime potuit est nerveus; neque enim solum e nervis compositus est, sed etiam e venis et arteriis et carne. Inter quae nervi quidem a medullae spinalis membrana initium ducunt, arteriae vero et venae a vena cava spinae dorsi incumbente et a crassa arteria. Duae enim venae secedunt a vena cava duaeque arteriae ab arteria crassa; quarum una vena et arteria ad singulos renes feruntur; dein priusquam in eos intrant bifariam divisae duobus ramis in utrumque renem immittuntur, duobus aliis uterum perplectunt, ita ut quatuor vasa in eum demittantur, duae nempe arteriae et totidem venae. Ex his autem ad singulos quoque testes

τὴν ὑστέραν ἀναπλέκουσιν, ὥστε γίνεσθαι τεσσάρων εἰς αὐτὴν ἀγγείων ἔμφυσιν, δύο μὲν ἀρτηριῶν, δύο δὲ φλεβῶν. Ἐκ τούτων δὲ καὶ εἰς ἑκάτερον τῶν διδύμων ἀνὰ μία μὲν φλὲψ, ἀνὰ μία δὲ ἐμπέφυκεν ἀρτηρία. Προσπαραπεφύκασι δὲ ἔξωθεν οἱ δίδυμοι σύνεγγυς τοῦ αὐχένος παρ' ἑκάτερον πλευρὸν ἀνὰ εἷς· καὶ εἰσὶ μὲν ψαφαροὶ καὶ ἀδενώδεις, ἰδίῳ σκεπόμενοι ὑμένι· σχῆμα δὲ οὐ κατὰ τοὺς τῶν ἀρρένων ἐπιμήκεις ὑπάρχουσι καὶ ὑπόσιμοι, στρογγύλοι δὲ καὶ ἐπ' ὀλίγον πλατυνόμενοι κατὰ βάσιν. Ὁ σπερματικὸς δὲ πόρος ἀπὸ τῆς ὑστέρας ἐξ ἑκατέρου φέρεται διδύμου καὶ τοῖς πλευροῖς παραταθεὶς μέχρι τῆς κύστεως εἰς τὸν ταύτης ἐμφύεται τράχηλον. Ἔνθεν δὲ δοκεῖ τὸ τοῦ θήλεος σπέρμα πρὸς ζωογονίαν μὴ συλλαμβάνεσθαι διὰ τὸ εἰς τὸ ἐκτὸς ἐκχεῖσθαι, περὶ οὗ διελάβομεν ἐν τῷ περὶ σπέρματος λόγῳ. Ἔνιοι δὲ, καθὼς βούλεται καὶ ..... ὁ Χῖος, καὶ ἀνακρεμαστῆράς Φασιν αὐτοῖς ἐμπεφυκέναι· καὶ ἡμεῖς δὲ τοῦτο ἐπὶ τῆς αὐτοψίας ἱστορήκαμεν ἐπί τινος ἐντεροκηλικῆς γυναικὸς, ἐφ' ἧς ἐν τῇ χειρουργίᾳ προέπιπτεν ὁ δίδυμος χαλασθέντων τῶν κατεχόντων αὐτὸν καὶ περιειλημότων ἀγγείων, σὺν

una vena arteriaque una tendunt. Locum autem suum habent testes extra prope cervicem singuli iuxta latus suum; sunt autem naturae eiusmodi ut facile conteri possint et glandulosi, propria tunica induti. Non tamen eiusdem sunt formae cuius masculi, qui oblongi sunt et subsimi, sed rotundi sunt et ad basin paulisper in latum extensi. Meatus vero spermaticus ab utero ex utroque provenit teste et iuxta latera protensus ad vesicam usque in huius collum immittitur. Quapropter de muliebri semine nihil ad animantis generationem consumi videtur, quum extra effundatur; qua de re exposuimus in sermone de semine. Nonnulli autem, quod item . . . . Chius vult, organa quoque suspensoria (κρεμαστῆρας) illis adnata esse contendunt. Ac nos quidem idem deprehendimus ipsi conspicientes mulierem hernia intestinali (ἐντεροκήλη) laborantem; in qua inter operandum testis prolabebatur, relaxatis vasis eum retinentibus et comprehendentibus, cum quibus una etiam cremaster procidit. Totus autem uterus e duabus tunicis constat contrario inter

οἷς καὶ ὁ κρεμαστὴρ ὑπέπεσεν. — Ἡ δὲ ὅλη μήτρα συνέστηκεν ἐκ δυοῖν χιτώνοιν ἐναντίως ἑαυτοῖς ἐσχηματισμένοιν ἐμφερῶς ταῖς τῶν χαρτῶν ἰσίν. Ὁ μὲν οὖν ἔξωθεν νευρωδέστερός ἐστι καὶ λειότερος, καὶ σκληρότερός τε καὶ λευκότερος· ὁ δὲ ἔσωθεν σαρκωδέστερος καὶ δασύτερος καὶ ἁπαλώτερος καὶ ἐνερευθέστερος, διόλου μὲν καταπεπλεγμένος ἀγγείοις, πλείοσι δὲ καὶ ἀξιολόγοις κατὰ τὸν πυθμένα, τοῦ σπέρματος ἐκεῖ προσκολλωμένου καὶ τῆς καθάρσεως ἐκεῖθεν φερομένης. Οἱ μέντοι δύο χιτῶνες οὗτοι συνέχονται πρὸς ἀλλήλους ὑμέσι λαγαροῖς καὶ νεύροις, ὥστε πολλάκις ἀπεκτεινομένων αὐτῶν προπίπτειν τὴν ὑστέραν τοῦ μὲν νευρώδους χιτῶνος κατὰ χώραν μένοντος, τοῦ δὲ ἔσωθεν κατ' ἐκτροπὴν προπίπτοντος. Ἔτι κοινῶς ἐπὶ μὲν τῶν ἀτόκων ἡ μήτρα κατὰ τὸν πυθμένα στολίδας ἔχει κατὰ τὸ πλεῖστον δύο πιλοειδῶς ἐνδεδιπλωμένας· ἐπὶ δὲ τῶν τετοκυιῶν ἐκτείνεται ὅλη καὶ περιφερὴς γίνεται. Διοκλῆς δὲ καὶ κοτυληδόνας εἶναί φησιν ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ τῆς μήτρας, [1] καὶ πλεκτάνας [2] ἢ κεραίας λεγομένας, αἵτινες μαστοειδεῖς ἐκφύσεις ὑπάρχουσι, πλατεῖαι μὲν κατὰ βάσιν, μείουροι δὲ κατὰ τὸ ἄκρον,

1 καὶ πλεκτ. — λεγομένας in mss. inter κοτυληδόνας et εἶναι infertur. — 2 καὶ codd.

se modo se habentibus instar fibrarum chartarum. Exterior igitur magis nervosa est et laevior et durior magisque albicans; interior vero carnosior et villosior et mollior et rubicundior, summatim quidem vasis contextus, iisque pluribus et satis insignibus ad fundum, cui semen adglutinatur et unde purgatio menstrua fertur. Duae autem illae tunicae inter se continentur membranis laxis et nervis, ita ut saepe his distentis uterus prolabatur, nervosa tunica in sua sede manente, interiore vero cum inversione procidente. Tum etiam plerumque in iis, quae non pepererunt, uterus in fundo duas plicas habet ad pilei modum conduplicatas; in illis vero, quae partum ediderunt, totus uterus extenditur et rotundus fit. Diocles vero etiam *cotyledones* in uteri capacitate inesse dicit, et *plexus*, sive *cornua*, quae sint prominentiae papilliformes, latae quidem ad basin in angustum vero apicem desinentes, sitae ab utroque latere,

ἑκατέρωθεν κείμεναι τῶν πλευρῶν, προνοητικῶς ὑπὸ τῆς Φύσεως γεγεννημέναι [1] χάριν τοῦ τὸ ἔμβρυον προμελετᾶν τὰς θηλὰς τῶν μαστῶν ἐπισπᾶσθαι Κατεψεύδονται δὲ τῆς ἀνατομῆς· οὐχ εὑρίσκονται γὰρ αἱ κοτυληδόνες, καὶ ἀΦύσικός ἐστιν ὁ περὶ αὐτῶν εἰσαγόμενος λόγος, ὡς ἐν τοῖς περὶ ζωογονίας ὑπομνήμασιν ἀποδέδεικται. Τὴν μέντοι γε μήτραν οὐχ ὑπολεπτέον κυριότητα πρὸς τὸ ζῆν ἔχειν· οὐ γὰρ προπίπτει μόνον, ἐπ᾽ ἐνίων δὲ καὶ ἀποκόπτεται δίχα τοῦ θάνατον αὐτὴν ἐπενεγκεῖν, ὡς ἱστόρηκε Θεμίσων· ἐν Γαλατίᾳ δὲ τὰς ὗς εὐτροΦωτέρας γίνεσθαί Φασι μετὰ τὴν ἐκτομὴν τῆς μήτρας. Πάσχουσα μέντοι πρὸς συμπάθειαν στόμαχον ἄγει καὶ μήνιγγας. Ἔστι δέ τις αὐτῇ καὶ πρὸς τοὺς μαστοὺς Φυσικὴ συμπάθεια· μεγεθυνομένης γοῦν αὐτῆς ἐν ταῖς ἀκμαῖς καὶ οἱ μαστοὶ συνδιογκοῦνται, καὶ αὐτὴ μὲν τὸ σπέρμα τελεσιουργεῖ, μαστοὶ δ᾽ εἰς τροΦὴν, τῶν κυηθησομένων γάλα παρασκευάζουσιν· καὶ Φερομένων μὲν τῶν καταμηνίων σβέννυται τὸ γάλα, Φερομένου δὲ τοῦ γάλακτος

1 Diocles tubas κεραίας, Eudemus πλεκτάνας vocavit. Vid. Gal. de uteri dissectione cap. 3. Verum credo Soranum hallucinari, cum affirmat Dioclem has partes sugere dixisse foetum, qui scilicet in uteri cavo est inclusus!

providentia quadam naturae fabrefactae, ut foetus prius quam nascatur discat attrahere mammarum papillas. Sed falsa proferunt de anatome; neque enim reperiuntur cotyledones, et naturae contrarium est quod de illis dicunt, quemadmodum in commentariis de animantium generatione demonstratum est. Non tamen existimandum uterum magnum habere ad vitam momentum. Non solum enim prolabitur, sed in nonnullis etiam resecatur, nec tamen resectus mortem adfert, sicuti observavit Themiso. In Gallia vero sues resecto utero melius pinguescere narrant. Morbo tamen laborans in consensum rapit ventriculum et meninges. Est autem illi etiam naturalis quidam cum mammis consensus. Volumine igitur crescente in vitae flore, mammae quoque una turgescunt. Et ipse quidem semen ad plenam conformationem perducit, mammae vero ad nutritionem partuum proditurorum lac parant. Atque mensibus fluentibus lac exstinguitur, lacteque fluente non amplius apparet men-

οὐκέτι φαίνεται κάθαρσις· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν παρηλικεστέρων συστελλομένης τῆς ὑστέρας καὶ οἱ μαστοὶ τρόπῳ τινὶ μαραίνονται, καὶ πάσχοντος τοῦ ἐμβρύου στενοῦται τὸ μέγεθος αὐτῶν. Ἐπὶ γοῦν τῶν κυοφορουσῶν θεασάμενοι ῥηγνυμένους τοὺς μαστοὺς καὶ συναγομένους γενησομένην προλέγομεν ἔκτρωσιν· καί τοιαύτη μὲν ἡ φύσις τῆς μήτρας.

Τὸ δὲ γυναικεῖον αἰδοῖον καὶ κόλπος ὠνόμασται γυναικεῖος. Ὑμὴν δέ ἐστι νευρώδης καὶ ὑπό τι περιφερὴς, ὥσπερ ἔντερον, εὐρυχωρέστερος μὲν κατὰ τὸ ἔνδον, στενώτερος δὲ κατὰ τὸ ἐκτὸς, ἐν ᾧ καὶ τοὺς πλησιασμοὺς συμβέβηκε γίνεσθαι. Τὸ μὲν οὖν ἔνδον αὐτοῦ μέρος [1] προσπέφυκε τῷ τραχήλῳ τῆς ὑστέρας, τὸ δὲ ἔξω τοῖς πτερυγώμασι, τὸ δὲ κάτω τῇ ἕδρᾳ, τὰ δὲ πλάγια τοῖς σαρκώδεσι τῶν ἰσχίων, τὰ δὲ ἄνω τῷ τραχήλῳ τῆς κύστεως· οὗτος γὰρ, ὡς ἔφην, ὑπερπεσὼν τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας καὶ παραταθεὶς ἄνωθεν τῷ αἰδοίῳ κατ' ἄκρον εἰς τὸν οὐρητικὸν πόρον ἐμφύεται. Φαίνεται τοίνυν ὡς ὁ γυναικεῖος κόλπος ὑπόκειται μὲν τῷ τραχήλῳ τῆς κύστεως, ἐπίκειται δὲ τῷ δακτυλίῳ καὶ τῷ σφιγκτῆρι καὶ τῷ ἄκρῳ τοῦ ἀπευθυσμένου.

1 περιπέφυκε codd.

strua purgatio; quemadmodum etiam in vetulis contracto utero mammae quoque quodammodo marcescunt, et foetu morbo laborante earum amplitudo in angustiorem redigitur. Quum igitur in gravidis mammas emarcidas cernimus et contractas, futurum praesagimus abortum. Atque eiusmodi quidem uteri natura est.

Pudendum autem muliebre etiam *sinus muliebris* dictum est. Est vero membrana nervosa et aliquantum rotunda, velut intestinum, amplior quidem intus, angustior vero ab exteriore, in qua etiam coïtus fieri solet. Interior igitur eius pars collo uteri adnata est, exterior vero alis, inferior sedi, latera partibus carnosis coxendicum, superior collo vesicae; hoc enim, quemadmodum dixi, excedens uteri orificium, et supra iuxta pudendum protensum extremo suo in meatum urinarium immittitur. Apparet igitur sinum muliebrem subiectum esse collo vesicae, incumbere vero ano et sphincteri atque extremo intestino recto. Longitudine

Κατὰ δὲ μῆκός ἐστιν, ὡς ἔμπροσθεν ὑπεδείξαμεν, ἄνισος, οὐ μόνον παρὰ τὰς ἡλικίας, ἢ παρὰ τὰς συνουσίας, ἐν αἷς ἐπεκτεινόμενος ὁ τράχηλος τῆς ὑστέρας, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἀρρένων αἰδοῖον, ἐπιλαμβάνει τι τοῦ κόλπου, ἀλλὰ καὶ τῷ φύσει τινὰς μὲν προπετέστερον ἔχειν τὸν τράχηλον, τινὰς δὲ ἄγαν κολοβόν· ταῖς δὲ πλείσταις τῶν τελείων ἕξ ἐστι δακτύλων. Συμπέπτωκε μέντοι καὶ στενώτερός ἐστιν ἐπὶ παρθένων, στολίσι κεχρημένος συνεχομέναις ὑπ' ἀγγείων ἀπὸ τῆς ὑστέρας τὴν ἀπόφυσιν εἰληφότων, [1] ἅπερ κατὰ τὰς διακορεύσεις καὶ ὀδύνην ἐπιφέρει ἁπλουμένων τῶν στολίδων· ῥήγνυται γὰρ καὶ ἀποκρίνει τὸ συνήθως ἐπιφερόμενον αἷμα. Τὸ γὰρ οἴεσθαι διαπεφυκέναι λεπτὸν ὑμένα διαφράσσοντα τὸν κόλπον, τοῦτον δὲ ῥήγνυσθαι κατὰ τὰς διακορεύσεις καὶ ὀδύνην ἐπιφέρειν, ἢ θᾶττον, καθάρσεως γινομένης, ἐμμείναντα δὲ καὶ σωματοποιηθέντα τὸ ἄτρητον λεγόμενον πάθος ἀποτελεῖν, ψεῦδός ἐστιν. Πρῶτον μὲν γὰρ, ἐπὶ τῆς ἀνατομῆς οὐχ εὑρίσκεται· δεύτερον δὲ, ἐπὶ τῶν παρθένων ἐχρῆν ἀντικόπτειν τι τῇ μηλώσει· νυνὶ δὲ μέχρι βάθους ἄπεισιν ἡ μήλη· τρίτον δὲ, εἰ κατὰ τὰς διακορεύσεις

1 h. l. Oribasii textum sequor.

autem, uti supra ostendimus, variat, non solum pro aetate diversa, vel pro congressibus, in quibus uteri collum protensum est, sicuti pudendum virile, et partem sinus occupat; sed etiam quia in nonnullis natura sua collum magis prominet, in aliis contra valde curtum est. Plerisque vero adultis sex est digitorum. Coarctatus autem et angustior est in virginibus, quum habeat plicas connexas vasis ab utero ortis, quae etiam in coïtu virginibus dolorem pariunt, cum rugae explicantur; nam rumpuntur et sanguinem affluere solitum emittunt. Falsa enim est opinio enatam esse membranam tenuem sinum occludentem eamque rumpi cum primum cum viro rem habent, et dolorem adferre, vel prius, cum menstrua purgatio fit, eamque persistentem et crassiorem factam affectionem parere, quam *atresiam* nuncupant. Primum enim, in dissectione non reperitur; secundum autem, apud virgines in exploratione, quae specillo fit, aliquid obstaculo esse deberet, nunc vero specillum ad imum usque

ῥηγνύμενος ὁ ὑμὴν ὀδύνης γίνεται παραίτιος, ἐχρῆν ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τῶν παρθένων ἔμπροσθεν τῆς διακορεύσεως, ἐπιφανείσης καθάρσεως, περιωδυνίαν παρακολουθῆσαι, κατὰ δὲ τὴν διακόρευσιν μηκέτι. Καὶ ἄλλως εἰ σωματοποιηθεὶς ὁ ὑμὴν τὸ ἄτρητον ποιεῖ πάθος, ἔδει κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον εὑρίσκεσθαι διηνεκῶς αὐτὸν, ὃν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἕκαστον ἐπὶ τοῦ ἰδίου τόπου πάντοτε θεωροῦμεν· νυνὶ δὲ ἐπὶ τῶν ἀτρήτων ὁ διαφράττων ὑμὴν τὸν πόρον ποτὲ μὲν κατὰ τὰ πρόχειρα μέρη τῶν πτερυγωμάτων εὑρίσκεται, ποτὲ δὲ κατὰ μέσον τὸ αἰδοῖον, ἀλλότε δὲ κατὰ μέσον τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας. Τοιοῦτος μὲν οὖν καὶ ὁ γυναικεῖός ἐστι κόλπος. — Τὰ δὲ ἔξωθεν αὐτοῦ φαινόμενα πτερυγώματα καλεῖται, τρόπῳ τινὶ χείλη τοῦ κόλπου καθεστῶτα· παχέα δέ ἐστι καὶ σαρκώδη καὶ πρὸς μὲν τὰ κάτω πρὸς ἑκάτερον μηρὸν ἀποταθέντα, καθάπερ ἀλλήλων ἀποσχισθέντα, πρὸς δὲ τὸ ὕπερθεν μέρος εἰς τὴν καλουμένην ἀπολήγει νύμφην. Αὕτη δὲ τοῖν δυοῖν πτερυγωμάτοιν ἐστὶν ἀρχή· τῇ φύσει δὲ σαρκίδιόν ἐστιν ὡσανεὶ μυῶδες· νύμφη δὲ εἴρηται διὰ τὸ ταῖς νυμφευομέναις ὁμοίως ὑποστέλλειν τὸ σαρκίον. Ὑπὸ

penetrat; tertium, si in primo cum viro congressu rupta membrana doloris causa fieret, necessario in virginibus ante primum amplexum, menstrua purgatione facta, vehemens dolor oriri deberet, non amplius vero in primo coïtu. Ceterumque si densata membrana atresiam faceret, oporteret pariter eam constanter eodem loco reperiri, ad eundem modum quo ceteras quoque partes singulas ubivis in sua quamque sede cernimus. Nunc vero in non perforatis membrana meatnm occludens nonnumquam quidem ad partes statim obvias alarum deprehenditur, alias in medio pudendo, alias in medio uteri ostio. Ita igitur se habet sinus muliebris. — Partes autem extra eum se prodentes *alae* appellantur, quodammodo labia sinus facientes. Sunt autem crassae et carnosae et infra ad utrumque femur protensae, quasi a se invicem recedentes. Supra vero in *nympham* dictam desinunt, quae utriusque alae est principium; natura vero sua caruncula est quasi muscularis. *Nympha* autem dicta est, quia sponsarum (νυμφευομένων) instar caruncula

δὲ τὴν νύμφην πάλιν ἕτερον ὑποστέλλει σαρκίδιον ἐπανεστηκὸς, ὅπερ ἐστὶ τοῦ τραχήλου τῆς κύστεως· καλεῖται δὲ οὐρήθρα· ἡ δὲ ἐντὸς στολιδώδης τραχύτης χεῖλος. Διαφέρει δὲ τῆς ἐπ' ἀνδρῶν ἡ ἐπὶ θηλειῶν κύστις· ἐκείνη μὲν γὰρ μείζων ἐστὶ καὶ σκολιὸν ἔχει τὸν τράχηλον, — αὕτη δὲ μικροτέρα καὶ εὐθυτράχηλος. Ὑποδεδειγμένης δὲ τῆς φύσεως τῶν γυναικείων μερῶν, ἐπὶ τὰ τῆς μήτρας ἔργα, καθάρσεις, συλλήψεις, κυοφορίας καὶ μετὰ τελείωσιν ἀποτέξεις [μεταβαίνοντες], τῇ φυσικῇ χρώμενοι τάξει πρῶτον ἐροῦμεν περὶ ἐμμήνων.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ ἐμμήνων καθάρσεως.

Τὸ ἔμμηνον ὠνόμασται καὶ καταμήνιον ἀπὸ τοῦ κατὰ μῆνα γίνεσθαι, καὶ ἐπιμήνιον, ὅτι καὶ τροφὴ γίνεται τῶν ἐμβρύων, ὡς καὶ τῶν πλοϊζομένων τὰ εἰς τροφὴν παρεσκευασμένα ἐπιμήνια καλοῦμεν. Λέγεται δὲ καὶ κάθαρσις, ἐπεὶ,

obvelatur. Sub nympha vero altera iterum caruncula prodelitescit, quae colli vesicae pars est et *urethra* appellatur; rugosa autem asperitas interna *labrum*. Verum a virili muliebris vesica differt; illa enim maior est et collum habet incurvum; haec vero minor et collo recto est. — Exposita vero natura partium muliebrium, ad uteri opera, purgationes, conceptiones, graviditates et post foetus plenam conformationem partus transeuntes, naturae ordinem sequentes, dicemus primum de menstruis purgationibus.

CAPUT IV.

De purgatione menstrua.

Ἔμμηνον et καταμήνιον appellatur menstrua purgatio, quia quoque mense fit, et ἐπιμήνιον, quia etiam alimenti loco est foetibus, quemadmodum ea quoque, quae ad victum navigantium parata sunt, ἐπιμήνια vocamus. Nuncupatur autem

ut plurimum consequitur; nonnullis vero etiam citius, vel tardius incipit, rursusque perseverat in aliis brevius, in aliis diutius, raro tamen in nonnullis usque ad partum; in quibusdam vero omnino non apparet. Consequitur autem eas, quae in casu versantur, subversio stomachi, vel redundans in eo humor, appetitus defectus alio tempore omnium, alio quorumdam ciborum, et insuetorum appetentia, veluti terrae, carbonum, vitis pampinorum et immaturorum et acidulorum fructuum horaeorum, acidi eructatio, coctionis tarditas, et cita ciborum corruptio; nonnullis etiam vomitiones per intervalla temporis ad omnia, quae obferuntur; vel etiam gravitas et dolores capitis et visus hebetudo, et anxietas, et crudorum humorum redundantia, et pallor, et macies, et alvi duritas, quibusdam etiam stomachi distentio, pectoris dolor, iisdemque subinde etiam accidunt febriculae leves, et mammarum intumescentia; vasa vero surgentia in aliis porri quodammodo referunt colorem, in aliis livida sunt; nonnullis etiam aurigineus color suffunditur. Cum

γενομένης πρὸς μίαν ἡμέραν συστολὴν παραλαμβάνειν, ἕνεκα τοῦ μὴ κινούμενον τὸν στόμαχον πρὸς τὸ κατὰ Φύσιν διὰ τῆς ἠρεμίας ἀτάραχον Φυλαχθῆναι, μηδὲν εὐλαβούμενον, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ὅτι δυσὶ ζῴοις ὅσην δήποτε δεῖ παραθεῖναι τροΦήν· ἡ γὰρ οὐκ ἐπιτηδείως τῷ σώματι διδομένη τροΦὴ Φθείρεται καὶ οὐ μόνον οὐ τρέΦει, ἀλλὰ προσκακοῖ καθάπερ τὰ τέλεια τῶν σωμάτων, οὕτω καὶ τὰ νεοπαγῆ σπέρματα. Διόπερ ἀνατάσει χρηστέον· καὶ γὰρ οἱ πλέοντες συστολῇ χρησάμενοι [1] πρὸς μίαν ἡμέραν τὴν ναυτίαν οὐχ ὑπομένουσιν, ἢ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον· τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ σὺν ἀλείμματι μὲν ἀποθεραπευτέον, τροΦὴν δὲ δοτέον ὀλίγην εὐκατέργαστον, οἷον ᾠὸν ἁπαλὸν, ἢ πόλτον, καί τι τῶν μὴ καταπιμέλων πτηνῶν, καὶ ποτὸν ὕδωρ, οὐ πολὺ, ψυχρὸν δέ, εἰ σύνηθες, χάριν τοῦ παραστέλλεσθαι τὸν πλάδον τοῦ στομάχου· ταῖς δὲ ἑξῆς ἡμέραις πρὸ τοῦ ἀλείμματος προκαταψᾶν αὐτῶν τὸ σῶμα δι' ὀθονίων τρυΦερῶν ἄχρι συμμέτρου Φοινιγμοῦ. Μετὰ δὲ τὰς πρώτας ἡμέρας λουτρῷ χρῆσθαι ζεστοτέρῳ καὶ οἰναρίῳ συμμέτρῳ, καὶ κινήσεσι ταῖς δι' αἰώρας,

1 πρὸ μιᾶς ἡμέρας codd.

igitur malum sentire incipiunt, uno fere die abstinentiam a cibis imperare oportet, ut ventriculus minime ad motum naturalem adactus quiete a turbis arceatur; neque verendum, ut vulgus dicere solet, necesse esse, ut duobus animantibus quam plurimum alimenti praebeatur; nam nutrimentum haud opportune corpori oblatum corrumpitur ac non solum non alit, sed insuper detrimento est tum adultorum corporibus, tum recens coacto semini. Quapropter cibi usum differre oportet; nam navigantes quoque uno die abstinentia utentes, aut omnino non, aut non tanta vomituritione tentantur; postridie vero apotherapia fiat cum unctione; dandum autem pauxillum cibi facile subigendi, veluti ovum sorbile, vel pultem, et aliquantulum de volucribus haud pinguibus, et pro potu aquam, non multam, sed frigidam, si huic adsueverit mulier, ut redundans in stomacho humor minuatur; sequentibus autem diebus ante unctionem corpus abradere oportet linteis mollibus, donec modice rubeat. Post primos autem dies calidiore balneo

φορείῳ τὸ πρῶτον καὶ καθέδρᾳ, κἄπειτα ζευκτῷ, καὶ περιπάτοις, ἀναφωνήσεσί τε καὶ ἀναγνώσεσι μετὰ πλάσματος, καὶ γυμνασίοις τοῖς δι' ὀρχήσεως, κωρύκου τε καὶ σφαίρας, καὶ τρίψεως· τονωτικὸν δὲ τοῦ στομάχου τὸ μέρος ἐπὶ τοῦ ἄρτου ξηροφαγεῖν· οὕτω γὰρ εὐμαρῶς ἀποκουφίζεται τὰ σώματα τῶν τῆς κίσσης ὀχληρῶν. Ὑφαιρουμένου [δὲ] τοῦ καθ' ἡμέραν λουτροῦ τὸ παρὰ μίαν [1] δὴ καὶ παρὰ δύο παραλαμβάνομεν. Πολλῆς δὲ οὔσης ἀνατροπῆς καὶ [2] πλάδης τοῦ στομάχου πυκνωτικῆς χρηστέον ἐμβροχαῖς κατὰ τὸν στόμαχον καὶ τὴν κοιλίαν δι' ἐλαίου ὠμοτριβοῦς καὶ ὀμφακίζοντος, ἐρίων προσπεριειλημένων· καὶ ῥόδινον δὲ καὶ μήλινον καὶ μύρσινον καὶ μαστίχινον καὶ νάρδινον ἐπισυστροφεῖ τὸν στόμαχον ὑπτιώμενον· ἢ διά τινος τούτων κηρωτάριον ἐπαλείφειν. Εἰ δὲ εὐτονωτέρας χρεία στύψεως γένοιτο διὰ τοὺς ἐμέτους, [3] ἐπιθέμασι χρηστέον ἐξ ὧν εἰσι φοίνικες ξηροὶ προβρεχθέντες ἢ ἑψηθέντες ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ ἢ ὀξυκράτῳ, καὶ μῆλα [4] κυδώνια παραπλησίως ἕφθὰ κατ' ἰδίαν ἢ μετὰ τῆς

1 δὲ codd. — 2 πλάδης ἕως τοῦ στ. codd. — 3 ἐπιθέματι codd. — 4 καὶ κυδώκια codd.

utendum et vino tenui modico et motibus per gestationem primum in lectica et sedili, ac postea curru, et deambulationibus, et recitationibus, et lectionibus cum gesticulatione, et exercitiis per saltationem, corycum et pilam, et frictionem. Specialiter stomachum roborat cibo sicco ex pane uti; ita enim facile corpora levantur a picae molestiis. Subtracto autem balneo quotidiano, altero vel tertio quoque die id praescribimus. At ubi multa est stomachi subversio et humoris in eo redundantia, stomacho et ventri imponantur lintea imbuta adstringentibus, oleo recens expresso et ex olivis immaturis, et lana insuper circumvolvatur; unguentum etiam rosaceum et de malis, et myrtinum, et mastichinum, et nardinum erigunt subversum stomachum; — vel ceratum quoque ex horum aliquo paratum inungi potest. Sin fortiore adstrictione opus fuerit propter vomitiones, epithematis utendum ex eo genere, cuius sunt palmulae siccae antea maceratae, vel coctae in vino austero, vel in posca, et mala cydonia item cocta, per se, vel coniunctim

πρὸς τοὺς Φοίνικας συμπλοκῆς, ἢ μετά τινος τῶν εἰρημένων κηρωταρίων· εἰ δ' ἐπιτείνειν θελήσαιμεν τὴν δύναμιν καὶ στυπτηρίας ὑγρᾶς ἢ ξηρᾶς, ἀλόης τε καὶ μαστίχης καὶ ῥόδων τε καὶ κρόκου καὶ οἰνάνθης καὶ σιδίων, ὀμφακίου καὶ κηκίδων, ὑποκιστίδος τε [1] καὶ ἀκακίας καὶ πάλης ἀλφίτων. Παραμένοντος δὲ τοῦ ἐμέτου καὶ τῆς τῶν σιτίων ἀποβολῆς ἁρμόσει τὰ μὲν ἄκρα διαδεσμεύειν· τῇ γὰρ τούτων πυκνώσει συνδιατίθεται καὶ ὁ στόμαχος· καὶ εἰς ζεστὸν ὕδωρ τὰ αὐτὰ καταβάπτειν· καὶ γὰρ τοῦτο τῇ ἐπιτάσει πυκνωτικόν. Κατὰ δὲ τοῦ στομάχου, τῆς κοιλίας πλατύστομον σικύαν μεθ' ὑποβολῆς πλείονος φλογὸς κολλᾶν· εἰ δὲ μή, καὶ δευτέραν κατὰ μεταφρένου· [2] τῇ γὰρ παρελκύσει ἐπέχουσιν αὗται τὸν περὶ τῷ στομάχῳ ῥευματισμόν· πόνου δὲ συμπεπλεγμένου τῷ ῥεύματι, στυπτικὸν μὲν τῇ δυνάμει καταπλασμάτιον ἐπιρριπτέσθω, [3] θερμὸν δὲ τῇ μίξει, καθάπερ ἡ ὠμήλυσις [ἐξ] ὀξυκράτου, καὶ μάλιστα ταύτης ἡ διὰ κριθίνων ἀλεύρων, ἢ πυρίνων ἀσήστων. Μάλιστα δὲ προνοητέον τοῦ διατάσσειν τροφὰς εὐστομάχους, εὐδιοικήτους τε καὶ

1 ἢ ἀ. ἢ π. ἀ codd. — 2 χρὴ γὰρ παραπλησίως ἐπέχουσιν codd. — 3 θερμῷ δὲ τῇ καθέξει codd.

cum palmulis, vel cum cerato aliquo e supra dictis. Quodsi vires augere velimus horum remediorum, adiungemus alumen liquidum, vel siccum, aloên et mastichen, et rosas, et vitis florem, et malicorium, et uvae immaturae succum, et gallas, hypocistida, et acaciam, et polentae florem. Vomitione autem perseverante et ciborum reiectione conducit extremas corporis partes devincire; nam harum densatione componitur etiam stomachus; easdemque in aquam calidam immergere oportet, quae intentione ad condensationem confert. Ad os ventriculi vero cucurbitam orificio amplo multaque flamma subiecta affigere convenit; quin, si minime iuvet, insuper alteram ad dorsum; scilicet revulsione hae humorum ad ventriculum adfluxum revocant. Sin dolor ad fluxionem accedat, facultate adstringens, mistione vero calidum cataplasma adiiciatur, veluti erit farina ex posca et praesertim hordeacea, vel triticea, non cribrata. Praecipue autem videndum ut imperes cibos, qui facile

δυσφθάρτους, οἷον ᾠὸν ἁπαλὸν καὶ χόνδρον δι' ὕδατος ψυχροῦ, ἢ ὀξυκράτου, ἢ μετὰ πυρήνων ῥοᾶς, ἢ ἀλφίτων πόλτον ψαθαρώτατον καὶ μάλιστα τὸν διὰ τῆς ὀρύζης· καὶ τῶν πτηνῶν τὰ μὴ καταπίμελα, ψαφαρωτέραν δὲ ἔχοντα τὴν σάρκα, καθάπερ ἀττα γῆνα, φάσσαν, πέρδικα, νήσσας ἀγρίας, κίχλας, κοσσύφους, περιστερὰς, ὄρνεις κατοικητηρίους, καὶ τούτων μάλιστα τὰ στήθη· καὶ τῶν ἀγριμαίων κρέας λάγειον ἢ δορκάδειον· τῶν δ' ἄλλων τὰ ἐρίφεια, καὶ τῶν τρυφερῶν χοιρίων ῥύγχη, πόδας, ὦτα, κοιλίας, μήτρας· τῶν δὲ ἀπὸ θαλάσσης ὁμοίως τὰ στερεόσαρκα· τούτων δέ εἰσι τρίγλαι, κάραβοι, καρίδες, κήρυκες, σφόνδυλοι, πελωρίδες, πορφύραι· λαχάνων δὲ σέριν ὠμήν τε καὶ ἑφθὴν, σίσαρον, ἀνδράχνην, ἀρνόγλωσσον, ἀσπάραγον ἄγριον· τῶν δὲ ἀπὸ ταμείου ἐλαῖαι κολυμβάδες, μῆλα κυδώνια, καὶ τούτων μάλιστα τὸ ὀπτόν· τὸ μὲν γὰρ ὠμὸν δυσκατέργαστον, τὸ δὲ ἡψημένον ὕδατι τὴν πολλὴν στύψιν ἀποβάλλει, τὸ δὲ περιπλασθὲν καὶ ἀποπτηθὲν μετὰ τοῦ τηρεῖν τὴν ποιότητα προσλαμβάνει τὸ εὐκατέργαστον. Εἰ δὲ

a ventriculo subigantur, et facile per corpus distribuantur, nec prompte corrumpantur; veluti ovum sorbile et alicam cum aqua frigida, vel cum posca, vel cum granati nucleis, vel e polenta pultem exhibeas, quae facile conteratur, et in primis ex oryza; et volucres non pingues, sed carne, quae facile comminuatur, veluti attagenes, palumbes, perdices, anates feras, turdas, merulas, columbas, gallinas, earumque pectora praesertim; et de agrestibus carnes leporinas, vel de capra sylvestri, de reliquis vero cervinas, et tenellorum porcellorum rostra, pedes, aures, ventriculos, uteros. Ex marinis vero pariter carne solida praedita, e quorum genere sunt mulli, carabi, carides, buccinae, sphondyli, pelorides, purpurae. Ex oleribus intybus sumatur crudus et coctus, siser, portulaca, plantago, asparagus sylvester. Ex iis vero, quae e cella pomaria depromuntur olivae muria conditae, mala cydonia, ex iisque praesertim quod assatum est, nam quod crudum est difficulter subigitur, quod vero coctum in aqua, magnam partem adstringendi facultatem deponit; quod contra obductum et

ἔφθὸν αὐτό τις βούλοιτο λαβεῖν, [1] ἐπιδιακείμενον αὐτὸ καλάμοις ἑψητέον, ἢ κρεμαστέον διά τινος, ὥστε μὴ τοῦ ὕδατος ἅπτεσθαι, διὰ δὲ τῆς [τῶν] ἀτμῶν [2] ἀναφορᾶς λαβεῖν τὴν ἕψησιν. Δοτέον δὲ καὶ ἄπιον, ἢ μέσπιλον, ἢ σοῦρβον, ἢ σταφυλὴν τὴν ἀπὸ κύθρας, ἢ κρεμαστὴν, — πνευματοῖ γὰρ ἡ πρόσφατος, — καὶ ἀμύγδαλα. Προνοητέον δὲ ὅπως μηδὲν ᾖ τῶν προσφερομένων ἐκ καρυκευμάτων· τὸ γὰρ ποικίλον καὶ περίεργον τῆς ἀρτύσεως βραδυπεψίας καὶ διαφθορὰς σιτίων ποιεῖ. Πρὸ δὲ τοῦ λαβεῖν τὴν τροφὴν [3] εἴ τι συρρυὲν ὑγρὸν πιέζει τὸν στόμαχον, [4] κωλυτέον αὐτὸ δίχα συγκινήσεως ἐπιπολάσαι, διὰ [δὲ] τῶν ἐμέτων ἐκβαλεῖν· μὴ προεξαντληθὲν γὰρ αἴτιον αὐτὸ γίνεται τοῦ τὴν ἐπιφερομένην φθείρεσθαι τροφήν. Ἔνιοι δὲ τῶν ἑτεροδόξων καὶ προηγουμένως παρήνεσαν χλιερὸν ὕδωρ προπίνειν, εἶτα καθιέναι τοὺς δακτύλους καὶ ἔμετον ἐπιτηδεύειν. Οἱ δ' αὐτοί φασι δριμέος μὲν καὶ πυρώδους πλεονάσαντος ὑγροῦ, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στόμαχον ἀναδάκνοντος καὶ πυροῦντος, ἀνδράχνης

1 ἐπιδιακειμένων αὐτῷ καλάμων codd. — 2 φορᾶς codd. — 3 ἔτι codd. et ἐπί pro πιέζει. — 4 οὐ κωλυτέον codd.

exassatum est cum facultatem suam servat, tum facile subigitur. Quodsi quis coctum sumere velit, superimpositum arundinibus coquendum est, vel aliquo modo suspendendum, ita ut aquam non attingat, sed per vaporum adscensum coctionem accipiat. Dandum quoque pirum, vel mespilum, vel sorbam, vel uvam in olla reconditam, vel suspensam, — recens enim flatum gignit, — et amygdala. Cavendum autem ne quid eorum, quae offeruntur, sit e dulciariis; varia enim et superflua condiendi ratio tardas ciborum concoctiones et corruptiones eorum facit. Quodsi ante alimenti assumptionem humor aliquis in ventriculum confluens hunc opprimat, impediendum quo minus sine commixtione superfluitet, sed per vomitum eiiciendus est; nam nisi antea reiiciatur, causa fit corruptionis cibi superingesti. Nonnulli vero eorum, qui alienae sunt opinionis inprimis praeceperunt, ut aquam tepidam biberent, dein digitis immissis vomitum provocarent. Iidemque affirmant acri et fervido humore redundante et idcirco stomachum mordente et urente

ἀπόβρεγμα ἢ ἀπόζεμα διδόναι πίνειν, ἢ καὶ αὐτὴν ἐσθίειν, πέπονά [1] τε καὶ σικύων σπέρμα μεθ' ὕδατος, καὶ γλυκὺν Κρητικὸν, ἢ ἀβρότονον, ἢ ἀψίνθιον, ἢ Συριακῆς νάρδου ἀπόβρεγμα, ἢ Κρητικῆς τραγοριγάνου· παχέος δὲ καὶ γλίσχρου, ῥαφανίδας μετ' ὀξυμέλιτος καὶ ταρίχου, [2] καὶ τὸ διὰ νάπυος, καὶ ὕσσωπον δι' ὑδρομέλιτος ἀποζεσθὲν, ἅπερ παντελῶς ἀμέθοδα· δεῖ γὰρ οὐκ εἰς τὰς τῶν [3] χυμῶν ἀποβλέπειν διαφορὰς, εἰς δὲ τὴν ποιὰν τοῦ σώματος· εἶτα δύσπεπτοι αἱ ῥαφανίδες, πνευματικὸς δ' ὁ γλυκὺς, [4] τὸ δ' ἀψίνθιον πρὸς ἔκτρωσίν ἐστιν ἐπιτήδειον, ὥστε φυλακτέον τὰς τούτων δόσεις. Ταῖς δὲ πρὸς τὰ βλαβερὰ τῶν κυουσῶν ἐπιθυμίαις τὸ μὲν πρῶτον ἐνστατέον διὰ λόγων, ὡς τῆς ἀπ' αὐτῶν βλάβης καὶ τὰς ἐπιθυμίας ποιούσης παραλόγως [5] καὶ τὸν στόμαχον κακούσης, οὕτω δὲ καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς, διὰ τὸ μήτε καθαρὰν, μηθ' ἁρμοδίαν ἐπισπᾶσθαι τροφὴν, ἀλλὰ τοιαύτην, ὁποίαν ἐπιπέμψαι δύναται τὸ σῶμα κακῶς διακείμενον· καὶ γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς γῆς ἀπορρέον ὕδωρ, καθαρᾶς

1 δὲ codd. — 2 καὶ τὸ διὰ νάπυος καὶ ὑσσώπου, δι' ὑδρομ. Dietz. — 3 γυναικῶν codd. — 4 τὸ ἀψ. codd. — 5 ἢ καὶ τὸν codd.

portulacae infusum, vel decoctum in potu esse dandum, vel ipsam comedendum, item peponem et cucumeris semen cum aqua, et vinum Creticum dulce, vel abrotonum, vel absinthium, vel nardi Syriaci infusum, vel tragorigani Cretici. Sin crassus et viscosus humor sit, radiculas cum oxymelle praescribunt et salsamento, et remedium cum sinapi, et hyssopum in aqua mulsa decoctum, quae omnia sunt plane absurda; neque enim humorum diversitates respicere oportet, sed quae diversitas sit corporis; praeterea radiculae difficulter concoquuntur, vinum dulce flatum gignit, absinthium vero abortum provocare valet, ita ut ab horum administratione abstinendum sit. Gravidarum vero nocivorum appetentiae primum resistere oportet admonitione, tanquam quod noxa ab illis profecta etiam praeter rationem appetitus illos inferat et stomachum laedat, atque ita etiam foetum, quia non attrahat alimentum purum, nec congruum, sed eiusmodi, quale adferre potest corpus non recte valens; nam aqua quoque de terra defluens, si haec pura sit, pel-

μὲν οὔσης, διαυγές ἐστι, βορβορώδους δὲ, θολερόν. Εἰ δ' ἀνιαρῶς ἔχοιεν, κατὰ μὲν τὰς πρώτας ἡμέρας οὐδὲν προσενεκτέον· ὕστερον δὲ καὶ μετά τινας ἡμέρας μὴ τυγχάνουσαι ὧν θέλουσι, τῇ δυσθυμίᾳ τῆς ψυχῆς ἀπισχνοῦσι καὶ τὸ σῶμα· πρὸς δὲ τὸ κουφότερον ἀδικηθῆναι πρῶτον μὲν ὑποδεικτέον, ὅπως μὴ πρὸ τῆς ἀποθεραπείας τοῦ σώματος λάβωσι καὶ τὸ [1] ἐπιθυμητὸν, ὅπου καὶ τὸ κατὰ γένος ὠφέλιμόν ποτε λαμβανόμενον ἀδικεῖ· καὶ μὴ κατ' ἰδίαν, μετὰ δὲ τῆς συμφερούσης τροφῆς, [ἵνα] τῇ παρὰ ταύτης εὐχυλίᾳ [2] κατακρατηθῇ· κατ' ὀλίγον δέ· τὸ γὰρ περισσότερον [3] καὶ μᾶλλον ἀδικεῖ μεταξὺ τῆς ἄλλης τροφῆς· ἀλλὰ μήτε [4] πρότερον· γυμνοῦ γὰρ ἅψεται τοῦ στομάχου· μήθ' ὕστερον· [5] ἐπιπολάσαν γὰρ καὶ τὴν ἄλλην προσδιαφθείρει τροφήν. Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ τῆς κίσσης ἐπιμέλεια· τὴν δὲ τῶν ἑξῆς χρόνων ἀκολούθως [6] προσυπογραπτέον.

1 ἐπιθυμητικὸν codd. — 2 κατακρατηθῇ ἤγουν κατακέρασθῇ κατ' ὀλίγον· τὸ γὰρ codd. — 3 καὶ in codd. ante μεταξὺ legitur. — 4 πρῶτον codd. — 5 ἐπὶ πολλὰς γὰρ ἂν καὶ codd. — 6 προσυπαρκτέον codd.

lucida est, sin lutulenta sit, turbida. Quodsi id aegre ferant, primis diebus nihil praebendum est; post aliquot dierum lapsum vero non assequentes quod expetunt, propter animi contristationem etiam corpore emaciantur. Ut autem levius afficiantur, primum quidem praecipiendum, ut ne ante corporis apotherapiam quoque sumant delicias suas, quo tempore vel id, quod summatim utile est, si assumatur, nonnumquam nocet; — item ne per se id sumant, sed cum alimento congruo, ut huius succorum bonitate subigatur; — tum parva copia ut sumant; — nam quod nimium est vel magis nocet, si inter reliquos cibos ingeratur; — sed neque prius est sumendum; — nam stomachum nudum offendet; — nec post alios cibos; — nam supernatans reliquum quoque alimentum corrumpit. Ac huiusmodi quidem est picae curatio; ea vero, quae subsequentium est temporum, deinceps describenda erit.

ΚΕΦ. ις'.

Τίς [ἡ] ἀπὸ τῆς κίσσης μέχρις ἀποτέξεως [1]γινομένης ἐπιμέλεια.

Τίνα μὲν τρόπον κατὰ τὸν τῆς κίσσης χρόνον ἄγειν δεῖ τὴν κυοφοροῦσαν, ἔμπροσθεν ὑπεδείξαμεν· λοιπὸν δὲ ἤδη τούτου περιγραφέντος τοῦ συμπτώματος, ἀκολούθως καὶ τὴν μετὰ [τὴν] κίσσην ἐπιμέλειαν ὑπογράψαι. Δεῖ τοίνυν πρὸς λόγον [2]τῆς δυνάμεως αἰώραις τε χρῆσθαι ποικίλαις καὶ περιπάτῳ καὶ ἀναφωνήσει καὶ ἀναγνώσει καὶ ἀλείμματι καὶ ἀνατρίψει καὶ τροφαῖς ἀφθονωτέραις, πλὴν ὥστε περιγίνεσθαι τῶν προσφερομένων, οἴνῳ τε καὶ λουτροῖς τοῖς κατὰ συνήθειαν καὶ τῇ παρ' ὅλῳ διαχύσει τῆς ψυχῆς καὶ ὕπνοις ἱκανοῖς. Δυσπαθεστέρου [3]γὰρ γινομένου τοῦ σώματος ἡ κύουσα μὲν ἄμεινον ὑγιαίνει καὶ [4]παρασκευάζεται τὰς ὠδῖνας εὐτονώτερον ἐνεγκεῖν, τὸ [5]δ' ἔμβρυον νοστιμωτέρας καὶ ὑγιοῦς καὶ αὐτάρκους μεταλαμβάνει τροφῆς.

1 γινομένη codd. — 2 τε τῆς codd. — 3 δὲ codd. — 4 παρασκευάζει codd. — 5 ἔμβρυον δὲ ν. codd.

CAPUT XVI.

Quae curatio sit a pica inde donec partus fiat.

Qua ratione picae tempore degere oporteat gravidam, antea ostendimus. Quo symptomate descripto iam superest, ut statim curationem post picam subiungamus. Oportet igitur pro virium modo gestationibus uti variis et deambulatione et recitatione et lectione et unctione et frictione, et cibis copiosioribus, non tamen ultra quam qui oblati superari queant, et vino, et balneis pro consuetudine, et summatim animi oblectatione, et somnis, qui satis sint. Nam ubi corpus ita est constitutum, ut a morbis minus facile afficiatur, ipsa gravida quidem meliore fruitur valetudine et praeparatur, ut fortius dolores ad partum ferre possit; foetus vero magis nutrientis et sani et sufficientis alimenti particeps fit. Septimo autem mense a validioribus motibus

Κατὰ δὲ τὸν ἕβδομον μῆνα τὰς μὲν σφοδροτέρας κινήσεις ὑφαιρετέον καὶ μάλιστα τὰς διὰ τῶν ὑποζυγίων, [1] ταῖς δ' ἄλλαις προσεκτικώτερον χρηστέον, ἐπισφαλὴς γὰρ ὁ σπαραγμὸς, ἐν ἀρχῇ μὲν μήπω προσεχομένου τοῦ σπέρματος εὐτόνως, μηδ' εἰς τὴν πῆξιν [2] κεκρατυσμένου καὶ διὰ τοῦτο ῥᾳδίως τοὺς [3] ἀποσπασμοὺς λαμβάνοντος, ὕστερον δὲ [διὰ] τὸ βαρυαχθὲς εἶναι τελειούμενον τὸ κατὰ γαστρὸς, ὅτε δεῖ φυλάττεσθαι, μὴ διὰ τὸν πλείονα σάλον τοῦ χορίου ῥαγέντος ἀποκριθῇ μὲν τὸ ἐν αὐτῷ συλλεγόμενον ὑγρὸν, ἐπὶ ξηρᾷ δὲ τῇ κυήσει κατασπώμενον τὸ ἔμβρυον τὸν κοινὸν πρὸς τὴν κυοφοροῦσαν κίνδυνον ὑπομένῃ. Κατὰ δὲ τὸν μέσον χρόνον ἀνύποπτος μὲν ἡ κίνησις, μικρομεγέθους ἔτι ὄντος τοῦ κατὰ γαστρὸς καὶ ἀσφαλῶς προσεχομένου, καὶ [4] μήπω χάλασμα πολὺ τοῦ χορίου μηδὲ διάτασιν εἰληφότος, συνέχοντος δὲ μᾶλλον τὸ ἔμβρυον. Ἐπιθεωρεῖν δὲ δίκαιον τὴν τῆς γαστρὸς διόγκωσιν καὶ [5] μή τινα σημεῖα παρέπεται σύνεγγυς οὔσης τῆς ἀποτέξεως, ἅπερ ἀναγράψομεν ὕστερον. Εἰ μὲν γὰρ προφαίνοιτό τι τοιοῦτον, εὐτρεπίζειν δεῖ τὰ πρὸς τὴν ἀπότεξιν· [6] δέδειχε γὰρ ἡ [7] ἐνέργεια μὲν καὶ τὰ ἑπτάμηνα γό-

1 τοῖς δ' ἄλλοις codd. — 2 κεκρατυμμένου codd. — 3 ἀσπασμοὺς codd. — 4 μήπου codd. — 5 μη τίνας ἡ μαῖα codd. — 6 δέδωκε codd. — 7 ἐνέργεια μὴ καὶ τὰ codd.

abstinendum, maximeque ab iis, qui per iumenta fiunt, reliquis vero circumspectius utendum; periculosa enim est laceratio, principio quidem nondum firmiter adhaerente semine, neque ad coactionem roborato, ideoque facile de utero detracto; postea vero, quia gravior est foetus perfectus, quo tempore cavendum ne maiore iactatione rupto chorio secernatur quidem humor in eo collectus, sicco vero partu devectus foetus commune cum gravida periculum incurrat. Intermedio vero tempore suspicione vacat motus, cum etiam nunc parvus sit foetus et firmiter utero adhaereat, necdum chorion multum relaxatum sit, nec distentum, idque foetum validius retineat. Tutum autem est etiam ventris tumorem respicere et num quae signa sint propinquantis partus, quae infra describemus. Nam si quid eiusmodi apparuerit, quae ad partum sunt necessaria apparare oportet. Experientia enim docuit septimestres quoque partus esse vitales; sin minus,

νιμα τυγχάνειν· εἰ δὲ μὴ, τοῖς [1] ὑποδεδειγμένοις χρῆσθαι. Φυλάττεσθαι δὲ κατὰ τὰς τρίψεις, ὀγκουμένων πλεῖον τῶν μαστῶν, θλίβειν τὰς ὑπεροχὰς αὐτῶν· εὐχερῶς γὰρ ἀγανακτοῦντες ἀποστασιν ὑπομένουτι· διὸ καὶ τὰς συνήθεις στηθοδεσμίας [2] ἐπιχαλάσαι εἰς παραδοχὴν τῆς ἐπιδιογκώσεως τῶν [3] μερῶν. Τοῦ δὲ ὀγδόου μηνὸς ἐνστάντος, ὃν κατ' εὐφημισμὸν λέγουσιν εἶναι κοῦφον, [καὶ] βαρύνοντος, καὶ δυσαρέστησιν καὶ τὴν ἄλλην κακοπάθειαν ἀποτελοῦντος, τὸ τῆς τροφῆς πλῆθος [4] ἐπισυνείργειν· κινήσεις δὲ παραλαμβάνειν μόνας τὰς διὰ φορείου, ἢ μακρᾶς καθέδρας, πλὴν εἰ μὴ μέχρι διαχύσεως ὀρεχθῇ τις τοῦ περιπατῆσαι. Πλείονος δὲ οὔσης τῆς δυσφορίας καὶ ἀνατείνειν ἁρμόσει πρὸς μίαν ἡμέραν, ὥστε διὰ τῆς ἠρεμίας ἐκλυθῆναι τὸ δυσαρέστημα· ταῖς γὰρ τῶν πολλῶν ψυχρολουσίαις οὐ προσεκτέον, ὅτι συστολὰς οὐ φέρουσιν αἱ κυοφοροῦσαι, καθ' ἃς ἀκαίρως τρεφόμεναι φέρουσι καὶ πλείονα τὴν κάκωσιν· φθειρομένης γὰρ τῆς τροφῆς οὐ μόνον οὐ τρέφονται διὰ τῶν ἐφθαρμένων, ἀλλὰ καὶ βαροῦνται· παραιτητέον δὲ μέχρι τινὸς καὶ τὸ

1 ὑποδεδαγμένοις codd. — 2 ἐπιχαλῶσαι et ἐπιχαλῶσαν codd. — 3 ἡμερῶν codd. — 4 ἐπισυνεργεῖν codd.

utendum iis, quae praecepimus. Cavendum autem inter fricandum mammis magis turgentibus ne premas earum prominentias; nam facile laeduntur et abscessus in iis fiunt. Quapropter etiam solitae pectoris vincturae relaxandae sunt, ut partium intumescentiam capere possint. Octavo vero mense, quem euphemismo *levem* esse dicunt, et gravante et molestiam et cetera mala adferente, alimenti copiam inhibere oportet. Motus autem soli permittendi sunt in lectica, vel longo sedili; nisi forte non ultra animi oblectationem mulier ambulare velit. Maioribus vero molestiis obortis, uno die differre oportet, ita ut quiete molestiae solvantur. Balneis enim frigidis, quae plebs deamat, non est utendum, quia gravidae adstrictiones non ferunt, sub quibus extra tempus opportunum alimentum capientes vel peius se habent; corruptis enim cibis, non solum corruptis non aluntur, sed etiam gravantur. Aliquamdiu praeterea a balneo quoque abstinendum. Amplexus vero gravidis omni tempore noci-

βαλανεῖον. Ἡ συνουσία δὲ πάντοτε ταῖς κυοφορούσαις ἐπιβλαβὴς διά τε τὸν σάλον καὶ διὰ τὸ τὴν ὑστέραν ἀναγκάζεσθαι τὴν ἐναντίαν τῷ τῆς συλλήψεως ἔργῳ κίνησιν ὑπομένειν. Ἐν δὲ τοῖς τελευταίοις μησὶ καὶ μᾶλλον, μὴ δι' αὐτὴν ῥαγέντος τοῦ χορίου τὸ πρὸς τὴν τῆς ἀποτέξεως χρείαν ἡτοιμασμένον ὑγρὸν ἔμπροσθεν τοῦ δέοντος [1] ἀποκρίνηται. Τὸν δὲ ὄγκον τῆς γαστρὸς, [2] ἤνπερ ἀποκρεμασθῇ καὶ βαρὺς [ᾖ], διὰ τελαμῶνος ἀναληπτέον· τούτου δὲ τὴν μεσότητα αὐτῷ κάτωθεν ὑποθετέον τῷ τῆς κοιλίας ὄγκῳ· τὰς δὲ ἀρχὰς τῶν πλευρῶν ἑκατέρωθεν ἀναχθείσας χιαστέον, εἶτα ἐπὶ μετάφρενον καὶ ὦμους ὑπερθετέον, [3] πρόσθεν δὲ κατὰ [4] περιειλημένης φασκίας ἀφαμματιστέον. Περιαλειπτέον δὲ καὶ κηρωτῇ τὸν ὄγκον δι' ὀμφακίνου ἐλαίου καὶ μυρσίνου· τονουμένου γὰρ τοῦ δέρματος ῥῆξιν οὐχ ὑπομένει, τηρεῖται δὲ ἀρρυτίδωτον. Μετὰ δὲ τὸν ὄγδοον μῆνα τὸν μὲν τελαμῶνα λυτέον, [5] ἵνα συνεγγιζούσης ἤδη τῆς ἀποτέξεως, [6] συνεργήσῃ τὸ βάρος εἰς ὀξυτέραν ἀποκύησιν· συνεχεστέροις δὲ χρηστέον τοῖς λούτροις εἰς παρασκευὴν τῆς τῶν μερῶν ἀνέ-

1 ἀποκρίνει codd. — 2 εἴπερ codd. — 3 προσθέντας κατά codd. — 4 περιειλημμένης codd. — 5 εἶναι codd. — 6 συνεργήσει δὲ codd.

vus propter iactationem et quia uterus conceptioni contrarium motum necessario subire debet. Postremis autem mensibus vel magis ab eo cavendum, ne per eum rupto chorio humor ad partus utilitatem paratus ante tempus profundatur. Ventris autem tumorem, si is propendeat et gravis sit, excipere oportet fascia, cuius mediam partem ipsi ventris tumori subiicere oportet, extrema vero ab utroque latere sursum ducta decussare, dein dorso et humeris superimponere, ab anteriore vero parte cum fascia circa corpus obvoluta nodis connectere. Tumoris autem circuïtum item illinere oportet cerato cum oleo ex uvis immaturis et myrtino; roborata enim cutis ruptionem non patitur et a rugis libera servatur. Post mensem autem octavum fascia solvenda est, ut partu iam appropinquante pondus adiuvet ut celerius edatur. Magis autem continenter utendum est balneis ad praeparationem relaxationis partium, et natationibus in aqua dulci et calida; nam thermalis acriores quum habeat

σεως καὶ [1] νήξεσι ταῖς ἐν ὕδατι γλυκεῖ καὶ θερμῷ· τὰ γὰρ αὐτοφυῆ δριμυτέρας ἔχοντα τὰς ποιότητας οὐδὲν διαφέρει τῶν εἰς φθορὰν ὑποτιθεμένων φαρμάκων· καὶ τοπικώτερον δὲ τὰ μερίδια χαλαστέον πυρίαις, ἐγκαθίσμασι τοῖς διὰ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, ἢ μαλάχης [2] ἀφεψημάτων, ἐγχυματισμοῖς δὲ δι' ἐλαίου γλυκέος· ἔτι δὲ πεσσοῖς τοῖς διὰ χηνείου στέατος καὶ μυελῶν. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ μαῖα συνεχῶς τῷ δακτύλῳ περιαλείφουσα τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας [3] διαστελλέτω καὶ μάλιστα τῶν πρωτοτόκων καὶ ἀνιωδῶν καὶ ἐπάνδρων καὶ σκληροσάρκων καὶ μεμυωμένων τῷ τραχήλῳ τῆς μήτρας. Τοῦ δὲ περὶ [τῶν μέχρι] τῆς ἀποτέξεως λόγου αὐτάρκως διειλημμένου καὶ τὸν περὶ τῆς χρήσεως τῶν φθορίων ἀναγκαῖον διορίσαι.

ΚΕΦ. ιζ'.

Εἰ φθορίοις καὶ ἀτοκίοις χρηστέον καὶ πῶς.

Ἀτόκιον δὲ φθορίου διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἐᾷ γενέσθαι

1 ῥήξεσι codd., νήξεσι Dietz. — 2 ἀφεψήμασιν codd. — 3 Post διαστελλέτω et mox post τῷ τραχ. τῆς μήτρας interpolata nonnulla reieci.

facultates, non differt a medicamentis, quae subduntur, ut partus abigatur. Et ipsa loca magis respicientem partes relaxare oportet fomentis, insessibus paratis cum lini seminis, vel foeni Graeci, vel malvae decoctis, et iniectionibus ex oleo dulci, item pessis cum pinguedine anserina et medullis. Ipsa praeterea obstetrix continenter digito inungens uteri ostium aperiat ac praesertim in iis, quae primum partum editurae sunt, et moleste se habentibus, et virilibus, et durae carnis mulieribus et musculosam uteri cervicem habentibus. Descripto iam satis loco de iis, quae usque ad partum facienda sint, necesse est ut etiam de usu remediorum partum abigentium exponamus.

CAPUT XVII.

Num partum abigentibus et sterilitatem inducentibus remediis utendum sit et quo modo.

Differt remedium ἀτόκιον ab eo, quod φθόριον appellant

σύλληψιν, τὸ δὲ φθείρει τὸ συλληφθέν· διὸ ἀκόλουθόν ἐστι περὶ φθορίων διαλαβεῖν καὶ ἀτοκίων. Εἴπομεν οὖν ἄλλο φθόριον καὶ ἄλλο ἀτόκιον· τὸ δὲ ἐκβόλιον οἱ μὲν συνωνυμεῖν τῷ φθορίῳ λέγουσιν, οἱ δὲ διαφέρειν τῷ μὴ ἐν φαρμάκοις νοεῖσθαι, κατασεισμοῖς δὲ καὶ πηδήμασιν, εἰ τύχοι· διὸ καὶ τὸν Ἱπποκράτην παραιτησάμενον τὰ φθόρια παραλαβεῖν ἐν τῷ περὶ παιδίου φύσεως [τοῦ] ἐκβαλεῖν χάριν τὸ πρὸς πυγὰς πηδᾶν. Γεγένηται δὲ στάσις· οἱ μὲν γὰρ ἐκβάλλουσι τὰ φθόρια τὴν Ἱπποκράτους προσκαλούμενοι μαρτυρίαν λέγοντος [1] οὐ δώσω δὲ οὐδενὶ φθόριον, καὶ ὅτι τῆς ἰατρικῆς ἐστιν ἴδιον τὸ τηρεῖν καὶ σώζειν τὰ γεννώμενα ὑπὸ τῆς φύσεως· οἱ δὲ μετὰ διορισμοῦ συντάσσουσιν αὐτά· τὰ δὲ αὐτὰ λέγουσι καὶ περὶ ἀτοκίων, οἷς καὶ ἡμεῖς συναινοῦμεν· περὶ τούτου οὖν πρῶτον ὑποδείξομεν. Τινὲς τῶν γυναικῶν ἐν γαστρὶ [2] συλλαβοῦσαι κινδυνεύουσιν ἐν ταῖς ἀποτέξεσιν ἢ διὰ στενότητα τοῦ τραχήλου τῆς ὑστέρας, ἢ μικρᾶς ὅλης τῆς μήτρας ὑπαρχούσης καὶ μὴ δυναμένης

1 οὐδ' ἂν et οὐδῶς δὲ codd. — 2 συλλαμβάνουσαι codd.

Graeci; illud enim conceptionem fieri non sinit, hoc corrumpit id, quod conceptum sit; unde sequitur exponendum esse de remediis partum corrumpentibus et de steriles reddentibus. Itaque diximus aliud quid esse *φθόριον*, aliud quid *ἀτόκιον*; at *ἐκβόλιον* alii idem quod *φθόριον* significare perhibent, alii diversum esse, quandoquidem non de medicamentis nomen intelligitur, sed fortasse de concussionibus et saltibus, quare Hippocratem aiunt *φθόρια* repudiantem in libro *de natura pueri* partum abigendi causa saltum, quo nates pedibus feriuntur, admittere. Orta autem est dissensio: alii enim *τὰ φθόρια* reiiciunt ad Hippocratis verba provocantes dicentis „nec cuiquam foetum corrumpendi causa remedium abortum provocans exhibebo," et quia artis medicae munus est quae natura generat tueri et servare; alii vero cum delectu ea admittunt. Eadem autem affirmant de remediis sterilitatem facientibus; cum quibus nos quidem consentimus; itaque hac de re primum exponemus. Quaedam mulieres, quando conceperunt, in partu periclitantur vel propter angustiam colli uteri, vel quia matrix tota parva

ὑπουργῆσαι μέχρι τελειώσεως, ἢ κατὰ τοῦ στομίου κονδυλώματα καὶ ῥαγάδας ἐχούσης, ἤ τινος ἐμφεροῦς περιστάσεως ἐγκειμένης, αἷς πολλῷ μὲν ἄμεινόν ἐστι μὴ συλλαβεῖν· εἰ δ' ἄρα συλλάβοιεν, βέλτιόν ἐστι διαφθεῖραι τὸ ἔμβρυον τολμῆσαι [1] ἢ ἐκτέμνειν. [2] Εἰ δὲ τοῦ φθείρειν τὸ συλληφθὲν πολὺ μᾶλλον συμφέρει τὸ μὴ συλλαβεῖν, [3] ἀναγκαῖον οὓς εἰρήκαμεν ἐπιτηδείους εἶναι καιροὺς πρὸς σύλληψιν φυλάττεσθαι πρὸς συνουσιασμόν· [4] καὶ ἐν τοῖς πλησιασμοῖς ἐν τῷ καιρῷ τῆς συνουσίας, ὅταν ὁ ἀνὴρ ἀποκρίνειν τὸ σπέρμα μέλλῃ, κατέχειν χρὴ τὸ πνεῦμα καὶ μικρὸν ὑφέλκειν ἑαυτὴν, ὡς μὴ πορρωτέρω ἐν τῷ κύτει τῆς μήτρας τὸ σπέρμα ἀκοντισθῆναι, καὶ [5] διαναστᾶσαν εὐθέως καὶ ὀκλάξ καθίσασαν καὶ περιμαλάξασαν τὸν κόλπον ἐπιμελῶς πταρμὸν κινεῖν, ἢ καὶ ψυχρὸν πίνειν. Συνεργεῖ δὲ τῇ ἀσυλληψίᾳ καὶ τὸ διαχρείειν τὸ στόμα τῆς ὑστέρας ἐλαίῳ παλαιῷ, ἢ μέλιτι, ἢ κεδρίᾳ, ἢ ὀποβαλσάμῳ κατ' ἰδίαν, ἢ καὶ μετὰ ψιμυθίου, ἢ κηρωτῇ ὑγρᾷ διὰ μυρσίνου καὶ ψιμυθίου, ἢ στυπτηρίᾳ

1 ἢ ἐκτ. ex Aëtio. — 2 εἰς γὰρ τὸ μὴ φθείρειν codd. — 3 ἀναγκαῖον διὸ τοίνυν οὓς codd. — 4 Ante καὶ codd. οἷον ἀρχομένων ἢ ληγόντων τῶν καταμήνων. — 5 δι' ἀναστάσεως codd.

est, nec sufficere valet usque ad infantis maturitatem, vel quia in orificio suo habet condylomata et fissuras, vel quia aliud quid eiusmodi mali inest, quibus multo est utilius omnino non concepisse. Quodsi tamen conceperint, praestat audere foetum corrumpere quam eum excidere. At si multo utilius est non concepisse quam conceptum foetum corrumpere, necesse est illa tempora, quae conceptioni opportuna esse diximus, ad amplexum vitare mulierem. Tum in congressu eo coïtus tempore, quo vir semen iamiam emissurus est, spiritum eam cohibere oportet et paululum sese subducere, ne profundius in uteri cavum semen eiaculetur, et statim surgere et subductis genibus subsidere, et sinum accurate leniter circum detergere, quo facto sternutationem provocet, vel aquam frigidam bibat. Ne autem conceptio fiat, iuvat etiam orificium uteri illinere oleo vetusto, vel melle, vel cedria, vel opobalsamo per se, vel etiam cum cerussa, vel cerato liquido cum oleo myrtino et cerussa,

ὑγρᾷ πρὸ τοῦ πλησιάζειν, ἢ [1]χαλβάνῃ μετὰ οἴνου· ἢ ἐρίου τρυφεροῦ μαλὸν ἐντιθέναι εἰς τὸ στόμα τῆς μήτρας, ἢ πρὸ τῶν συνουσιῶν πεσσοῖς χρῆσθαι [τοῖς συ]στέλλειν τε καὶ πυκνοῦν δυναμένοις· τὰ γὰρ τοιαῦτα, εἰ μὲν στυπτικὰ εἴη καὶ ψυκτικὰ καὶ ἐμπλαστικά, μύειν παρασκευάζει τὸ στόμα τῆς μήτρας πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς συνουσίας καὶ οὐκ ἐᾷ παρελθεῖν εἰς τὸν πυθμένα [2]αὐτὸν τὸ σπέρμα, καὶ [3]ἐρεθίζοντα οὐ μόνον τὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα ἐναπομεῖναι ἐν τῷ κύτει τῆς μήτρας οὐ συγχωροῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν ὑγρότητα ἐξ αὐτῆς ἕλκουσιν. Μνημονεύσομεν δὲ ἐνίων καὶ κατ' εἶδος· — πιτύος φλοιόν, ῥοῦν βυρσοδεψικόν, ἑκάστου ἴσον, τρῖβε μετὰ οἴνου [4]στεμφυλίτου καὶ προστίθει μετρίως πρὸ τῆς συνουσίας [5]περιειλημένης ἐρίου, καὶ μετὰ ὥρας δύο ἢ τρεῖς [6]ὑφαιροῦσα συνουσιαζέτω· — ἄλλο· πάνακος ῥίζης, γῆς Κιμωλίας ἀνὰ ἴσον κατ' ἰδίαν καὶ ὁμοῦ μεθ' ὕδατος τρῖβε, καὶ γλοιῶδες γενόμενον ὡσαύτως προστίθει· — ἢ σιδίων νεαρῶν τὸ ἐντὸς λεάνας μεθ' ὕδατος προστίθει· ἢ σιδίων μέρη β', κηκίδων

1 χαλβάνην codd.; sequor Aëtium. — 2 αὐτοῦ codd. — 3 ἐρεθίζονται οὐ μ. τὸ τοῦ ἀ. σ. ἐναπομεῖναι καὶ ἐν τῷ κ. τῆς μ. οὐ συγχωροῦσιν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ codd. — 4 στεμφ. Aëtius; codd. omm. — 5 περιειληφθέντος codd. — 6 ἀφαιρ. codd.

vel alumine liquido ante amplexum, vel galbano cum vino, vel mollis lanae floccum in uteri ostium introduxisse, vel ante congressum cum viro uti pessis constringendi et densandi facultatem habentibus. Talia enim remedia, si quidem adstringentia sint et refrigerantia, faciunt ut ante coïtus tempus os uteri conniveat, nec permittunt ut ad fundum ipsum semen perveniat; atque irritantia non solum non sinunt viri semen in uteri cavo manere, sed vel alium humorem ex utero attrahunt. Nonnulla autem etiam specialiter memorabimus: — pini corticis, rhoës coriariorum, singulorum partes aequales contere cum vino e vinaceis confecto et modice appone lana obvolutum ante coïtum, et sublato post horas duas vel tres amplexu utatur. Alius: — panacis radicis, terrae Cimoliae, singularum partes aequales per se et cum aqua contere et viscidum factum eodem modo appone; — vel malicorii recentis partem internam cum aqua contritam appone; — vel malicorii partes duas, gallarum

μέρος ἓν λειώσας ἀνάπλασσε βαλάνια μικρὰ καὶ ὑποτίθει μετὰ τὴν λῆξιν τῶν καταμηνίων· — ἢ στυπτηρίαν ὑγρὰν, ῥόας κελύφους τὸ ἐντὸς διιέναι μεθ' ὕδατος, καὶ δι' ἐρίου προστίθει· — ἢ κηκίδος ὀμφακίνης, σιδίων τοῦ ἐντὸς, ζιγγιβέρεως ἀνὰ < β'· ἀνάπλασσε μετ' οἴνου ὀρόβων [1] μεγέθη καὶ ξήραινε ἐν σκιᾷ καὶ πρὸ τῆς συνουσίας δίδου [2] προστίθεσθαι· — ἢ ἰσχάδων σάρκας λειώσας μετὰ νίτρου προστίθει· — ἢ σίδια μετὰ κόμμεως ἴσου καὶ ῥοδίνου ἴσου προστίθει· εἶτα μελίκρατον [3] ἐπιρροφᾶν· φυλάττεσθαι δὲ τὰ ἐπιπολὺ δριμέα διὰ τὰς ἀπ' αὐτῶν ἑλκώσεις· ἅπασι δὲ χρώμεθα μετὰ τὴν ἀπόληξιν τῶν καταμηνίων. Ἐνίοις δὲ δοκεῖ καὶ ἅπαξ τοῦ μηνὸς ὀπὸν Κυρηναϊκὸν πίνειν ὅσον ἐρεβίνθου πλῆθος ἐν δυσὶ κυάθοις ὕδατος, ὡς καταμήνια ἐπισπώμενον· — ἢ ὀποπάνακος καὶ ὀποῦ Κυρηναϊκοῦ καὶ πηγάνου σπέρματος ἀνὰ ὀβολὼ β' περιπλάσαντα κηρῷ διδόναι καταπίνειν, εἶτα κραμάτιον ἐπιρροφεῖν, ἢ ἐν κραματίῳ πίνειν· — [ἢ] λευκοΐου σπέρματος καὶ μυρσίνης ἀνὰ τριώβολον, σμύρνης δρα-

1 μεγέθει codd. — 2 προστ. ἐν μέσῳ· ἢ ἰσχ. codd. — 3 ἐπιρρ. ὁμοίως codd.

unam, laevigatas efforma in parvas glandulas et suppone post mensium cessationem; — vel alumen liquidum et mali Punici corticis partem internam cum aqua misce et lana exceptum appone; — vel gallae immaturae, malicorii partis internae, gingiberis, singulorum drachmas duas cum vino efforma in globulos pisi magnitudinis et siccatos in umbra ante coïtum adponendos praebe; — vel caricarum carnes cum nitro laevigatas appone; — vel malicorium cum pari gummi copia et olei rosacei appone; dein aquam mulsam in sorbitione sumere oportet. Vitanda vero valde acria propter ulcerationem hinc profluentem. Utimur autem his omnibus post menstruorum cessationem. Nonnullis vero probatur etiam semel quoque mense succum Cyrenaïcum bibere ad pisi magnitudinem cum duabus aquae heminis, quippe menstrua prolicientem; — vel opopanacis et succi Cyrenaïci et rutae seminis, singulorum obolos duos cera obductos devorandos praebere; dein vinum aqua dilutum superbibere, vel ipsa illa in vino aqua temperato bibere; — vel violae albae seminis et myrti, singulorum triobolum,

χμὴν, πεπέρεως λευκοῦ κόκκους β' μετ' οἴνου ἐφ' ἡμέρας τρεῖς διδόναι πίνειν· — ἢ εὐζώμου σπέρματος ὀβολὸν ἕνα, σπονδυλίου ἡμιώβολον πιεῖν μετὰ ὀξυμέλιτος. Ἀτόκιον δέ ἐστι καὶ τὸ τῶν χαλκείων ὕδωρ, ἐν ᾧ ὁ σίδηρος ἀποσβέννυται, συνεχῶς πινόμενον καὶ μάλιστα μετὰ τὴν λῆξιν τῶν καταμηνίων. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον κωλυτικὰ συλλήψεως ὑπάρχει, ἀλλὰ καὶ φθαρτικὰ τῆς ἤδη συνεστώσης· καθ' ἡμᾶς δὲ πλείων ἐστὶν ἡ ἀπὸ τούτων κάκωσις φθειρόντων μὲν καὶ ἀνατρεπόντων τὸν στόμαχον, πληρούντων δὲ τὴν κεφαλὴν καὶ συμπάθειαν ἐπιφερόντων. Οἱ δὲ καὶ περιάπτοις ἐχρήσαντο πολλὰ τῷ τῆς ἀντιπαθείας λόγῳ ποιεῖν νομίζοντες, ἐν οἷς μήτρας ἡμιόνων καὶ τὸν ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν ῥύπον, καὶ ἄλλα πλείονα τούτων, ἅπερ ἐπὶ τῶν ἀποτελεσμάτων φαίνονται ψευδῆ.

Γενομένης δὲ συλλήψεως, τὸ μὲν πρῶτον ἕως λ' ἡμερῶν τὰ ἐναντία ποιεῖν οἷς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν εἰς [1] τὸ διαλυθῆναι τὸ συλληφθὲν, περιπατοῦσαν εὐτόνως καὶ διὰ ζευκτῶν κατασειομένην, [2] καὶ πηδᾶν, καὶ βαστάζειν τὰ ὑπὲρ δύναμιν βάρη, ἀφεψήμασι

1 δὲ τὸ codd. — 2 Ante καὶ πηδᾶν codd. εὐτόνως.

piperis albi grana duo cum vino per dies tres bibenda praebent; — vel erucae seminis obolum dimidium cum oxymelle bibere iubent. Sterilitatem quoque facit aqua officinarum fabrorum ferrariorum, in qua ferrum exstinguitur, continenter epota ac maxime post menstruorum cessationem. Haec autem non solum conceptionem prohibent, sed etiam factam pessumdant. Ex nostra vero opinione maius est ab iis ortum damnum, quum stomachum corrumpant et subvertant et caput repleant et consensum inferant. Alii etiam amuletis uti solent opinati per antipathiam egregium quid ea esse effectura, in quibus sunt uteri mularum et sordes ex earum auribus; quae tamen, si eventum respiciamus, fallacia esse deprehenduntur.

Facta autem conceptione primis triginta diebus contraria facere oportet iis, quae antea praecepimus, ut semen conceptum dissolvatur, fortiter ambulantem et curru concuti se patientem et salientem et onera vires superantia gestantem; utendum autem decoctis urinam depellentibus, quae

δὲ διουρητικοῖς [1] χρῆσθαι τοῖς δυναμένοις καὶ καταμήνια κινεῖν, καὶ τὴν γαστέρα λαπάττειν, καὶ κλύζειν δριμυτέροις κλύσμασι, θερμῷ τε ἐλαίῳ καὶ γλυκεῖ ποτὲ μὲν ἐγχυματιζομένην, ποτὲ δὲ συναλειφομένην ὅλην, καὶ τριβομένην εὐτόνως καὶ μάλιστα περὶ τὸ ἐφήβαιον καὶ τὸ [2] ὑπογάστριον καὶ τὴν ὀσφὺν, καὶ λουομένην καθ' ἡμέραν ἐν τῷ μὴ λίαν ζεστῷ ὕδατι γλυκεῖ, καὶ τοῖς λουτροῖς ἐγχρονίζουσαν, καὶ προπίνουσαν οἰνάριον, καὶ δριμυφαγοῦσαν. Εἰ δὲ μὴ, καὶ τοπικῶς ἐγκαθίζουσαν εἰς ἀφέψημα λινοσπέρμου, τήλεως, μαλάχης, ἀλθαίας, ἀρτεμισίας καὶ καταπλασσομένην τοῖς αὐτοῖς, ἐγχυματιζομένην δὲ τῷ παλαιῷ ἐλαίῳ κατ' ἰδίαν, ἢ καὶ μετὰ πηγάνου χυλοῦ, ποτὲ δὲ καὶ μέλιτος, ἢ ἰρίνῳ, ἢ ἀψινθίῳ σὺν μέλιτι, ἢ ὀποπάνακι, ἢ ἁλὸς χόνδρῳ μετὰ πηγάνου καὶ μέλιτος, ἢ μύρῳ Συριακῷ· κἂν ἐπιμένῃ, καταπλασσομένην μηκέτι τοῖς κοινοῖς καταπλάσμασιν, ἀλλὰ τοῖς διὰ θερμίνου ἀλεύρου μετὰ χολῆς ταυρείας [3] καὶ χρωμένην τοῖς ὁμοιογενέσι τῶν ἐπιθεμάτων, ἐν οἷς ἐστι καὶ

1 κεχρῆσθαι codd. — 2 ἐπιγ. codd. — 3 καὶ ἀψινθίου ὁμοιογενέσι codd. Apud Aëtium ἀψινθίου non lego.

item menses provocare valeant; ventremque emollire oportet et eluere iniectionibus per anum acrioribus, et oleo calido et dulci interdum iniectione facta, interdum totam mulierem inungendo et fortiter fricando praecipue pubem et imum ventrem et lumbos; et quotidie eam lavare debebis non nimis calida aqua dulci; atque in balneo illi commorandum est et antea bibendum aliquantulum vini tenuis et acrium ciborum esus commendandus. Sin haec non iuvent, etiam insessu partes immergere oportet decocto foeni Graeci, malvae, althaeae, artemisiae, iisdem item in cataplasmate adhibitis, iniecto vero oleo vetusto per se, vel etiam cum rutae succo, subinde etiam cum melle, vel oleo irino, vel absinthio cum melle, vel opopanace, vel salis flore cum ruta et melle, vel balsamo Syriaco. Quodsi tardet abortus, non amplius communibus cataplasmatis utendum, sed cum lupinorum farina paratis et felle taurino, et utendum eiusdem generis epithematis. Inter quae hocce quoque refertur: — cyclaminis, cucumeris sylvestris, artemisiae, singulorum

τοῦτο· — κυκλαμίνου, ἐλατηρίου, ἀρτεμισίας ἀνὰ [1] < ε', ἀψινθίου, κολοκυνθίδος < γ', [2] κόκκοι Κνίδιοι κ', νίτρου < ή', ὀποπάνακος < α', συκίου ἀγρίου ῥίζης < ε', θέρμων πικρῶν, χελιδονίας ῥίζης, λευκοΐου σπέρματος, ἢ τῆς ῥίζης < ς', κυπρίνου ἐλαίου τὸ ἀρκοῦν εἰς τὸ ἔμπλαστρον ποιῆσαι τὸ φάρμακον· προπυριάσας δὲ τὸ ὑπογάστριον ἀφεψήματι ἀρτεμισίας ἐπιτίθει καὶ κατὰ τῆς ὀσφύος· ἐπικειμένου δὲ τοῦ ἐπιθέματος δίδου ἐντιθέναι τῷ κόλπῳ ἰσχάδας μετὰ νίτρου, ἤ τι τῶν παραπλησίων, ἢ διαχριέσθω κεδρίᾳ μετ' ἐλαίου παλαιοῦ. Μὴ διαλυομένου δὲ πρὸς ταῦτα τοῦ σπέρματος ἐπὶ τὰ δραστικώτερα τῶν φθορίων παραγίνεσθαι, μὴ εἰκῇ, μηδὲ ὡς ἔτυχε· κινδυνώδης γάρ ἐστι πᾶσα ἐμβρύου φθορὰ καὶ μάλιστα ὅταν ἀπαθὴς καὶ ἰσχυρὰ τῷ σώματι ἡ γυνὴ τυγχάνῃ καὶ σκληροτέραν καὶ πυκνοτέραν τὴν μήτραν ἔχουσα. Διὸ φυλάττεσθαι μὲν τὸν δεύτερον μῆνα καὶ τὸν τέταρτον· κατὰ γάρ τινα λόγον φυσικὸν βαρύτητες καὶ [3] δυσαρεστήσεις, καὶ νωθρίαι, καὶ πρὸς τὸ νοσεῖν ἐπιτηδειότης κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς ἀρτίοις μησίν· αἱρεῖσθαι δὲ ἕνα χρόνον, τὸν

1 οὐγγ. ε' mss.; sequor Aëtium. — 2 κόκκους κνίδης καὶ mss.; pro καὶ scripsi κ'; alius liber καὶ om., neque habet Aëtius. — 3 δυσαρεστησίαι codd.

dr. v., absinthii, colocynthidis dr. iii., grana Cnidia numero xx., nitri dr. viii., opopanacis dr. j., ficus agrestis radicis dr. v., lupinorum amarorum, chelidonii radicis, violae albae seminis, vel radicis dr. vi.; olei cyprini quantum sufficit, ut emplastrum fiat remedium. Antea vero foto imo ventre decocto artemisiae impone et lumbis quoque admove; epithemate vero imposito, simul immittendas praebe in sinum caricas cum nitro, vel aliud quid eiusmodi, vel illinatur cedria cum oleo vetusto. Semine vero his administratis non dissoluto ad efficaciora φθόρια deveniendum est; non tamen ut fors fert, nec sine circumspectione; nam quaelibet foetus corruptio periculosa est, ac maxime quando sano et robusto corpore est mulier et utero duriore et densiore. Quapropter secundum mensem et quartum vitare oportet; naturae enim necessitate quadam gravitates et molestias et torpores et promptam in morbis proclivitatem plerumque pares menses adferunt. Eligendum autem solum tempus mensis tertii,

τοῦ τρίτου μηνὸς, μήτε πρότερον, μήτε ὕστερον. Τὴν δὲ μέλλουσαν φθείρειν χρὴ πρὸ δύο ἢ τριῶν ἡμερῶν λουτροῖς συνεχέσι χρῆσθαι καὶ ὀλιγοτροφίᾳ καὶ πεσσοῖς μαλακτικοῖς, καὶ οἴνου ἀπέχεσθαι· εἶτα φλεβοτομεῖν καὶ πλεῖον ἀφαιρεῖν. Τὸ γὰρ ὑπὸ Ἱπποκράτους εἰρημένον ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ στεγνοπαθούσης, [1] ἀλλ' ἐπὶ ὑγιαινούσης ἀληθές· γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει· ὡς γὰρ ἱδρὼς καὶ οὖρον ἢ σκύβαλον ὑπερχαλωμένων τῶν περιεχόντων τὴν οὐσίαν αὐτῶν, οὕτω καὶ τὸ συλληφθὲν ἐκπίπτει προδιισταμένης τῆς μήτρας. Μετὰ δὲ τὴν φλεβοτομίαν καὶ ζευκτῷ κατασειστέον· ἐνεργέστερος γὰρ νῦν ὁ βρασμὸς ἐπὶ προηγουμένοις τοῖς τόποις, καὶ πεσσοῖς δὲ μαλακτικοῖς χρηστέον. Εἰ δὲ πρὸς φλεβοτομίαν ἀλλοτρίως ἔχοι τις καὶ ἄτονος εἴη, προανιέναι μὲν τοὺς τόπους ἐγκαθίσμασι καὶ λουτροῖς καὶ πεσσοῖς μαλακτικοῖς καὶ ὑδροποσίᾳ καὶ ὀλιγοσιτίᾳ καὶ κοιλιολυσίᾳ, καὶ κλύσμα τι προστιθέσθω μαλακτικὸν, μετὰ δὲ ταῦτα πεσσὸς φθόριος. Αἱρεῖσθαι δὲ τούτων τοὺς μὴ ἄγαν δριμεῖς, ἵνα μὴ

1 ἀλλὰ καὶ ἐπὶ codd.

nec prius, nec tardius. Quae vero foetum corruptura est, eam duobus tribusve diebus ante continenter balneis uti oportet et cibis paucis et pessis emollientibus; vino autem abstinendum est; dein vena illi secari debet et multum sanguinis detrahendum est. Nam quod ab Hippocrate in aphorismis dicitur, licet de adstrictione laborante non valeat, de sana omnino verum est: „mulieri gravidae si vena secetur, abortum patitur." Nempe sicuti sudor et urina vel faeces relaxatis partibus horum substantiam continentibus excernuntur, ita quoque semen conceptum utero antea dilatato. Post venae sectionem autem etiam curru vecta concutienda est; efficacior enim iam est conquassatio partibus antea debilitatis; praeterea pessis emollientibus utendum. Sin mulier venae sectionem non ferat, et debilis sit, primum quidem partes muliebres relaxare oportet insessibus et balneis et pessis emollientibus et aquae potione et pauco cibo, et ventris exsolutione, et per anum infundere remedium emolliens, posteaque pessum corrumpendi causa supponere. Ex

πλείονα συμπάθειαν καὶ θερμασίαν ἐπάγωσι. Ἔστι δὲ πεσσὸς φθόριος ἀσφαλὴς ὁ τοιοῦτος· [1] ἴρεως, χαλβάνης, κόκκου Κνιδίου, τερεβινθίνης ἀνὰ < α' μετὰ Σουσίνου, ἢ ῥοδίνου, ἢ κυπρίνου [2] ἀνειλημμένα [ἐρίῳ] προλουσαμένῃ προστιθέσθω καὶ διακρατείτω δι' ὅλης νυκτὸς, ἕωθεν δὲ ἐγκαθιζέτω εἰς ἀφέψημα τήλεως, ἢ ἀρτεμισίας, καὶ εἰ μὴ ὑπακούοι, μετὰ τὸ λουτρὸν, [3] δεύτερον ὑποτιθέναι. Ἄλλος· — λευκοΐου σπέρματος, νίτρου, ἀψινθίου ἴσον προστίθει ἐν ἐρίῳ μετ' οἴνου· — ἢ πηγάνου φύλλων, δαφνίδων, σμύρνης ἀνὰ < β' μετ' οἴνου προστίθει. Χρῶ δὲ καὶ τοῖς πρὸς τὰ ἐπεχόμενα ἐμμήνια ἀναγραφησομένοις βοηθήμασι πᾶσι καὶ τοῖς ἐπιθέμασι. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα παρ' ἄλλοις εἴρηται· φυλάσσεσθαι δὲ δεῖ τὰ λίαν πληκτικὰ καὶ τὸ καταλύειν τὸ ἔμβρυον διά τινος ἐπάκμου· κίνδυνος γὰρ τρωθῆναί τι τῶν παρακειμένων. Μετὰ δὲ τὴν φθορὰν ὡς φλεγμονὴν θεραπευτέον.

1 Pondera ex Aëtio dedi. — 2 ἀναληφθέντων codd. — 3 ὕστερον codd.

his autem non valde acres deligendi, ne nimium consensum et calorem moveant. Tutus autem quo foetus corrumpatur pessus est huiusmodi: — iridis, galbani, grani Cnidii, terebinthinae, singulorum dr. i., cum oleo Susino, vel rosaceo, vel cyprino; lana obvoluta post balneum apponat et contineat totam noctem; mane vero insideat decocto foeni Graeci, vel artemisiae, et nisi cedat, post balneum alterum supponere oportet. Alius: seminis violae albae, nitri, absinthii partes aequales appone in lana cum vino; — vel rutae foliorum, baccarum lauri, myrrhae, singulorum dr. ii. cum vino suppone. Verum utere etiam remediis, quae ad menstruorum retentionem describentur, omnibus et epithematis. Multa vero alia apud alios memorata sunt; vitanda autem valde laedentia, itemque solutio foetus instrumenti ope acuminati; nam periculum est, ne partem aliquam vicinam vulneres. Post foetus corruptionem eadem quae adversus inflammationem curatio convenit.

ΚΕΦ. ιή'.

Τίνα σημεῖα μελλούσης γίνεσθαι φθορᾶς.

Μελλούσης δὲ γίνεσθαι τῆς τοῦ ἐμβρύου φθορᾶς ταῖς φθειρούσαις παρακολουθεῖ κένωσις ὑδατώδους, εἶτα ἰχωρώδους, ἢ ὑφαίμου ὑγροῦ καὶ [1] οἷον ἀποπλύματος κρεῶν· ὅταν δὲ πρὸς τῇ ἀπολύσει ὑπάρχῃ, αἵματος καθαροῦ· ἐπὶ τέλει δὲ [2] θρόμβων αἵματος, ἢ σαρκὸς ἀδιατυπώτου, ἢ διατετυπωμένου παρὰ τὴν τοῦ χρόνου διαφοράν. Ταῖς δὲ πλείσταις βάρος καὶ πόνος ὀσφύος καὶ ἰσχίων καὶ ἤτρου, βουβώνων, κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν, ἄρθρων, στομάχου δῆξις, περίψυξις, περίδρωσις, λιποθυμία, ποτὲ δὲ καὶ φρικώδης πυρετός· ἐνίαις δὲ καὶ σπασμοὶ ἐπιγίνονται ὀπισθοτονικοὶ ἢ ἐπιληπτικοί· ταῖς δὲ καὶ λυγμὸς, ἢ σφυγμὸς, ἢ ἀφωνία. Ταῦτα δὲ μάλιστα παρέπεται ταῖς ἐκ φαρμακείας φθειρούσαις, ταῖς δὲ χωρίς τινος ἐπιτηδεύσεως ἐκτιτρωσκούσαις [3] προγίνεται, καθὼς φησιν Ἱπποκράτης, παράλογος

1 οἷον ἀποπλύματα κρεῶν codd. — 2 θρόμβοι codd. — 3 προσγίνειν mss.

CAPUT XVIII.

Quae signa sint instantis partus corruptionis.

Instante foetus corruptione mulieribus, quae eum corrumpunt, accidit evacuatio humoris aquosi, dein saniosi, vel sanguinolenti et veluti loturae carnium. Ubi vero dissolutio in propinquo est, sanguinis puri, tandem vero sanguinis coagulorum, vel carnis informis, vel conformatae pro temporis diversitate. Plerisque autem oboriuntur gravitas et dolor lumborum et coxendicum et imi ventris, inguinum, capitis, oculorum, articulorum, morsus stomachi, totum corpus friget, sudant, animo linquuntur, interdum febris invadit cum horripilatione; nonnullis etiam accidunt spasmi opisthotonici, epileptici; aliis etiam singultus, vel pulsatio, vel vox iis deficit. Quae quidem maxime illis oboriuntur, quae ex medicamento sumpto partum corrumpunt; iis vero, quae sponte sua abortum patiuntur, fit, uti

μαστῶν ἴσχνωσις· ὡς δὲ Διοκλῆς φησι, ψύξις μηρῶν, βάρος ἐγκαθιζόμενον ὀσφύϊ πρῶτον, εἶτα τῆς [1] ἀποτέξεως . . . . . .

ΚΕΦ. ιθ'.

Τίνα κυούσης τῆς γυναικὸς ἐντὸς τῆς μήτρας φύονται.

Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς συλλήψεως γεννᾶται ἐν αὐτῇ τὸ χόριον τὸ ἔξωθεν περιέχον ὅλον τὸ ἔμβρυον, καὶ μετ' αὐτὸ ἕτεροι δύο ὑμένες, ὅ τε ἀλλαντοειδὴς καλούμενος, διπλοῦς ἐπικείμενος τοῖς μέρεσι τοῦ ἐμβρύου, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ ἀμνειὸς προσαγορευόμενος, λεπτὸς, πάντοθεν περιβεβλημένος τῷ ἐμβρύῳ. Ἡ δὲ [2] γέννησις τοῦ χορίου γίνεται τὸν τρόπον τοῦτον. Καθάπερ ἐπὶ τῶν ᾠῶν μετὰ τὸ κέλυφος ἔνδοθεν ὑμὴν [3] ὑπόκειται τῷ ὀστράκῳ [ἐπὶ] τῇ διαφύσει τοῦ περικειμένου, κατὰ τὸν αὐτὸν

1 Post ἀποτέξεως apud Dietz. sequuntur versus sex ab hoc loco, qui abrumpitur, alieni. Perierunt signa τῆς ἀποτέξεως ἐγγιζούσης! — 2 γένεσις codd. — 3 ὑπέρκειται codd.

Hippocrates dicit, mammarum extenuatio praeter rationem; uti dicit Diocles, femorum frigus, gravitas primum sedem suam habens in lumbis, dein partu . . . . . .

CAPUT XIX.

Quae sint quae intus in utero crescant cum gravida est mulier.

Graviditatis autem tempore in utero oritur *chorion* ab exteriore parte totum foetum circumdans, et post id duae aliae membranae: illa, quae *allantoïdes* appellatur, duplex partes foetus obvolvens, et post hanc *amnios* appellata, tenuis, undique foetui circumdata. Modus autem, quo *chorion* oritur, is est. Quemadmodum in ovis post putamen intus membrana subest testae, ut separetur ab eo, quod circumdat, eodem modo etiam in gravidis e semine orta membrana

τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν κυοφορουσῶν ἐκ τοῦ σπέρματος ὑμὴν γενόμενος ἔνδοθεν [1] ὑπόκειται τῇ ὑστέρᾳ συναφὴς ἑαυτῷ καὶ ἀστόμωτος ὑπάρχων, προσπεφυκὼς δὲ ἔνδοθεν τῷ πυθμένι τῆς μήτρας καὶ συγκεκριμένος ἐκ νευρῶν καὶ φλεβῶν τε καὶ ἀρτηριῶν, σαρκὸς τύπος τις πορφυροῦς κατὰ χρόαν, τῷ σχήματι ἐμφερὴς κιβωρίου φύλλῳ, παχὺς μὲν καθ' ὃ προσπέφυκε τῷ πυθμένι τῆς μήτρας, ὑμενώδης δὲ κατὰ τὰ ἄλλα καὶ λεπτὸς, δι' ἣν αἰτίαν μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. Οὗτος δὲ κέκληται χόριον καὶ ἀγγεῖον καὶ δεύτερον καὶ ὕστερον καὶ πρόρρηγμα. Χόριον μὲν ἀπὸ τοῦ κεχωρηκέναι τὸ ἔμβρυον καὶ [2] τὰ σὺν αὐτῷ· καθὼς δὲ ἄλλοι λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ ἐκ πολλῶν συνεστάναι, καθάπερ ὁ χορός· ἀγγεῖον δὲ διὰ τὸ ἐμπεριστέγειν τὸ ἔμβρυον ἀγγείῳ παραπλησίως· δεύτερον δὲ καὶ ὕστερον, ὅτι μετὰ τὴν τοῦ ἐμβρύου κομιδὴν ἐπακολουθεῖ· πρόρρηγμα δὲ διὰ τὸ προρρήγνυσθαι καὶ τὸ περιεχόμενον ὑγρὸν ἀποκρίνειν εἰς ἀπαλωτέραν τοῦ κατὰ γαστρὸς ἀπότεξιν. Ἀπὸ μέντοι τῶν σαρκωδεστέρων [3] τῶν κατὰ πυθμένα μερῶν ἄνωθεν ἀπομηκύνεταί τι σῶμα

1 ὑπερκ. τὴν ὑστέραν σ. αὐτῷ codd. — 2 τὸ codd. — 3 καὶ τῶν codd.

intus in utero inest sibi continua et orificii expers, adnata vero intus fundo uteri et composita e nervis, venis et arteriis, species quaedam carnis, colore purpureo, forma ciborii folium referens, crassa quidem parte, qua fundo uteri adnata est, membranacea vero reliquis sui partibus et tenuis propter causam, quam paulo post exponemus. Appellatur autem Graece *χόριον* et *ἀγγεῖον* et *δεύτερον* et *ὕστερον* et *πρόρρηγμα*. Χόριον quidem, quia complectitur (*χωρέει*) foetum et ea, quae una cum foetu adsunt; at, prouti alii dicunt, quia e multis compositum est, veluti chorus. Ἀγγεῖον autem (i. e. vas), quia perinde ac vas foetum in se continet. Δεύτερον et ὕστερον (secundinae), quia foetus emissionem consequitur. Πρόρρηγμα vero (i. e. quod ante rumpitur), quia ante (partum) rumpitur et humorem contentum secernit, ut lenior fiat foetus in lucem emissio. A partibus autem magis carnosis in uteri fundo sitis, superioribus producitur corpus quoddam tenue, quod inseritur medio foetus hypogastrio, ubi umbilici locus est; et ipsum

λεπτὸν, ἐμφύεται δὲ κατὰ μέσον τὸ τῶν ἐμβρύων [1] ὑπογάστριον, ἔνθα τόπος ὀμφαλοῦ· καὶ αὐτὸ δὲ [2] τὸ τῷ ἐμβρύῳ ἐμφυόμενον ὡς σῶμα καλοῦμεν ὀμφαλόν. [3] Συγκέκριται δ' ἐκ τεττάρων τὸν ἀριθμὸν ἀγγείων, δύο φλεβωδῶν καὶ δύο ἀρτηριῶν, δι' ὧν εἰς βρέψιν ὕλη αἱματικὴ καὶ πνευματικὴ παρακομίζεται τοῖς ἐμβρύοις. Ἐμφύεσθαι δὲ ταῦτα Ἐμπεδοκλῆς μὲν εἰς τὸ ἧπαρ οἴεται, Φαιδρὸς δὲ εἰς τὴν καρδίαν· οἱ δὲ πολλοὶ τὰς φλέβας μὲν εἰς τὸ ἧπαρ [4] οἴονται, τὰς ἀρτηρίας δὲ εἰς [τὴν] καρδίαν. Ἡρόφιλος δὲ τὰς φλέβας μὲν εἰς τὴν κοίλην φλέβα, [τὰς] δὲ ἀρτηρίας εἰς τὴν [5] παχεῖαν ἀρτηρίαν τὴν παρατείνουσαν τοῖς σπονδύλοις· πρὸ δὲ τῆς εἰς αὐτὴν ἐμφύσεως παρὰ τὴν κύστιν αὐτὰς πλαγιοφορεῖσθαι παρ' ἑκατέρας πλευράς. Εὔδημος δὲ ἁπλῶς κατὰ τὸν [τοῦ] ἐμβρύου φησὶν ὀμφαλὸν συνάγεσθαι τὰ ἀγγεῖα κἀντεῦθεν διαλύεσθαι πρὸς τὰ [6] κενὰ τὰ κάτω τοῦ διαφράγματος. Τὸ δὲ πέμπτον ἀγγεῖον, [7] ὅπερ οὐρητῆρα αὐτοὶ ὀνομάζομεν, πρὸς ἁπάντων μὲν οὐραχὸς καλεῖται, ὃς τῷ πυθμένι τῆς κύστεως ἐμπεφυκέναι λέγεται, καὶ διὰ τοῦτον τὸ οὖρον τοῦ

1 ἐπιγ. codd. — 2 τὸ ἔμβρυον ἐμφυόμενον codd. — 3 συγκ. δὲ τὸν ἀριθμον ἀγγείων codd. — 4 ὁρῶνται codd. — 5 τραχεῖαν codd. — 6 καινὰ κέρατα κάτω codd. — 7 ὅπερ ἀρτηρίαν οὕτως ὀνομ. codd.

quoque id, quod foetui inseritur, tanquam partem, appellamus *umbilicum*. Compositum autem est e quatuor numero vasis, duobus venosis et duabus arteriis, per quae vasa ad nutritionem foetuum materia sanguinea et spirituosa illis advehitur. Empedocles autem putat illa iecinori inseri; Phaedrus cordi, plerique vero opinantur venas ad hepar, arterias ad cor ferri. Herophilus autem venas quidem ad venam cavam, arterias ad crassam arteriam, quae iuxta vertebras protenditur, sed ante insertionem in eam iuxta vesicam eas oblique ab utroque latere decurrere. Eudemus vero solum affirmat ad foetus umbilicum unâ ferri vasa, inde dissolvi ad inanitates infra diaphragma. Quintum autem vas, quod ipsi *ureterem* vocamus, ab omnibus *urachus* appellatur, qui fundo vesicae inseri dicitur, ac per hunc foetus urinae exitus conceditur ad chorion, urinae vero emissio per urethram post partum demum fit. Hac

ἐμβρύου τὴν παρακομιδὴν λαμβάνει εἰς τὸ χόριον· ἡ δὲ διὰ τῆς οὐρήθρας ἀπούρησις μετὰ τὴν ἀπότεξιν γίνεται. Διὰ τοῦτο μέντοι καὶ λεπτότερος ὁ ὑμὴν ἐκ τῶν κάτωθεν μερῶν ἐστι, [1] διὰ τὸ καὶ τῇ δριμύτητι καὶ τῷ πλήθει τοῦ περισσώματος καὶ τῷ βρίθει τοῦ ἐμβρύου τείνεσθαι καὶ λεπτὸν ποιεῖσθαι. Χρησιμεύει μέντοι τὸ περίσσωμα τοῦτο καὶ εἰς τὸ προανακουφίζειν τὸ ἔμβρυον καὶ εἰς τὸ κατὰ τὰς ἀποτέξεις ῥηγνυμένου τοῦ χορίου προεκχεῖσθαι καὶ τὰ μέρη προδιαβρέχειν εἰς ὄλισθον. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ χορίου καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ. Διαφωνία δὲ γεγένηται περὶ τοῦ ἑτέρου χιτῶνος. Οἱ πολλοὶ μὲν γάρ φασι καὶ αὐτῷ τῷ ἐμβρύῳ προστυγχάνειν ἕτερον χιτῶνα καλούμενον ἀμνειὸν, ὃς ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων ζῴων διὰ στερεότητα μὴ λεπτυνόμενος [2] αἰσθητός ἐστιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων λεπτυνόμενος ὑπὸ τῆς τῶν παρακεχυμένων ὑγρῶν δριμύτητος οὐχ εὑρίσκεται καθ' ὅλον τὸ σῶμα, μόνον δὲ κατὰ τὰς εὐρυχωρίας, οἷον ῥινῶν, στόματος, δακτυλίου. [3] Γεγονέναι δὲ αὐτὸν λέγουσιν ὑπὸ τῆς Φύσεως ἀναγκαίως εἰς τὸ μὴ διαφθείρεσθαι τὸ ἔμβρυον, τὸ περικεχυμένον τοῦ περισσώματος ὑγρὸν ἕλκον, δριμὺ

1 διὸ καὶ δριμύτητι τοῦ περισσώματος καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ δριμύτητι τοῦ ἐμβρύου γίνεσθαι καὶ λεπτὸν π. codd. — 2 ἐσθῆτος codd. — 3 γένονεν. οἱ δὲ codd.

igitur de causa etiam tenuior est membrana partibus suis inferioribus, quia tum acrimonia tum copia excrementicii humoris, tum pondere foetus tenditur et extenuatur. Liquor autem ille excrementicius etiam utilis est, ut ante partum sublevetur foetus et ut chorio rupto in partu prius effundatur et partes antea irriget, ut foetus facilius elabatur. Atque haec quidem de chorio et de umbilico sufficiant. Dissentiunt autem de altera membrana. Plerique enim affirmant ipsi quoque foetui insuper alteram esse membranam *amnion* appellatam, quae in brutis animantibus propter solidam suam substantiam non attenuatur, ita ut percīpi possit, in hominibus contra attenuata propter acrimoniam humorum adfusorum non reperitur super totum corpus, sed solum ad spatia vacua, velut narium, oris, ani. Eam autem a natura factam esse affirmant ex necessitate, ne foetus corrumpatur circumfusum, acrem et perniciosum humorem excrementi-

καὶ φθαρτικὸν ὑπάρχον. Ἔνιοι δὲ τὸν ὑμένα τοῦτον [1] οὐκ εἶναί φασιν· οὔτε γὰρ εὑρίσκεται κατὰ τὰς ἀποτέξεις, [2] οὔτε τὸ πᾶν εὔχρηστος· τὸ δὲ ὑγρὸν οὐκ ἔνι τοιοῦτον· εἰ δὲ καὶ τοιοῦτον ἦν, εὐεπίγνωστον ἐγένετο τῇ Φυσικῇ συνηθείᾳ· καὶ ἄλλως [3] οὐδὲ δύναται διὰ τοῦ στόματος [4] ἕλκεσθαι τῷ τὴν ἀναπνοὴν γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀμφαλοῦ· πρὸς δὲ τὸ εἶκον ἡ ἐπίκρισις γίνεται· μηδενὸς οὖν εἴκοντος ἐν τοῖς ἐμβρύοις οὐκ ἂν ἡ παρείσοδος γένοιτο τοῖς ὑγροῖς. Εἰ δὲ καὶ Φυσικῆς ἐδεῖτο σκέπης, αὐταρκες ἦν μόνας τὰς εὐρυχωρίας ὑμένι διαπεφράχθαι καὶ μὴ ὅλῳ τῷ σώματι κιθῶνα περικεῖσθαι· καίτοι [τῷ] συμπεπτωκέναι καὶ τὸ στόμα τοῦ ἐμβρύου καὶ [5] τὸν δακτύλιον μὴ σωζομένης τῆς εὐρυχωρίας κωλύεται τὸ βιαζόμενον εἰσρεῖν· τὸ δὲ ὅλον οὐκ ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ τοῦ χορίου τὸ ὑγρὸν [6] ἔνεστιν, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἐν τῷ πάχει τοῦ χορίου, ποιεῖ δὲ τόπον ἑαυτῷ καθ' ὑποφορὰν, ὥστε διπλοῦν γίνεσθαι τὸ χόριον, ἐνιάκις δὲ καὶ τριπλοῦν δι' ἣν αἰτίαν καὶ [τοῦ] ὑπεζωκότος πολλάκις [7] ῥαγέντος καὶ

1 μὴ codd. — 2 μήτε τοῦτον et μήτε τόπον codd., tum εὔχρηστον. — 3 μηδὲ δύνασθαι codd. — 4 ἕλκεσθαι τοῦτο τὸ et ἕλκ. τοῦτο τῷ codd. — 5 ὁ δάκτυλος codd. — 6 ἐστιν mss. — 7 ῥαγέντων mss.

cium hauriens. Nonnulli autem membranam illam omnino non existere perhibent; neque enim eam in partu reperiri; neque omnino utilem esse, scilicet humorem illum eiusmodi non esse; quin etiamsi eiusmodi esset, facile eum ferri propter naturalem consuetudinem; nec praeterea illum per os attrahi posse, quia respiratio fit per umbilicum; versus illud autem, quod cedit, accessio fit; itaque, quum nihil in foetu cedat, non fiet humorum intromissio. Quin si naturali integumento indigeret, suffecerit solas aperturas membrana occlusas esse, non toti corpori eam esse circumdatam; cum tamen connivent in foetu tum os, tum anus, nullâ apertura relicta, si quid vi adigitur, impeditur quo minus influat. Sed ille humor omnino non inest in cavo chorii, in quo foetus est situs, sed in chorii crassitudine; parat autem sibi locum, in quo esse possit, quia deorsum fertur, ita ut duplex fiat chorion, quin interdum etiam triplex; quapropter etiam membranâ subtensâ ruptâ et mo-

συμμέτρων ὑγρῶν ἀποκριθέντων τῷ δακτύλῳ τῆς μαίας συνεχὴς ἀκμὴν ὑμὴν ὑποπίπτει· διαιρεθέντος δὲ τούτου πολλῶν ὑγρῶν ἀποκριθέντων ἀκολουθεῖ καὶ τὸ ἔμβρυον· ὅπερ οἱ πολλοὶ διακρούεσθαι πειρώμενοί φασι κατ' ἐπισύστασιν ὑδατίδων τὰ προεπιφαινόμενα τῶν ὑγρῶν προαποκρίνεσθαι, ῥηγνυμένων μὲν τῶν ὑδατίδων, μένοντος δὲ τοῦ χορίου συνεχοῦς, οἷς καὶ ἡμεῖς [1] συνηνοῦμεν ἐπὶ πολὺ, πρότερον ἢ τὰ φαινόμενα τῇ συστάσει τοῦ ἀμνειοῦ ὑμένος μεμαρτύρηκεν.

ΚΕΦ. κ'.

Τίνα σημεῖα προηγεῖται τῆς μελλούσης γίνεσθαι κατὰ Φύσιν ἀποτέξεως.

Εἰς προπαρασκευὴν τῶν εἰς τὴν ἀπότεξιν ἐπιτηδείων εὔχρηστον μαθεῖν τὰ σημεῖα τῆς μελλούσης [γίνεσθαι] ἀποκυήσεως. Παρέπεται δὲ ταῖς μελλούσαις ἀποτίκτειν περὶ τὸν ἕβδομον, ἢ τὸν

1 συναινοῦμεν mss.

dico humore excreto, omnino continuitatem membranae attingit digitus obstetricis. Verum hac quoque rupta multoque liquore effuso sequitur etiam foetus. Quam rem negare studentes plerique dicunt, hydatidibus subortis primum prodeuntem liquorem ante excerni, ruptis nempe hydatidibus, integro vero manente chorio. Cum quibus nos quidem summatim consentiebamus antequam ipsae res testimonio fuerunt amnion membranam omnino existere.

CAPUT XX.

Quae signa antecedant instantem partum secundum naturam.

Ad praeparationem rerum ad partum necessariarum utile est ediscere signa partus instantis. Partum autem edituris circa septimum, vel nonum, vel decimum mensem adest

ἔνατον, ἢ τὸν δέκατον μῆνα βάρος ἤτρου καὶ [1] ὑπογαστρίου μετὰ πυρώσεως τοῦ γυναικείου αἰδοίου, ἄλγημα βουβώνων καὶ ὀσφύος, καὶ δῆξις πρὸς τὸ ὑποκείμενον τῆς ὑστέρας. Ἡ δὲ ὑστέρα προσχωρεῖ τῷ αἰδοίῳ, ὥστε ῥᾳδίως τὴν μαῖαν σημειουμένην ἅψασθαι [2] αὐτῆς· τὸ δὲ στόμιον μετὰ [3] τρυφερίας ἀναπέπταται διεστὸς μετὰ τοῦ ἐπινοτίζεσθαι. Πρὸς λόγον δὲ τοῦ συνεγγισμοῦ τῆς ἀποτέξεως συμπίπτει μὲν τὰ ἰσχία καὶ τὸ [4] ὑπογάστριον, συνογκοῦται δὲ μετὰ βουβώνων ἐφήβαιον, καὶ συνεχὴς γίνεται πρὸς ἀπούρησιν προθυμία. Φέρεται δὲ ὑγρὸν γλίσχρον, εἶτα καὶ αἷμα ταῖς πλείσταις, ῥηγνυμένων τῶν ἐν τῷ χορίῳ λεπτῶν ἀγγείων· τῷ δὲ καθιεμένῳ δακτύλῳ εἰς τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον περιφερὴς ὄγκος ὑποπίπτει παρόμοιος ᾠῷ. Καὶ [5] διὰ φλεγμονὴν δὲ ὁ πόνος παρηκολούθησεν· διακριθήσεται δὲ τῷ μεμυκέναι τὸ στόμα τῆς ὑστέρας καὶ ἀνεξηράνθαι.

1 ἐπιγ. codd. — 2 αὐτῆς καὶ διέστηκεν αὐτῆς τὸ στόμα μετὰ εὐαφείας καὶ καθυγρασμοῦ· τὸ δὲ codd. — 3 τρυφέρως ἀναπίμπτεσθαι καὶ διεστὸς codd. — 4 ἐπιγ. codd. — 5 διαφθεγγομένην et διαφθεγγομὲν codd.

ponderis sensus in imo ventre et hypogastrio cum ardore pudendi muliebris, dolor inguinum et lumborum, et morsus in infima matricis parte. Uterus autem propius accedit ad pudendum, ita ut obstetrix explorans facile eum attingat. Osculum autem cum mollitudine expansum est, apertum, simulque madet. Pro modo, quo partus sensim magis appropinquat, collabuntur coxendices et hypogastrium, sed una cum inguinibus pubes intumescit, et continens est ad urinam mittendam proritatio. Effluit autem humor viscidus, tum etiam plerisque sanguis, ruptis tenuibus in chorio vasis; et digito in sinum muliebrem immisso obviam fit tumor rotundus, ovo similis. At propter inflammationem quoque dolor consequi solet; qui tamen eo ipso dignoscetur, quod uteri ostium connivet et resiccatum est.

ΚΕΦ. κα'.

Τίνα δεῖ παρασκευάζειν πρὸς τὴν ἀποκύησιν.

Ἐπὶ τῆς κατὰ Φύσιν γενομένης ἀποκυήσεως προπαρασκευάζειν δεῖ ἔλαιον, ὕδωρ θερμὸν, θερμάσματα, σπόγγους τρυφερούς, ἔριον, ἐπιδέσμους, ὑποκεφάλαιον, ὀσφραντικὰ, [1] δίφρον μαιωτικὸν, κλίνας δύο οἰκόν τε ἐπιτήδειον. Ἔλαιον μὲν εἰς τοὺς ἐγχυματισμοὺς καὶ τὰς ἐπιβροχάς· ὕδωρ δὲ θερμὸν χάριν τοῦ ἀποπλυθῆναι τοὺς τόπους· θερμάσματα δὲ πρὸς τὴν παρηγορίαν τῶν ὠδίνων· σπόγγους δὲ [τρυφεροὺς] πρὸς τοὺς ἀποσπογγισμούς· ἔρια δὲ πρὸς τὸ σκεπασθῆναι τοὺς τῆς γυναικὸς τόπους· ἐπιδέσμους δὲ πρὸς τὸ σπαργανωθῆναι τὸ ἀποτεχθέν· ὑποκεφάλαιον δὲ, ἵνα ἐπ' αὐτῷ τεθῇ τὸ ἔμβρυον ὑπὸ τὴν [2] ἀποκύουσαν, ἕως ἂν κομισθῇ καὶ τὸ χόριον· ὀσφραντικὰ δὲ καθάπερ γλήχωνα, γῆς βῶλον, ἄλφιτόν τε καὶ μῆλον [3] Κυδώνιον, καὶ [εἰ] ὁ καιρὸς ἐπιτρέπει, [4] καὶ κίτριον, καὶ σίκυον πέπονα, καὶ

1 δίφρον μ. ἢ καθέδραν codd. — 2 κύουσαν codd. — 3 καὶ κυδ. codd. — 4 καὶ κίτριον πέπον καὶ σίκυον πᾶν τὸ ἐμφ. codd.

CAPUT XXI.

Quas res ad partum in promptu habere oporteat.

Ad partum, qui fit secundum naturam, antea comparare oportet oleum, aquam calidam, fotus, molles spongias, lanam, fascias, pulvinar, odoramenta, sellam obstetriciam, lectulos duos et cubiculum idoneum. Oleum quidem ad iniectiones et irrigationes; aquam calidam, qua partes abluantur; fotus ad dolorum mitigationem; spongias molles ad abstergendum; lanam, qua contegantur partes muliebres; fascias, quibus infans obvolvatur; pulvinar, ut illi foetus imponatur sub parturiente, donec etiam chorion extractum sit; odoramenta autem, veluti pulegium, terrae glebam, polentam et malum Cydonium, et, si anni tempus ferat, malum quoque Medicum et cucumerem maturum et quodvis aliud eiusdem generis, ut reficiatur parturiens; sellam autem

πᾶν τὸ ἐμφερὲς τούτοις εἰς ἀνάκτησιν τῆς ἀποκυούσης· δίφρον δὲ μαιωτικὸν, ἵνα ἐπὶ τούτου σχηματισθῇ ἡ τίκτουσα. Δεῖ δὲ κατὰ τὴν μεσότητα τοῦ δίφρου καὶ καθὸ μέρος ἐπικουφίζουσι μηνοειδῶς σύμμετρον εὐρυχωρίαν ἐκκεκόφθαι [1] πρὸς τὸ μήτε μείζονος αὐτῆς ὑπαρχούσης [2] μέχρι τῶν ἰσχίων καταφέρεσθαι, μήτε τοὐναντίον [3] στενῆς πιέζεσθαι τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ὅπερ χαλεπώτερον· τὴν γὰρ πλατυτέραν ἔκτρησιν ἐνδέχεται προσεκπληροῦν ῥάκη [4] παρεμβάλλουσαν. Τοῦ δὲ ὅλου δίφρου τὸ σύμπαν πλάτος ἱκανὸν ἔστω πρὸς τὸ καὶ τὰς εὐσαρκοτέρας χωρεῖν γυναῖκας· σύμμετρον δὲ καὶ τὸ ὕψος· ταῖς γὰρ μικρομεγέθεσιν ὑποπόδιον ὑποτιθέμενον [ἂν] ἀναπληροῖ τὸ ἐλλεῖπον. Τῶν δὲ [5] ὑπὸ τῆς ἕδρας πλευρῶν τὰ μὲν ἐκ πλαγίων [6] σανίσιν ἐσκεπάσθω, τὸ δὲ ἔμπροσθεν καὶ τὸ ὄπισθεν [7] ἀνεῴχθω πρὸς τὴν λεχθησομένην ἐν ταῖς μαιώσεσι χρείαν· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων μερῶν κατὰ μὲν τὰ [8] πλάγια δύο εἴδη [9] τυγχανέτω τῷ διαπήγματι πρὸς τὸ κατὰ τὰς [10] ἐντάσεις ἐπ' αὐτὰ τὰς χεῖρας ἐνστηρίζειν·

1 πρός τε codd. — 2 μήτε μικροτέρας μέχρι codd. — 3 στενὴν εἰς τὸ μὴ πιεζ. codd. — 4 παραβαλλ. codd. — 5 ἀπὸ codd. — 6 θλα . . . σανίσι codd. — 7 ἀνεῴχθη codd. — 8 πλάγια μέρη codd. — 9 τυγχάνει τῷ διαπ. codd. — 10 ἐνστάσεις ἐπ᾽ αὐτάς τὰς χρείας ἐντερίζειν mss.

obstetriciam, ut in ea mulier in partu apte collocetur. Debet autem in media sella et ea parte, qua opem ferunt, modicum spatium semilunare excisum esse, ut ne, quum iusto maius sit, ad coxendices usque deorsum feratur, nec contra, quum angustum sit, prematur pudendum muliebre, quod etiam molestius est; nam ampliorem aperturam licet adimplere pannis intro adaptatis. Totius autem sellae amplitudo omnis satis sit, ut etiam carnosiores mulieres capere possit. Modica sit quoque eius altitudo; nam minoris staturae mulieribus scabellum suppositum id quod deficit explebit. De partibus vero, quae sub sede sunt, laterales assibus contegantur; anterior vero et posterior apertae sint, ad usum in re obstetricia, de quo dicetur. In reliquis vero partibus duas a latere habeat formas (rotundatas) sellae structura, ut in contentionibus manus illis firmiter imponere possit mulier. A posteriore vero sit planum reclinatum, ita ut lumbi et coxendices habeant, quod

ἐξόπισθεν δὲ ἀνάκλιτος [ἔστω], ὥστε καὶ τὴν ὀσφὺν καὶ τὰ ἰσχία τὸ ἀντιβαῖνον ταῖς ὑπαναχωρήσεσιν ἔχειν. Εἰ γὰρ καὶ γυναικὸς ἐξόπισθεν [1] ἑστώσης ἀνακλιθεῖεν, τῷ ἀνωμάλῳ σχηματισμῷ [2] παρεμποδίζουσι τὴν [3] ἐπ' εὐθείας τοῦ ἐμβρύου Φοράν. Ἔνιοι δὲ κατὰ τὰ κάτω μέρη τοῦ δίφρου ἐκθετὸν ἄξονα προσβάλλουσιν ἐξ ἑκατέρου μέρους περιαγωγὰς ἔχοντα καὶ [4] τύλον παρὰ τὸ κυκλοτερὲς, ἵνα ἐν ταῖς ἐμβρυουλκίαις περιθέντες βρόχους τοῖς βραχίοσιν, ἢ ἄλλοις μέρεσι τοῦ ἐμβρύου καὶ τὰ ἄκρα ἀποδήσαντες πρὸς τὸν τύλον τῆς περιαγωγῆς, τὴν ὁλκὴν [5] ποιήσωνται, μὴ συνιέντες τὸ κοινὸν, ὅτι τὴν ἐμβρυουλκίαν ἐπὶ κατακειμένης δεῖ γίνεσθαι τῆς δυστοκούσης. Δεῖ δὲ τοιοῦτον εἶναι [τὸν] δίφρον, οἷον [6] εἰρήκαμεν, ἔμπροσθεν ἐκτετμημένον· ἐγκοίλου δὲ [7] γενομένου ἔτι ἐξόπισθεν [8] προστίθενται ..... ὡς συνήθως τοῖς δέρμασι [9] κατερραμμένα· κλίνας δὲ δύο, τὴν μὲν τρυφερῶς ἐστρωμένην πρὸς τὴν μετὰ τὸ τεκεῖν ἀνάπαυλαν, τὴν δὲ σκληρὰν πρὸς τὴν ἐν ταῖς ἀποτέξεσι κατάκλισιν, ὥστε μὴ

1 ἐξώσης ἀνακλισθὲν ἐν τῷ codd. — 2 παραποδ. codd. — 3 εὐπάθειαν codd. — 4 τύλον, ἵνα ἐν ταῖς ἐμβρυουλκίαις περιτιθέναι βρόχους, ἢ παρὰ κυκλοτεροῦς τοῖς βραχίοσιν ἢ ἄλλοις μέρεσιν τοῦ ἐμβρύου καὶ τὰ ἄκρα ἀποδησαμένων πρὸς codd. — 5 ποιήσονται codd. — 6 εἰρή›αμεν ἢ καθεῦραν ἔμπροσθεν ἢ καὶ ὄπισθεν ἐκτετμημένην codd. — 7 γενομένης codd. — 8 προστίθενταί τε ὡς codd. — 9 κατερραμμένης codd., i. e. κατερραμμένοις.

resistat cessioni deorsum. Nam etiamsi muliere a tergo adstante reclinentur, inaequali habitu impediunt, quo minus foetus rectâ procedat. Nonnulli vero ad infimas sellae partes prominentem axin addunt, utrimque habentem rotam et ad orbicularem rotae partem clavum ligneum, ut in foetuum extractione brachiis aliisve partibus foetus laqueis circumdatis et (laqueorum illorum) extremis clavo rotae adnexis extrahant, non perspicientes commune praeceptum, extractionem foetus in difficulter parientibus fieri debere muliere decumbente. — Oportet autem sellam eiusmodi esse, qualem diximus, ab anteriore excisam; excavatae vero a posteriore parti adiiciuntur ..... vulgo loris consuta; lectuli vero sint duo: alter molliter stratus, in quo mulier post partum requiescat; alter durus, in quo cum partum edit decumbat, ita ut lectulo non contrito supina iaceat pedibus

[1] κατατετριμμένης [τῆς] κλίνης ἐν ὑπτίῳ τῷ σχήματι [κατακεῖσθαι], συννηγμένων μὲν τῶν ποδῶν, διεστώτων δὲ τῶν μηρῶν, προϋποκειμένου δὲ τοῖς ἰσχίοις τινὸς, ὥστε κατωφερὲς γενέσθαι τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Τοὺς δὲ πόνους τὸ μὲν πρῶτον τῇ διὰ θερμῶν τῶν χειρῶν προσαφῇ παύνειν, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα βρέχειν ῥάκη ἐλαίῳ γλυκεῖ καὶ θερμῷ καὶ ἄνωθεν ἐπιρρίπτειν καθ' ὑπογαστρίου τε καὶ πτερυγωμάτων καὶ συνεχέστερον θερμῷ καταβρέχειν τῷ ἐλαίῳ· παρατιθέναι δὲ καὶ κύστιν ἐλαίου πεπληρωμένην [2] θερμοῦ. Διϊσταμένου δὲ τοῦ στόματος τῆς ὑστέρας ..... ἢ καὶ θερμῷ ἐλαίῳ προλιπάνασα τὰς χεῖρας τὸν τῆς εὐωνύμου χειρὸς λιχανὸν δάκτυλον ἀπωνυχισμένον [3] καθιέτω πρᾴως τῇ [4] περιαγωγῇ προδιαστέλλουσα τὸ στόμιον, ὥστε τὸ πρόχειρον τοῦ χορίου μέρος [5] ἐπιπροπίπτειν· τῇ δεξιᾷ δὲ χειρὶ τοὺς τόπους ἐλαιοχυτείτω φυλασσομένη τὸ ἐκ τῆς ἑψήσεως κεκνισμένον ἔλαιον. Τοῦ [6] προρρήγματος δὲ τὸ μέγεθος [ᾠοῦ] λαμβάνοντος ὑπὸ τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας, εἰ μὲν ἀσθενὴς εἴη ἡ κυοφοροῦσα καὶ ἄτονος, τὴν μαίωσιν ἐπὶ κατακειμένης αὐτῆς

1 κατα τρυμένης codd., κατατετρυμένης Lob. — 2 θερμοῦ δεῖ, ἱσταμένου δὲ codd. — 3 καθιείτω codd. — 4 προσαγωγῇ codd. — 5 ἐπιπροπίπτει codd. — 6 πρόρου δὲ τὸ μέγεθος λαμβ. codd.; in P ante λαμβ. lacuna voculae.

ad se mutuo admotis, femoribus vero a se dimotis, ante supposita aliqua re sub coxendicibus, adeo ut deorsum vergat pudendum muliebre. Dolores vero primum calentium manuum contrectatione lenire oportet, postea pannos madefacere oleo dulci ac calido, quos superiniicies hypogastrio et pudendi alis et continenter oleo calido irrigabis. Adponenda quoque vesica oleo calido plena. Ostio autem uteri aperto ..... vel etiam oleo calido illitis manibus digitum indicem sinistrae manus resecto ungue immittat leniterque circumducendo ostium sensim magis aperiat, ita ut pars chorii in promptu sita prolabatur. Dextra vero manu partibus oleum infundat evitans illud, quod coctione rancidum sit factum. Verum quando velamentorum foetus vesica prominens ovi magnitudinem acquisiverit sub uteri ostio, si debilis et laxa sit parturiens, auxilium illi ferre debebis decumbenti, quippe hic modus

ποιητέον, [1] ὡς ἀσκυλτότερος οὗτος ὁ τρόπος καὶ ἀφοβώτερος· εἰ δ' εὔτονος τυγχάνει, [2] διαναστατέον αὐτὴν [καὶ] κατὰ τοῦ μαιωτικοῦ λεγομένου δίφρου [3] καθιστέον καὶ ἐλαίῳ κεχλιασμένῳ ἐγχυματιστέον ..... πρὸς τὸ τῆς κυοφορούσης ἄψυκτον· [4] ἐπιτιθέσθω δὲ καὶ τοῖς ποσὶν αὐτῆς σκέπης ἕνεκεν. Τρεῖς δὲ γυναῖκες ὑπηρέτιδες ἔστωσαν προσηνῶς δυνάμεναι τὸ δειλὸν παραμυθῆσαι τῆς κυοφορούσης, κἂν μὴ πεπειραμέναι τῶν τοκετῶν τυγχάνωσιν, ὧν δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μία δὲ ἐξόπισθεν διακρατοῦσα πρὸς τὸ μὴ διὰ [τοὺς] πόνους τὴν [5] ἀποκύουσαν παρεγκλίνειν· μὴ παρόντος δὲ τοῦ μαιωτικοῦ δίφρου καὶ ἐπὶ μηροῖς γυναικὸς καθεζομένης ὁ αὐτὸς δύναται γενέσθαι σχηματισμός. Δεῖ δὲ τὴν γυναῖκα τυγχάνειν εὔτονον καὶ [ἱκανὴν] τὸ βάρος ἐνέγκαι τῆς [6] ἐφεδραζομένης, ἵνα παρὰ τὰς ὠδῖνας κατέχειν αὐτὴν δύνηται. Λοιπὸν δὲ ἡ μαῖα περιζωσαμένη κοσμίως ἄνωθεν καὶ κάτωθεν καθεζέσθω μὲν ἄντικρυς τῆς ἀποτικτούσης ταπεινοτέρα· δεῖ γὰρ ἐξ ὑπερκειμένων εἰς τὰ ὑποκείμενα τὴν ἐξολκὴν γίνεσθαι τοῦ ἐμβρύου. Τὸ δὲ εἰς τὸ γόνυ καθίζειν αὐτὴν, ὡς

1 ὃν ἀσκυλότερος codd. — 2 διαστατέον codd. — 3 καθιστέον θερμοῦ ἐλαίου καὶ κατακεχλιασμένου ἐγχυμ. codd. — 4 ὑποτιθέσθω codd. — 5 κύουσαν codd. — 6 ἐφεδραζομένης γυναικὸς, ἵνα codd.

minus laedet eumque minus reformidant mulieres. Sin robusta sit, eam exsurgere iubebis et in sella obstetricia, quam vocamus, collocabis et oleum tepidum iniicies .... ut ne refrigeretur parturiens; imponatur vero pedibus quoque eius contegendi gratia. Sint autem mulieres tres, quae opem ferant et blande timidum parturientis animum erigere possint, etiamsi ipsae partum minime sint expertae. Quarum duae quidem ab utroque latere, una a tergo, quae sustineat parturientem, ne dolorum tempore inclinetur. Deficiente vero sella obstetricia simili habitu componi potest in femoribus mulieris considentis. Debet autem mulier esse robusta et satis valens viribus, ut onus ferre possit insidentis, ita ut in doloribus eam sustinere queat. Ceterum obstetrix supra et infra modeste cincta adsideat e regione parturientis loco paulo humiliore, nam de superioribus versus inferiora extractio foetus fieri debet.

ἐδοκίμασάν τινες, μετὰ τοῦ δυσέργους καὶ [1] ἄσχημον· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἑστῶσαν ἐν βόθρῳ χάριν τοῦ μὴ ἐξ ὑπερκειμένου τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, ὡς ἠξίωσεν Ἥρων· τοῦτο γὰρ οὐ μόνον ἀπρεπὲς, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον ἐπὶ τῶν [2] διστέγων οἴκων. Καθεζέσθω τοίνυν ἡ μαῖα διεστῶτας τοὺς μηροὺς ἔχουσα καὶ μικρὸν τὸν εὐώνυμον προσκεκλιμένον πρὸς τὸ εὐεργὲς τῆς εὐωνύμου χειρὸς, ἔμπροσθεν, ὡς εἴρηται, τῆς ἀποτικτούσης· τοὺς μὲν γὰρ πλαγίους τοῦ δίφρου πόδας ἀποπεφράχθαι [3] παραινοῦμεν, τὰ δὲ ἐξόπισθεν εἰς ἀναγκαίαν κατέχεται χρείαν ὑπὸ τῆς ὑπηρετούσης [4] εἰς πτύγματος ὑπόθεσιν· τὸν γὰρ [5] δακτύλιον αὐτῆς ἀποκρατεῖν [6] δεῖ διὰ τὰς ἐν τῇ ἐντάσει γινομένας προπτώσεις καὶ ῥήξεις. Εἶτα καλὸν καὶ τὴν ὄψιν τῆς κυοφορούσης [7] φαίνεσθαι τῇ μαίᾳ, ἥ τις παραμυθείσθω τὸ δειλὸν αὐτῆς εὐαγγελιζομένη τὸ ἄφοβον καὶ τὴν εὐτοκίαν. Εἶτα [8] δεῖ ἐγκόπτειν εἰς τὴν λαγόνα [9] τὸ πνεῦμα παραινεῖν [10] δίχα κραυγῆς, μετὰ

1 ἀσχημόνως codd. — 2 δυστέγων et δυσέργων codd. — 3 παραινουμένου mss. — 4 εἰς πτύσματος γὰρ ὑπόθεσιν — 5 δάκτυλον codd. — 6 δὲ codd. — 7 φαίνεσθαι, τῇ μαίᾳ τις codd. — 8 δὲ codd. — 9 τῷ πνεύματι codd. — 10 τὸ δίχα codd.

De genu vero opem ferre, quod nonnulli probarunt, molestum est et indecorum. Itemque in fovea stantem eam opem ferre, ne e loco elevatiore manus admoveat, quod voluit Hero; quippe quod non tantum indecorum, sed eiusmodi, ut fieri non possit in aedibus duorum tabulatorum. Adsideat autem obstetrix dimotis femoribus sinistroque paululum inclinato, ut manu sinistra facilius auxilium adferre possit, e regione parturientis, uti dictum est; nam sellae pedes, qui a lateribus sunt, clausos esse cupimus; partes vero a tergo necessarium in usum a muliere adstante occupantur, ut linteum conduplicatum supponatur. Nam parturienti podicem sustinere oportet propter procidentias et rupturas ex contentione virium in partu fieri solitas. Item decet vultum parturientis obstetrici conspicuum esse, quae eius animum timidum erigere debet praedicans nullam cur timeat esse causam partumque rite procedere. Tum eam exhortari oportet, ut spiritum lateribus inanibus abdominis impellat sine clamore, sed potius cum gemitu et spiritum

στεναγμοῦ δὲ μᾶλλον καὶ κατοχῆς πνεύματος. Ἔνιαι γὰρ τῶν [1] ἀπείρων μᾶλλον τοῖς ἄνω μέρεσι [2] ἐντεινόμεναι καὶ τὸ πνεῦμα μὴ ἀπωθούμεναι πρὸς τὸ κάτω, βρογχοκήλας ἐποίησαν· ἔνθεν εἰς τὴν ἀκώλυτον δίοδον τοῦ πνεύματος λύειν τε τὴν ζώνην προσῆκεν αὐτῶν καὶ τὸ στῆθος πάσης ἐλευθεροῦν περιειλήσεως [3] κατὰ τὴν ἰδιωτικὴν πρόληψιν, καθ' ἣν τὰ γυναίκια δεσμὸν οὐδένα βούλεται τυγχάνειν. Διὰ τοῦτο δὲ [δεῖ καὶ] τὰς τρίχας λύειν· διὰ [4] γὰρ τὴν προειρημένην αἰτίαν τάχα [5] δὴ καὶ ἡ λύσις τῶν τριχῶν εὐτονίαν ἀποτελεῖ τῆς κεφαλῆς. Παραινετέον οὖν αὐταῖς συνεντείνειν τὸ πνεῦμα καὶ μὴ ἀποφεύγειν τὰς ὠδῖνας, ἀλλ' ὅτε πάρεισιν αὗται, τότε μάλιστα προσβιάζεσθαι. Φυλασσέσθω δὲ ἡ μαῖα τὸ εἰς [τοὺς] γυναικείους κόλπους [καὶ εἰς τὸ] πρόσωπον τῆς τικτούσης ἐνατενίζειν, ὅπως μὴ αἰδουμένης συσταλῇ τὸ σῶμα· δακτύλῳ δὲ κυκλοτερῶς διαστελλέτω [6] τό τε στόμιον [τῆς] ὑστέρας [καὶ] τὰ πτερυγώματα ..... καὶ ἀνατρέχει τὸ στόμιον αὐτῆς, ποτὲ δὲ καὶ προκύπτει. [7] Πειθηνίους οὖν δεῖ καθιστάναι τοὺς δακτύλους ἐν τῷ καιρῷ τῆς διαστολῆς καὶ τὸ ἔμβρυον ἐπισπᾶσθαι προσενδιδοῦσαν μὲν

1 μᾶλλον ἀπείρων codd. — 2 ἐντ. τὸ πν. καὶ codd. — 3 οὐ κατὰ codd. — 4 δὲ codd. — 5 δὲ codd. — 6 τὸ δὲ στ. ὑστέρας τὰ πτ. codd. — 7 πειθηνίως codd.

cohibendo. Nonnullae enim rem haud expertae potius superioribus partibus intentis ad inferiores minime adpulso spiritu gutturis hernias provocarunt. Quapropter ad liberum spiritus pertransitum convenit zonam illis solvere et pectus ab omni vinculo liberare; e vulgari opinione, secundum quam mulierculae nullum vinculum esse volunt. Quare crines etiam solvi debent; nam propter causam, quam supra diximus, omnino capillitii solutio capitis robur facit. Monendae igitur sunt, ut spiritum intendant, nec dolores ad partum subterfugiant, sed maxime his urgentibus vires quoque simul intendant. Verum obstetrix ne continenter oculorum obtutum in muliebrem sinum, vel in vultum parturientis intendat cavendum, ne prae pudore corpus contrahatur; sed digito in circuitu aperiat uteri ostium et pudendi alas ..... et retrahitur eius osculum, mox vero etiam prominet. Paratos igitur habeat di-

ὅτε εἰς [1] ἑαυτὴν ἡ μήτρα συνέλκεται, προσηνῶς δὲ ἐπισπωμένην, ὅτε διαστέλλεται. Τὸ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τῆς συστολῆς τοῦτο ποιεῖν φλεγμονῆς, ἢ αἱμορραγίας, ἢ κατασπασμοῦ τῆς μήτρας ἀποτελεστικόν. Χερσὶ δὲ τὸν ὄγκον [2] ἐκ πλαγίων ὑπηρέτιδες ἑστῶσαι πρὸς τοὺς κάτω τόπους πρᾴως [3] ἐρειδέτωσαν. Λοιπὸν δὲ ἡ μαῖα δι' ἑαυτῆς ἀποδεχέσθω τὸ ἔμβρυον προϋποβεβλημένου ῥάκους κατὰ τῶν χειρῶν, ἢ, ὡς αἱ ἐν Αἰγύπτῳ ποιοῦσι, [4] λεπτῆς παπύρου ξυσμάτων, πρὸς τὸ μήτε ἀπολισθάνειν αὐτὸ, μήτε θλίβεσθαι, τρυφερῶς δὲ ἐφεδρᾶσθαι. Συναποκριθέντων μὲν οὖν καὶ τῶν δευτέρων, τὰ ἐξῆς ποιητέον· εἰ δ' ὑπομένοι τὸ χόριον, κατακειμένης μὲν τῆς τικτούσης πλήσιον θετέον τὸ βρέφος.

ΚΕΦ. κβ'.

Περὶ ἐγκατεχομένων δευτέρων.

Μετὰ δὲ τὴν ἔκδοσιν τοῦ ἐμβρύου πολλάκις ὑπομένει τὸ χόριον

1 αὐτὴν mss. — 2 ἐκ πλ. οὖν codd. — 3 ἐρεθίσθωσαν codd. — 4 λευκῆς codd.

gitos tempore dilatationis et foetum tunc attrahat; cedat autem, quando uterus in se contrahitur, leniter autem attrahat, cum is relaxatur. Nam si contractionis tempore id facias, inflammationem et sanguinis fluxum, vel uteri detractionem facies. Mulieres autem a latere adstantes molem leniter manibus deorsum urgeant. Ceterum obstetrix sola per se infantem excipiat, ante in manus subiecto panno, vel, sicuti Aegyptiae faciunt, tenui papyro raso, ne elabatur, vel prematur, sed ut molliter sustentetur. Secundinis igitur item excretis cetera facere oportet; sin chorion remaneat, infantem prope mulierem deponat.

CAPUT XXII.

De secundinis retentis.

Foetu autem in lucem edito saepe remanet chorion et

καὶ δυσχερείας ἐπιφέρει μεταβάλλον καὶ συστρέφον περὶ [1] ἑαυτὸ τὴν ὑστέραν καὶ διὰ τοῦτο πόνους κεφαλῆς καὶ ἤτρου, καὶ συνολκὰς ἢ πνιγμοὺς ἀποτελεῖ, ποτὲ μὲν ἔτι σῶζον τὴν πρὸς τὸν ὀμφαλὸν τοῦ ἐμβρύου συνέχειαν, ποτὲ δὲ ἀπεσπασμένον, ἀπροόπτως τοῦ ἐμβρύου κατενεχθέντος, ἢ τῆς μαίας ἀπείρως τὸν ἀποτιλμὸν ἐργασαμένης, καὶ ποτὲ μὲν ἀποκεκρυμμένον, ποτὲ δὲ ἀπὸ μέρους προκύπτον. Ἱπποκράτης μὲν οὖν πταρμικοῖς χρῆται καὶ συνάγει τὰ πτερύγια τῆς ῥινὸς, ἵνα διὰ τῆς τοῦ πνεύματος εἰς τὸ βάθος ἐμπτώσεως ἐκπέσῃ τὸ χόριον. Εὐρύφων δὲ ὁ Κνίδιος οὐραγωγοῖς χρῆται ποτίσμασι τοῖς ἀπὸ δικτάμνου καὶ ἐλελισφάκου, καὶ πεσσοῖς τοῖς αἱμαγαγοῖς διὰ στρουθίου καὶ Ἰλλυρικῆς ἴρεως καὶ κανθαρίδων καὶ μέλιτος, καὶ κατασεισμῷ τῷ διὰ τῆς κλίμακος προσδεδεμένης τῆς καμνούσης. Εὐήνωρ δὲ καὶ [2] Σώστρατος καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Προυσιεὺς ἐπιλαμβάνεσθαί φασι δεῖν τοῦ προέχοντος καὶ οὕτως ἐξέλκειν. Δίων δὲ καὶ τοῖς δι' ἐλελισφάκου χρῆται καὶ σμύρνης καὶ σελίνου σπέρματος ποτίσμασι. Τινὲς δὲ ὑποθυμιῶσιν οἷον ἄσφαλτον, τρίχας ἀνθρωπείας, κέρας ἐλάφειον, χαλβάνην, μελάνθιον, ἀρ-

1 αὐτὸ codd. — 2 σῶστρος codd.

molestias parit uterum mutans et circum se contrahens, atque hac de causa dolores capitis et imi ventris, et contractiones, vel suffocationes facit, nonnumquam etiam nunc suam servans cum foetus umbilico coniunctionem, nonnunquam abruptum, foetu praeter exspectatum educto, vel obstetrice imperite avellente, atque alias occultum, alias pro parte prominens. Hippocrates igitur sternutatoriis utitur et narium alas comprimit, ut spiritu in profundum adacto chorion elabatur. Euryphon autem Cnidius urinam propellentibus potionibus utitur cum dictamno, salvia et pessis sanguinem elicientibus cum struthio et iride Illyrica et cantharidibus et melle et mulieris concussione ope scalae, cui aegrotans adligata sit. Evenor et Sostratus et Apollonius Prusensis aiunt partem prominentem esse apprehendendum atque ita extrahendum. Dio utitur etiam potionibus cum salvia et myrrha et apii semine. Nonnulli suffumigant v. c. bitumen, capillos humanos, cornu cervi, galbanum, nigellam, arte-

τεμισίαν. Στράτων δὲ ὁ Ἐρασιστράτειος εἰς χύτραν ἀργυρᾶν ἢ χαλκῆν κασσιτέρῳ περικεχυμένην ἀρώματα βάλλει, νάρδον, [1]κασίαν, ἔτι δὲ πράσιον, ἀρτεμισίαν, δίκταμνον, Σούσινον, ῥόδινον, μέλι, καὶ κρατήσας τὸ πωμάτιον αὐλίσκον περιτίθησιν, οὗ τὸ ἕτερον πέρας εἰς τὸ γυναικεῖον ἁρμόζει αἰδοῖον καὶ πυριᾷ τοὺς τόπους δι' ὀλίγου πυρὸς ἀναθερμαίνων τὰ ἀγγεῖα. Μαντέας δὲ παρακατακλίνει τὸ βρέφος τοῖς μηροῖς τῆς κυούσης, ἵνα διὰ τῆς οἰκείας Φύσεως καὶ κινήσεως τούτου ἐφέλκηται τὸ χόριον· μὴ σωζομένης δὲ τῆς πρὸς τὸ βρέφος τοῦ χορίου συνεχείας μολύβδου μέγεθος ἐκ τοῦ προέχοντος ἀποκρεμάσαι [κελεύει], ἵνα τῷ βάρει κατασπασθῇ τὸ χόριον. Πάντα δὲ μοχθηρὰ τὰ προειρημένα· διὰ μὲν γὰρ τῶν πταρμικῶν ὁ πλείων σπαραγμὸς παραυτίκα μὲν τὸν ἐξ αἱμορραγίας, ὕστερον δὲ τὸν ἐκ νευρικῆς συμπαθείας ἀποτελεῖ φόβον· τὰ δὲ ποτίσματα κακοῖ τὸν στόμαχον καὶ ἀνατρέπει· τὰ δὲ αἱμαγωγὰ πεσσάρια δάκνοντα καὶ ἀνελκοῦντα σπασμοὺς καὶ συνολκὰς καὶ συμπαθείας παρασκευάζει· πλήσσει δὲ βιαίως καὶ ὁ κατασεισμός· τὸ δὲ ὁπωσοῦν ἐπι-

1 κασσίαν codd.

misiam. Strato Erasistrateus in ollam argenteam, vel aeneam stanno obductam aromata iniicit, nardum, casiam, tum marrubium, artemisiam, dictamnum, oleum Susinum, rosaceum, mel, et obfirmato operculo tubulum circumponit, cuius alterum extremum in pudendum muliebre immittit et locis suffumigat vasa pauco igne calefaciens. Manteas adponit infantem femoribus parturientis, ut propria natura et motu eius chorion detrahatur; non servata vero chorii cum infante continuitate, iubet plumbi pondus e parte prominente suspendere, ut gravitate chorion detrahatur. Sunt autem omnes memoratae methodi vitiosae. Nam nimia vulsio per sternutatoria facta statim quidem a sanguinis profluvio, postea a nervoso consensu periculum infert; potiones vero ventriculum corrumpunt et subvertunt; suppositoria vero sanguinem educentia, quum mordeant et ulcera faciant, convulsiones et contractiones et consensus inducunt; concussio vero item vehementer laedit; et quomodocumque facta chorii attractio propter vulsionem adfert inflammatio-

σπᾶσθαι τὸ χόριον διὰ τὸν σπαραγμὸν φλεγμονὴν ἐπιφέρει καὶ ἀδύνατον ὅπου μέμυκε τὸ στόμιον καὶ οὐδὲν προπίπτει τοῦ χορίου μέρος· τὰ δὲ ὑποθυμιάματα δριμύτητι τὴν φλεγμονὴν αὔξει καὶ συμπληροῖ τὴν κεφαλήν. Διὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἡ ἀπὸ τῶν ἀρωμάτων πυρία περίεργός ἐστι, καὶ ὁ κατὰ τὸ ἕτερον πέρας τιθέμενος εἰς τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον αὐλίσκος τῇ διαδόσει πυρούμενος περιφλέγει τοὺς τόπους. Πολέμιον δὲ καὶ τὸ διὰ τῆς ἐξαρτήσεως τοῦ μολύβδου βιαίως τὴν ἔκφυσιν ἀποσπᾶν, καὶ μᾶλλον ἤδη φλεγμονῆς ὑπαρχούσης· [1] ἡ δὲ τοῦ χορίου διὰ τοῦ λίνου [2] σφίγξις ἄτονος μὲν οὖσα περιολισθήσει πάντως, εὔτονος δὲ συμπάθειαν οἴσει καὶ λιποθυμίαν· ἀλλ᾽ οὐδὲ πάντοτε προέχει [τι] τοῦ χορίου· καὶ τὸ διὰ τῆς κινήσεως τοῦ βρέφους, ἐπιβλαβές· δεῖ γὰρ ἐμπείρως τὴν ὁλκὴν γίνεσθαι. Διὸ σωζομένης τῆς πρὸς τὸν ὀμφαλὸν αὐτοῦ συνεχείας ἐπὶ χειρῶν μιᾶς ὑπορρέτιδος δεῖ τιθέναι τὸ βρέφος ὑπεστρωμένου ῥάκους· εἶτα διὰ τοῦ συμπεφυκότος οὐραχοειδοῦς ἐντέρου τῷ ὀμφαλῷ τρόπον τινὰ ὁδηγούμενον ἐπικαθιέναι δεῖ τὴν χεῖρα [καὶ] πειθηνίως διὰ τῆς ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη [ἀντιπεριαγωγῆς], συνεντεινομένης ἅμα

1 ἤτοι codd. — 2 σφίξασα codd.

nem, nec fieri potest, ubi ostium connivet, neque ulla pars chorii procidit; suffitus autem acrimonia sua inflammationem augent et caput replent. Ob eandem causam fotus cum aromatis otiosus et tubulus altero suo extremo pudendo muliebri introductus transmissione calefactus partes amburit. Inimicum quoque appensione plumbi violenter abstrahere excrescentiam, idque magis ubi iam adest inflammatio. Chorii deligatio vero lintei ope, si laxa est, prorsus delabitur, sin valida, consensum infert et animi deliquium; praeterea ne semper quidem pars chorii prominet. Quin extractio per motum infantis item nociva, nam tractio perite fieri debet. Quare servata eius cum umbilico coniunctione manibus mulieris alicuius adstantis infantem committere oportet, substrato panno. Dein quodammodo ad ductum umbilico adhaerentis urachoformis intestini manum immittere oportet et, adiuvante simul puerpera, circumagendo manum in utramque partem leniter sine vul-

τῆς κυούσης, ἄνευ σπαραγμοῦ τε καὶ ἀποσπασμοῦ κομίζεσθαι τὸ χόριον. Εἰ δὲ πλείονος χρεία εἴη διατριβῆς, τὸ βρέφος ἀπολύειν τῆς πρὸς τὸ κρατοῦν συνεχείας καὶ [1] ταὐτὰ ποιεῖν δεῖ. Καὶ εἰ μὴ ὅλως [2] ἐμπέφυκε, τὸ ἔμβρυον [3] ἤδη παραλαβεῖν· κατασχεῖν [4] γὰρ ἁρμόσει τὸ ὑπερέχον καὶ ἠρέμα παράγειν ἐπανιέντα ὅτε συστέλλεται τὸ στόμιον, ἐφελκόμενον δὲ ὅτε διΐσταται. Μηδενὸς [δὲ] προκύπτοντος μέρους, ἐν διαστάσει δὲ τοῦ στομίου μένοντος, λελιπασμένην τὴν χεῖρα καθιέναι καὶ εἰ μὲν ἀπολελυμένον τῆς πρὸς τῇ μήτρᾳ συμφύσεως τὸ χόριον καὶ εἰς [5] ἑαυτὸ συνεστραμμένον [εἴη], ἐπισπᾶσθαι λαβόμενον· εἰ δὲ συμπεφυκὸς, ἁπλώσαντα τοὺς δακτύλους [6] ἔνδοθεν πειρᾶσθαι διὰ τῆς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀντιπεριαγωγῆς ἀπολύειν αὐτὸ πειθηνίως. Οἱ γὰρ ἀπείρως κατ' εὐθὺ τείνοντες καὶ τὴν ὑστέραν ἐπεσπάσαντο πολλάκις εἰς ἐκστροφήν. Μὴ ἐπακούοντος δὲ τοῦ δευτέρου πρὸς τοὺς ἠρεμωτέρους ἐπισπασμοὺς, ἢ καὶ μεμυκότος τοῦ στομίου καὶ φλεγμαίνοντος, καταλείπειν αὐτὸ [7] δεῖ καὶ ὡς φλεγμονὴν θεραπεύειν δι' ἐγχυματισμοῦ καὶ [8] καταπλάσεως τῶν μορίων καὶ

1 ταῦτα codd. — 2 ἐμπεφύκει codd. — 3 ἔδει codd. — 4 παραρμόσει codd. — 5 αὐτὸ mss. — 6 ἐνδοξον codd. — 7 καὶ δικαίως mss. — 8 καταπλασμάτων μυρίων καὶ θ. τ. codd.

sione et distractione chorion eximere. Sin diuturniore mora opus sit, infantem solvere oportet de coniunctione cum adhaerente chorio atque eadem agere. Quodsi omnino non adhaereat, infantem iam excipere debebis; nam conducet prominens illud prehendere et leniter adducere remittendo cum osculum contrahitur, attrahendo cum aperitur. Nihil vero prominente et orificio dilatato manente manum pinguedine illitam immittere oportet et, quando chorion solutum est coniunctione cum utero et in sese convolutum, prehensum attrahere. Sin adhaereat, digitis explicatis tentandum ut intra in utramque partem circumagendo id leniter solvas. Qui enim imperite in directum attrahunt, saepe etiam uterum ad inversionem attrahunt. At secundinas placidius factis attractionibus non obsequentes, vel osculo connivente et inflammato, relinquere oportet et quasi inflammatio sit, curare per iniectiones et cataplasmata partibus admota et cibum calidum. Remittente enim inflam-

θερμῆς τροφῆς. Ἀνιεμένης [1] γὰρ τῆς φλεγμονῆς ἀπολύεται τὸ ἀλλότριον καὶ κατὰ διαμύδησιν ἐκπίπτει, καθ' ὃν τρόπον καὶ ἐνιάκις συναπέπλευσε τοῖς ὑγροῖς [2] κῶλον ἔξαρθρον καὶ [τοῖς] μετὰ [τὴν] φλεγμονὴν καταρτισμοῖς ἐπηκολούθησεν· χωρὶς εἰ μὴ βάσεις μὲν χοιράδων προσφυεῖς καταλείπουσί τινες [3] ἕως εἰς διαμύδησιν γενομένην, τὸ δὲ χόριον ἐμπεφυκὸς κατηγγειωμένως σπλάγχνῳ μετὰ βίας ἀποσπάσαι δεῖ καὶ μὴ καταλείπειν τῷ χαλασμῷ δυνάμενον πειθηνίως περιμυδῆσαι.

[Λείπει κεφάλαια ἓν ἢ δύο, εἰ μὴ πλείονα.]

ΚΕΦ. κγ΄.

Περὶ [4] σπαργώσεως μαστῶν.

Μέρος τι τῆς τῶν ἀποκεκυηκυιῶν ἐπιμελείας καὶ τὸ περὶ τοῦ προκειμένου διαλαβεῖν. Κατὰ γὰρ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ γάλακτος

1 δὲ codd. — 2 καὶ κῶλον ἔξαρθρον μετὰ codd. — 3 ὡς διαμ. codd. — 4 σπαργανώσεως codd.

matione dissolvitur alienum illud et madore putrefactum elabitur; quemadmodum subinde quoque membrum exarticulatum unâ cum humoribus de sede sua motum post inflammationem sedatam reductionibus cessit; nisi forte radices strumarum adnatas nonnulli relinquunt, donec madore computruerint, chorion vero vasorum ope visceri adhaerens violenter extrahendum est, non relaxationi permittendum, quum leniter circum putrescere possit.

[Perierunt hoc loco unum, duo, vel plura fortasse capita.]

CAPUT XXIII.

De mammarum ex lacte turgore.

Pars quaedam curationis puerperarum est quoque, de re, de qua nunc agimus, decernere. Ad lactis adfluxum enim

διογκούμενοι [1] συντόμως οἱ μαστοὶ βαροῦνται τὸ πρῶτον· εἶτα καὶ ἀλγοῦσι καὶ διατεινόμενοι πυροῦνται καὶ τὸ τοιοῦτον καλεῖται [2] σπάργωσις. Δεῖ τοίνυν ὡς πρὸς φλεγμονὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόστασιν καὶ καταρχὰς μὲν χρῆσθαι τοῖς ἠρέμα στύφουσιν, οἷον σπόγγῳ καθαρῷ ὀξυκράτῳ βεβρεγμένῳ ἢ φοίνιξι λείοις μετὰ ἄρτου καὶ ὀξυκράτου, καὶ ἐπιδεσμεῖν καὶ σφίγγειν ἐπιμελῶς καὶ ἡσύχως προστετυπωμένοις [ἐπιδέσμοις]. [3] Συναυξήσεως δὲ γενομένης [4] τῆς διατάσεως, ἢ θρομβώσεως, καταπλάσμασι τοῖς ἀνετικοῖς, οἷον ἄρτῳ δι' ὑδρελαίου ἢ ὑδρομέλιτος καλῶς μεμαλαγμένῳ, ἢ λινοσπέρμῳ καὶ [5] πυρῷ ἢ τήλει μεθ' ὑδρομέλιτος καταπλασσέσθωσαν· εἰ δὲ μὴ φέροιεν τὸ βάρος οἱ μαστοί, καταβροχῇ διὰ γλυκέος ἐλαίου καὶ θερμοῦ προπερικειμένων [6] πυρῶν, καὶ καταθλίβων προπυριᾶν διὰ τῶν σπόγγων ἀποθλιβομένων εἰς ὕδωρ θερμόν, ἢ εἰς ἀφέψημα τήλεως ἢ μαλάχης, ἢ [7] λινοσπέρμου. Διαπυήσεως [δὲ] γενομένης ἐκλαμβάνειν τὸ ὑγρόν, ὡς ἐν τοῖς χειρουργουμένοις ὑπεδείξαμεν· παρακμαζούσης δὲ τῆς φλεγμονῆς

1 συντόνως codd. — 2 σπαργάνωσις codd. — 3 συναυξ. ἂν codd. et tum: εἰ δὲ ἀποσβέσαι βούλει τὸ γάλα, χρῶ στυπτηρίᾳ καὶ ψυλλίῳ μετ' ὄξους καὶ κοριάνδρῳ ἢ ἀνδράχνῃ. — 4 καὶ διατάσεως ἢ θρομβώσεως καταπλ. codd. — 5 πυρὶ codd. — 6 πυρὶ φέρων codd. — 7 ἀπὸ σπερμοῦ codd.

simul tumentes mammae primum gravantur, dein etiam dolent et distentae incenduntur; cuiusmodi quid appellatur σπάργωσις, *intumescentia*. Oportet autem veluti adversus inflammationem administrare quae morbum abigant, et primum quidem uti leniter adstringentibus, sicuti spongia pura poscâ imbuta, vel palmulis laevigatis cum pane et poscâ atque deligare mammas et accurate atque leniter constringere fasciis ad ipsarum formam accommodatis. Increscente vero distentione, vel lacte in mammis coacto, cataplasmatis relaxantibus, veluti pane cum oleo et aqua, vel cum aqua mulsa rite subacto, vel lini semine et tritico, vel foeno Graeco cum aqua mulsa contegantur. Sin mammae pondus non ferant, irrigatio fiat ope olei dulcis calentis ante superiecto tritico, et antea dum comprimis eas fove spongiis ex aqua calida expressis, vel decocto foeni Graeci, vel malvae, vel seminis lini. Suppuratione vero orta humorem excipere debebis, quemadmodum in libris de chi-

κηρωτὴν ἐπιβάλλειν καθ' ἑαυτήν. Εἰ δὲ μὴ μέλλοι δι' ἑαυτῆς ἡ ἀποκυήσασα τὸ βρέφος [1] ἀνατρέφειν, καὶ λίθου πυρίτου ἱκανῶς λελειωμένου μέρος τι συμπλέκειν· εἶτα κατ' ὀλίγον πεπιεσμένῃ χρῆσθαι τῇ τῶν μαζῶν περιειλήσει· συμπιπτόντων γὰρ τῶν ἀγγείων κωλύεται τὸ ἐπιφερόμενον καὶ οὕτω τὸ γάλα σβέννυται. Εἰ δὲ μὴ, μᾶλλον ἐμπλεονάζειν ταῖς πυρίαις καὶ ταῖς [2] προστυπωθείσαις ἐπιδέσεσι· παραιτεῖσθαι [3] δὲ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ παραισθήσει τῶν μαζῶν ἐκμύζησιν, ὡς τοῦ ἀποθλασμοῦ διὰ τῆς ἐκκρίσεως [4] παρακουφίζοντος τὴν διάτασιν· πᾶν γὰρ τοὐναντίον πρὸς τὴν τῆς ἐκμυζήσεως [5] συναίσθησιν πλεῖον ἐπὶ τοὺς τόπους συντρέχει, καὶ πρὸς τὴν περίθλασιν ἀγανακτοῦσιν αἱ θηλαί. Φυλακτέον δὲ καὶ τὴν δι' ἅλμης καὶ ὀξάλμης καὶ θαλάσσης πυρίαν· ὑπὸ γὰρ τῆς δριμύτητος ἡ φλεγμονὴ παροξύνεται. Τινὲς δὲ κυπέρῳ καταχρίουσι μετ' οἴνου καὶ κρόκου τοὺς μαζούς· ἔνιαι δὲ κυπρίνῳ καὶ κισσήρει λελειοτριβημένῃ· τινὲς δὲ κυμίνῳ μεθ' ὕδατος ἢ [6] ἐλαίου, ἢ στυπτηρίᾳ ὑγρᾷ μετ' ὄξους καὶ ῥοδίνου, ὡς

1 ἀνατρέπειν codd. — 2 πρὸς τυπώσεις συνεπιδέσεσι codd. — 3 δεῖ codd. — 4 τοῦ παρακ. codd. — 5 οὖν αἴσθησιν codd. — 6 ἐλαίῳ στυπτηρία ὑγρὰ codd.

rurgia indicavimus; decrescente vero inflammatione solum ceratum per se iniiciendum est. Quodsi puerpera non ipsa infanti lac suum praebitura sit, etiam aliquantulum lapidis pyritae apte laevigati addere oportet; tum uti mammarum obvolutione paululum comprimente; collapsis enim vasis adfluxus humoris advecti praepeditur, quo facto lac exstinguitur. Sin non, magis perseverandum in fotibus et deligationibus ad mammae formam adaptatis. Abstinendum vero a mammarum in primo molestiae sensu exsuctione, quasi suctione per lactis excretionem distentionem sedante; nam plane contrario modo ad sensum exsuctionis plus humoris ad locos confluit, tum etiam papillae ex contusione dolent. Abstinendum quoque a fotu cum muria et muria cum aceto et aqua marina; acrimoniâ enim inflammatio exacerbatur. Nonnullae autem cypero cum vino et croco mammas illinunt. Aliae vero oleo cyprino et pumice laevigato; aliae cymino cum aqua, vel oleo, vel alumine liquido cum aceto et oleo rosaceo mellis consistentiâ; aliae in cataplasmate adponunt

μέλιτος γενέσθαι πάχος· αἱ δὲ καταπλάττουσι κυμίνῳ μετὰ σταφίδος, τῶν γιγάρτων προεξηρημένων, ἢ σησάμῳ μετὰ μέλιτος· αἱ δὲ τριβόλοις χλωροῖς ἡψημένοις ἐν ὄξει, ἢ κισσῷ, ἢ συκοῖς χλωροῖς, ἢ πιτύροις ὁμοίως ἡψημένοις· θρομβώσεως δὲ γενομένης, σελίνῳ, ἢ ἡδυόσμῳ, ἢ κράμβῃ μετ' ἄρτου. Τούτων δὲ τὰ μὲν δριμέα παραιτητέον δι' ὅλου, τῶν δὲ ἄλλων τὰ μὲν [1] ὑποστύφοντα καταρχὰς παραληπτέον, τὰ δὲ παρηγορικῶς ἀνιέντα κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους. Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ τῆς λεχοῦς ἐπιμέλεια· τίς δὲ ἡ τοῦ βρέφους, ἑξῆς ὑποδεικτέον.

ΚΕΦ. κδ΄.

Περὶ τῆς τοῦ βρέφους ἐπιμελείας.

Ὁ περὶ παιδοτροφίας λόγος ἐστὶ μὲν πλατὺς καὶ πολυμερής· ἐν αὐτῷ γὰρ ἐξετάζεται τίνα τῶν γεννηθέντων πρὸς ἀνατροφὴν ἐστιν ἐπιτήδεια, καὶ πῶς ὀμφαλοτομητέον καὶ σπαργανωτέον

1 Ante ὑποστ. eieci otiosam superiorum quorumdam repetitionem.

cyminum cum uva passa exemptis nucleolis, vel sesamum cum melle; aliae tribolos virentes in aceto coctos, vel hederam, vel ficus recentes, vel furfures simili modo coctos; lactis vero coagulis ortis apium, vel mentham, vel brassicam cum pane. Ex his autem acria omnia vitare oportet; de reliquis vero ea, quae paululum adstringunt, principio in usum vocanda, quae sedant et relaxant subsequentibus temporibus. Atque eiusmodi quidem est puerperae curatio; deinde vero docendum, quomodo infantem curare oporteat.

CAPUT XXIV.

De curatione infantis.

Sermo de infantis enutritione amplus sane et multipartitus. In eo nempe inquiritur quinam recens natorum apti sint, qui enutriantur, et qua ratione umbilicus resecandus

καὶ ἀποσμηκτέον τὸ ἀνατρεφόμενον, καὶ τίνα τρόπον λουτέον, καὶ πῶς κατακλιτέον. καὶ [1] ποδαπὴν ἐκλεκτέον τιτθὴν, ποῖόν τε τὸ ἄριστον γάλα καὶ τί πρακτέον ἐκλιπόντος αὐτοῦ, καὶ πότε καὶ πῶς ἀπογαλακτιστέον τὰ βρέφη, περί τε [2] ὀδοντοφυήσεως καὶ τῶν κατὰ χρόνους αὐτοῖς ἐπιγινομένων συμπτωμάτων. Ἵνα δὲ μὴ δυσπερίγραφος ἡ πραγματεία γένηται, διὰ συντόμων ὑφ' ἓν παραδώσομεν. Ἡ τοίνυν μαῖα τὸ βρέφος [3] ὑποδεξαμένη [4] εἰς τὴν γῆν ἀποτιθέσθω, [5] προεπιθεωρήσασα πότερον ἄρρεν τὸ ἀποκεκυημένον ἐστὶν ἢ θῆλυ, καὶ καθὼς γυναιξὶν ἔθος ἀποσημαινέτω.

ΚΕΦ. κε΄.

Πῶς γνωρίζεται τὸ πρὸς ἀνατροφὴν ἐπιτήδειον.

Κατανοείτω δὲ καὶ πρότερον, [6] εἰ εἰς ἀνατροφήν ἐστιν ἐπιτήδειον ἢ εὐδαμῶς. Κριθήσεται δὲ τὸ πρὸς ἀνατροφὴν εὐφυὲς ἐκ

1 ποταπὴν codd. — 2 ὀδοντοποιήσεως codd. — 3 ἀποδεξαμένη codd. — 4 πρότερον εἰς codd. — 5 προσεπιθ. codd. — 6 ἢ codd.

sit, et quomodo infans fasciis involvendus sit, et quomodo detergendus et lavandus, et quomodo decumbere eum oporteat, et cuias nutrix sit eligenda, et quale sit lac optimum, et quid agendum sit illo deficiente, et qua ratione et quando infantes ablactare oporteat, et de dentitione, et de symptomatis diversis illis temporibus accidentibus. Ne vero disciplina haec aegre circumscribatur, brevi eam comprehendemus. Obstetrix igitur infantem receptum humi deponat, inspiciens ante num mas sit, an femella, quae in lucem sit edita, idque, sicuti mulierum mos fert, annunciet.

CAPUT XXV.

Quomodo noscatur infans ad enutritionem idoneus.

Observet autem prius etiam, num qui enutriatur aptus sit, nec ne. Diiudicabitur autem is, qui natura sua ad

τοῦ τὴν ἀποκυήσασαν ὑγιεινῶς ἐν τοῖς τῆς κυοφορίας βεβιωκέναι χρόνοις· [1] αἱ νοσηλεῖαι γὰρ τοῦ σώματος καὶ μάλιστα συναδικοῦσι τὸ κατὰ γαστρὸς τὰ πρῶτα τῆς ζωῆς αὐτοῦ θεμέλια [2] θραύουσαι· δεύτερον δὲ ἐκ τοῦ κατὰ τὸν ὀφείλοντα καιρὸν ἀποκεκυῆσθαι, μάλιστα μὲν τὸν ἐννατὸν μῆνα καὶ εἰ τύχοι βράδιον, ἤδη δὲ καὶ τὸν ἕβδομον· εἶτα λοιπὸν ἐκ τοῦ τεθὲν ἐπὶ γῆς εὐθέως αὐτὸ κλαυθμυρίσαι μετὰ τόνου τοῦ προσήκοντος· τὸ γὰρ ἕως πλείονος ἀκλαυστὶ διάγον, ἢ καὶ παρέργως κλαυθμυρίζον ἐν ὑπόπτῳ διά τινα περίστασιν τοῦτο πάσχον· ἔκ τε τοῦ πᾶσι τοῖς μέρεσι καὶ μορίοις καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν [3] ἄρτιον ὑπάρχειν καὶ τοὺς πόρους ἔχειν ἀπαρεμποδίστους, οἷον [4] ὤτων, ῥινῶν, φάρυγγος, οὐρήθρας, δακτυλίου, καὶ τὰς ἑκάστου [μορίου] φυσικὰς κινήσεις μὴ νωθρὰς, [5] μηδὲ ἐκλύτους [ἔχειν], καὶ τὰς τῶν ἄρθρων κάμψεις τε καὶ [6] ἐκτάσεις μεγέθει τε καὶ σχήματι [ἁρμοζούσας], καὶ τὴν πᾶσιν ἐπιβάλλουσαν εὐαισθησίαν, ἣν γνωρίζομεν κἀκ τῆς ἐπιφανείας ἐπερείδοντες τοὺς δακτύλους· κατὰ

1 ἐνοσηλεῖε γὰρ καὶ μάλιστα τοῦ σώματος συνάδι κουσέτω κατὰ γ. codd. — 2 θραύουσι codd. — 3 αἴτιον codd.; ἄρτιον Aëtius. — 4 τῶν codd.; ὠτων Aëtius. — 5 καὶ μηδὲ codd. — 6 ἐκστάσεις codd.

educandum est idoneus, inde, quod puerpera in sanitate vitam degerit graviditatis tempore; nam aegritudines corporis maxime unâ etiam laedunt foetum prima eius vitae fundamenta labefactantes. Secundo loco inde, quod debito tempore in lucem sit editus, praesertim quidem nono mense, vel tardius, tum etiam septimo. Dein ceterum inde quod humi depositus statim debita vocis contentione ploret; nam qui longiore tempore sine ploratu degit, vel leviter et per intervalla tantum plorat, suspicionem movet propter malum quoddam sibi accidens se id pati. Tum etiam inde quod omnibus membris et partibus et sensibus apte conformatus sit, et meatus, veluti aurium, narium, gutturis, urethrae, ani, expeditos habeat et cuiusvis partis motus naturales nec tardos, nec debiles, et artuum flexiones et extensiones magnitudine et forma congruas, et promptam omnium quae eum attingunt perceptionem, quam etiam detegimus ex illius corporis superficie, cum digitos imprimimus; secundum na-

Φύσιν γάρ ἐστι τὸ πρὸς ἕκαστον ἀλγεῖν τῶν νυσσόντων ἢ θλιβόντων· ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων τοῖς εἰρημένοις τὸ πρὸς ἀνατρεφὴν [1] ἀνεπιτήδειον.

ΚΕΦ. κς'.

Πῶς ὀμφαλοτομητέον.

Μικρὸν δὲ τοῦ βρέφους ἀπηρεμήσαντος μετὰ τὸν ἐκ τῆς ἀποκυήσεως βρασμόν, βαστάζειν αὐτὸ καὶ τὴν ὀμφαλοτομίαν [2] παραλαμβάνειν. Δεῖ δὲ τέσσαρας δακτύλους [3] διαστήσαντα ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἀποκόπτειν τὴν ὀμφαλίδα διά τινος ἐπάκμου χάριν τοῦ μηδεμίαν γενέσθαι περίθλασιν· πάσης δὲ ὕλης τμητικώτατός ἐστιν ὁ σίδηρος. Αἱ πολλαὶ δὲ τῶν μαιουμένων ἥλῳ ἢ καλάμῳ, ἢ ὀστράκῳ, ἢ τῷ λεπτῷ τοῦ ἄρτου δοκιμάζουσι τὴν ἀποκοπήν, [4] λίνῳ βιαίως ἀποσφίγξασαι τῷ δυσοιώνιστον εἶναι τὴν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ σιδήρου τομήν, ὅπερ παντελῶς [5] καταγέ-

1 ἐπιτηδ. codd. — 2 ἀπολαμβάνειν codd. — 3 διαστήσαντας codd. — 4 ἢ λινωζιαίῳ ἀποσφίξας εἰς τὸ δυσαιων. codd. — 5 καταγέλαστόν ἐστιν αἱ τὸ κλέειν codd.

turam enim est infantem dolere ex omnibus, quae pungunt vel premunt. Ex iis vero, quae supra dictis contraria sunt, cognoscimus eum, qui non idoneus est quem educemus.

CAPUT XXVI.

Quomodo umbilicum resecare oporteat.

Quum infans paululum requieverit a concussione in partu, eum tollere oportet et ad umbilici resectionem procedere. Relicto autem spatio digitorum quatuor a ventre abscindere oportet umbilicum acuti alicuius instrumenti ope, ne ulla fiat contusio; omnium autem materierum ad secandum aptissimum est ferrum. Pleraeque autem obstetrices clavo, vel arundine, vel testa, vel tenui panis crustula recidere malunt, lini ope violenter constrictum, quia mali ominis sit primo tempore facta per ferrum sectio; quod omnino ridi-

λαστον, εἰ τὸ κλαίειν αὐτὸ δυσοιώνιστόν ἐστιν· ἀπὸ δὲ τούτου τὸ γεννηθὲν ἄρχεται τοῦ ζῆν. [1]Ὅπως [οὖν] μήτε διαπριζομένου τοῦ σώματος, μήτε περιθλωμένου συμπάθεια γένηται καὶ διαγανάκτησις, ἄμεινον ἀδεισιδαιμόνως [2]σμιλίῳ τὸν ὀμφαλὸν ἀποκόπτειν, εἶτα τὸ ἐν αὐτῷ περιεχόμενον ἐκθλίβειν, ὅπερ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ πεπηγὸς αἷμα· κἄπειτα τὸ ἄκρον τῆς διακοπῆς ἀποσφίγγειν [3]ἐρίῳ ἐστραμμένῳ, ἢ μίτῳ, ἢ κροκύδι, ἤ τινι παραπλησίῳ· τὸ γὰρ λίνον ἐκτέμνον τὴν τρυφερίαν τῶν σωμάτων δυσυπομονήτους ἀλγηδόνας ἀποτελεῖ. Τὸ δὲ ἀποβροχίζειν τὸ μέρος, ὡς ὑπεδείξαμεν, ἀναγκαῖον, ὥστε μὴ τῆς αἱμορραγίας ἐπιγίνεσθαι κίνδυνον, τῶν [4]ἐνταῦθα ἀγγείων τὸ ἀπὸ τῆς κυούσης αἷμα καὶ πνεῦμα διακονικῶς ἐπικεχορηγηκότων τῷ σώματι τοῦ βρέφους· διό τινες μὲν μετὰ τὴν ἀποκοπὴν ἐπέκαυσαν τὸν ὀμφαλὸν δι' αὐλοῦ θερμανθέντος, ἢ διὰ τοῦ πλατέος τῆς μήλης· ὅπερ ποιεῖν ἡμεῖς ἀποδοκιμάζομεν· τὰ γὰρ ἐπικαέντα περιωδυνίας καὶ Φλεγμονὰς σφοδρὰς ὑπομένει. Μὴ ἐξηρημένου δὲ τοῦ χορίου, κατὰ δύο τόπους ἀποβροχίζειν δεῖ τὸν [5]οὐραχὸν

1 ὅπως μήτε διὰ πριζόμενον τὸ σῶμα μήτε περιθλώμενον codd. — 2 σμιλίῳ μᾶλλον τὸν ὀμφαλὸν κόπτειν codd. — 3 ὡς ἐρίῳ codd. — 4 ἐντεῦθεν codd. — 5 οὐραχὸν codd.; vide supra p. 109, vs. 16.

culum, si quidem ipse ploratus, a quo vivere incipit infans, mali est ominis. Ne igitur parte fissa, vel circum contusa consensum vel irritationem adferat, praestat sine superstitione scalpello umbilicum recidere, dein quod in eo continetur exprimere, quod nihil est aliud nisi sanguis coactus, et postea extremum resectnm constringere lana contorta, vel filo, vel flocco, vel simili aliqua re alia; linum enim incidens partium mollitudinem intolerabiles dolores suscitat. Laqueo autem, quemadmodum diximus, partem constringere necesse est, ne sanguinis profluvii periculum superveniat, quum vasa, quae eo loco adsunt, sanguinem et spiritum a gravida ad corpus infantis ex officio suo transmittant. Quapropter nonnulli post resectionem fistula calefacta, vel lato specilli extremo adusserunt umbilicum, quod facere nos quidem minime suademus; partes enim adustae vehementes dolores et inflammationes patiuntur. Chorio vero non extracto duobus locis urachum devincire oportet et dein in-

καὶ τότε μεταξὺ διακόπτειν, ἵνα διὰ μὲν τοῦ ἑτέρου βρόχου τὴν τοῦ βρέφους αἱμορραγίαν προφυλαξώμεθα, διὰ δὲ θατέρου τὴν τῆς ἀποκεκυηκυίας· ἔτι γὰρ αὐτῇ προσέχεται τὸ χόριον. Μετὰ δὲ τὴν ὀμφαλοτομίαν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ὡς οἱ Γερμανοὶ καὶ [οἱ] Σκύθαι, τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων εἰς ψυχρὸν ὕδωρ καθιᾶσι τὸ βρέφος στερεοποιήσεως χάριν [1] καὶ τοῦ μὴ φέρον τὴν ψύξιν, ἀλλὰ πελιούμενον ἢ σπώμενον, ὡς οὐκ ἄξιον [2] ἐκτροφῆς, ἀπολέσθαι. Τινὲς δὲ οἰνάλμῃ, τινὲς δὲ καθαρῷ λούουσιν οἴνῳ, τινὲς δὲ οὔρῳ παιδὸς ἀφθόρου, τινὲς δὲ μυρσίνῃ λεπτῇ [3] συμπεπασμένον ἢ κηκίδι. Τούτων δὲ ἕκαστον ἡμεῖς ἀποδοκιμάζομεν· τὸ ψυχρὸν μὲν γὰρ διὰ τὴν πολλὴν καὶ ἀθρόαν πύκνωσιν, [4] ἧς εἰ μέτοχον ἦν τὸ γεννηθέν, πάντα [5] βλάπτει· τῆς δὲ ἐξ αὐτοῦ βλάβης τὸ ἀποτέλεσμα λανθάνει μὲν ἐπὶ τῶν δυσπαθεστέρων, ἐλέγχεται δὲ [6] ἐπὶ τῶν εὐπαθῶν σπασμοῖς καὶ ἀποπληξίαις ἁλισκομένων. Οὐ μὴν [7] ἐπεὶ τὴν βλάβην οὐκ ἤνεγκε, ζῆσαι μὴ [8] βλαβέντα οὐκ ἠδύνατο· καὶ τὰ δυσπαθέστερα βελτίω τὴν ἀνατροφὴν ἕξει

1 καὶ τὸ codd. — 2 ἐκτροφήσεως codd. — 3 συμπεπασμένῃ κηκίδι codd. — 4 ἧς ἀμέτοχον ἢ τὸ γένν. codd. — 5 βλάπτειν codd. — 6 ὑπὸ codd. — 7 ἐπὶ codd. — 8 βλαβὲν codd.

termedium dissecare, ut altero laqueo sanguinis profluvium infantis, altero puerperae praevertamus; nempe chorion etiamnunc cum hac cohaeret. Post umbilici recisionem vero plerique barbari, veluti Germani et Scythae, quin etiam nonnulli e Graecis, aquae frigidae immergunt infantem, ut solidescat, et ut, si refrigerationem minime ferat, sed lividus fiat vel convellatur, moriatur, quasi eum enutrire non sit operae pretium. Quidam vero muria cum vino, alii vino puro eum lavant, alii urina pueri venerem non experti, alii postquam myrti pulvere vel gallae eum consperserint. Quae singula nos quidem reprobamus; aquam frigidam propter insignem et subitaneam densationem, cuius si infans particeps fuerit, quodvis adfert damnum; damni autem illius effectus latet quidem in robustioribus, in lucem autem prodit in debilibus, qui convulsionibus et apoplexiis tentantur. Nec tamen quia damnum ferre non potuerunt, censendi sunt vivere non potuisse, si damnum illis illatum non fuisset; quin robustiores infantes melius enutriri poterunt, si omnino

μηδὲ ὅλως ἀδικούμενα· κἂν ᾖ δὲ χρεία ψύξεως, αὐτάρκης ἡ ἐπὶ τοῦ ἀέρος ψύξις, δι' ἣν εὐθέως κλαυθμυρίζει ξενοπαθοῦντα τῇ ψύξει διὰ [1] τὸ ἀπὸ θέρμης συνεχοῦς [2] προεληλυθέναι. Ὁ δὲ οἶνος διὰ τὴν ἀποφορὰν πληκτικὸς καὶ καρώδης οὐ μόνον τῶν οὕτω τρυφερῶν παίδων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἤδη τελείων· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ οὖρον, ὅτι δυσῶδες· αἱ μυρσίναι δὲ καὶ [αἱ] κηκίδες στύφουσι μέν, οὐκ ἀποσμήχουσι δέ. Χρειὰ δὲ τῶν [3] μετὰ στύψεως ἀποσμηχόντων, ἵνα ὁ φυσικὸς τοῦ γλίσχρου [τοῦ] [4] αἵματος ἐπίπαγος ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀποτακῇ μετὰ τοῦ πήγνυσθαι τὴν ἐπιφάνειαν καὶ δυσάλωτον εἰς τὴν τῶν ἐξανθημάτων γένεσιν ἀποτελεῖσθαι· διόπερ τοῦ ἁλισμοῦ ὁ τρόπος [5] οὗτος παραλαμβανέσθω.

ΚΕΦ. κζ'.

Περὶ [6] ἁλισμοῦ.

Ἢ λεπτὸν καὶ χνοῶδες ἅλας, ἢ νίτρον, ἢ ἀφρόνιτρον λαβόντα

1 τὸ μὴ ἀπὸ codd. — 2 προεληλυθέναι τῆς μήτρας. ὁ δὲ codd. — 3 ἀπὸ codd. — 4 αἵματος καὶ ὁ τῶν σωμάτων ἐπίπαγος ἀποτακῇ codd. — 5 οὕτως ἂν ἀποτελεῖσθαι codd. — 6 ἁλισμὸν etiam apud Hebraeos fuisse usitatum docet Ezechiel. XVI vs. 6.

non laeduntur. Quodsi refrigeratione opus sit, sufficit refrigeratio in aëre, propter quam statim plorant, quia frigori minime adsueverunt, quum e calore haud interrupto in lucem prodeant. Vinum autem propter exhalationem ferit et in soporem adducit non solum tam teneros infantes, sed etiam adultos; similiter quoque urina, quia male olet; myrti ramuli vero et gallae adstringunt quidem, sed non detergunt. Opus vero est detergentibus, quae simul adstringant, ut naturale coagulum eius, quod viscidum est in sanguine, a partibus liquatione removeatur, dum superficies corporis solida redditur, ne facile patiatur exanthematum proventum, cum curatione robur illi comparatum est. Itaque modum sale conspergendi infantem huncce sequi oportet.

CAPUT XXVII.

De salis adspersione.

Vel sal tenue et lanuginosum, vel nitrum, vel spumam

δεῖ συμπάσσειν τὸ βρέφος φυλασσόμενον τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ στόμα· τὸ γὰρ παρεμπεσὸν τοῖς μέρεσι τούτοις ἕλκωσιν ἐργάζεται καὶ διαπύρωσιν ἢ [1] φλεγμονήν. Μήτε δὲ πολλῷ τῷ ἁλὶ συμπάσσειν· διὰ γὰρ τὴν πλείονα δριμύτητα βρυώδης ἀκμὴν καὶ ἀσθενὴς ἄγαν ἡ σύγκρισις διαβιβρώσκεται· μήτε ὀλίγῳ, διὰ τὸ μὴ ἱκανῶς στερεοποιεῖσθαι τὴν ἐπιφάνειαν. Ἐνδέχεται δὲ τρυφεροῦ τοῦ βρέφους ὄντος τοὺς ἅλας [σὺν] μέλιτι δεῖν ἀνακόψαι, ἢ ἐλαίῳ, [ἢ] χυλῷ πτισάνης, ἢ τήλεως, ἢ μαλάχης· μετὰ δὲ τὸ ἀποσμῆξαι τὸ σῶμα δεῖ χλιαρῷ ἀπολούειν ὕδατι καὶ ἀποπλύνειν τὸ περικείμενον [2] γλίσχρασμα πᾶν· εἶτα ἐκ δευτέρου τὸ αὐτὸ ποιεῖν καὶ [3] ἐμπάσσειν μὲν τοὺς ἅλας, θερμοτέρῳ δὲ τῷ ὕδατι [4] ἀπολούειν καὶ δακτύλοις ἀποβλίβειν τὸ ἐγκείμενον ταῖς ῥισὶ [5] γλοιῶδες. Ἀποκαθαίρειν δὲ καὶ τὸ στόμα καὶ τοὺς τῶν ὤτων πόρους· ἐγχυματίζειν δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐλαίῳ· [6] ἀποσμῆξαι γὰρ ἀγαθὸν τούτων [7] τὸ παχύτατον ἐν αὐτοῖς ὑγρὸν, [8] οὗ μὴ γενομένου κατὰ τὸ πλεῖστον ἀμβλυωπεῖν συμβαίνει τὰ

1 πνιγμονήν codd. — 2 νίτρασμα codd., sequor Aëtium. — 3 συμπάσσειν codd. — 4 μᾶλλον ἀπολούειν codd. — 5 γλισχρασμα codd., sequor Aëtium. — 6 σμῆξαι codd. — 7 τῶν παχυτάτων ἐν ἀ. ὑγρῶν codd. — 8 οὐ μὴν γινομ. codd.

nitri sumere oportet et infantem eo conspergere, cavere tamen ab oculis et ore; nam quod his partibus illabitur ulcerationem facit et excandescentiam et inflammationem. Neque multo sale conspergere oportet, nam propter nimiam acrimoniam constitutio admodum fluxa et tenera multum corroditur; neque vero exiguo, quia superficies non satis consolidabitur. Fieri autem poterit, quum mollis sit infans, ut sales contundere oporteat cum melle vel oleo, vel ptisanae succo, vel foeni Graeci, vel malvae. Postquam autem corpus deterseris, aqua tepida colluere oportet atque ita auferre omne, quod adhaeret, viscidum; dein idem iterum faciendum et sal quidem adspergendum, sed calidiore aqua abluendum et digitis exprimenda materies viscida, quae naribus inhaeret. Expurgare etiam oportet os et meatus aurium; etiam oculis infundere oportet oleum, nam utile est de iis abstergere crassissimum, qui iis inest, humorem; quod nisi fiat, plerumque infantes dum enutriuntur visus

τρεφόμενα. Διὰ δὲ τοῦ σμικροῦ δακτύλου προαπωνυχισμένου τὸ δακτύλιον διαστέλλειν καὶ διαιρεῖν τὸ περιπεφυκὸς αὐτῷ πολλάκις σῶμα λεπτὸν καὶ ὑμενῶδες εἰς [1] ἀπαρεμπόδιστον τῶν περιττωμάτων ἔκδοσιν· παραχρῆμα γοῦν ἐκκρίνεται τὸ καλούμενον συνήθως μηκώνειον· κατὰ δὲ τοῦ ὀμφαλοῦ πτυγμάτιον ἐπιρρίψαι ἐλαιοβραχὲς ἢ καὶ ἔριον· τὸ δὲ κύμινον ὡς δριμὺ παραιτεῖσθαι δεῖ. Τοῦ μέντοι [2] καταλειφθέντος ὀμφαλοῦ τὸ ἀποσφιχθὲν ἔνιοι μὲν τῷ μηρῷ προσέδησαν· ἄμεινον δὲ διπλώσαντα καὶ ἐριδίῳ περιτυλίξαντα πράως ἐντιθέναι κατὰ τὴν μεσότητα τοῦ ὀμφαλοῦ· τάχα γὰρ καὶ τῷ βάρει [3] πιεζόμενον τὸ μέρος εἰς εὐμορφοτέραν κοίλωσιν τυπωθήσεται. [4] Τινὲς δὲ τῶν βαρβάρων ἀγγειολογοῦσι τὰ βρέφη καὶ συμπάττουσι τέφρᾳ προαδικοῦντες τὰ πήξεως καὶ δυσπαθείας δεόμενα. Πέρσαι δὲ προαποξυροῦσι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, εὐγενείας σημεῖον τὸ περὶ τὰς τρίχας αὐτῶν ὑπολαμβάνοντες δύσρητον.

1 ἀπαραπ. codd. — 2 καταληφθέντος codd. — 3 πιεζούμενον codd. — 4 Quae sequuntur aberraverant ad p. 129, vs. 7, post ἐπερεθισμός ἐστιν, unde revocavi.

hebetudine laborant. Digito vero minimo, cui unguis resectus sit, anum dilatare oportet et partem tenuem et membranaceam, quae saepe circum adnata est, perforare, ut ne impedimento sit libero excrementorum exitui; statim igitur secernitur quod vulgo *meconium* appellatur. Umbilico vero conduplicatum pannum, vel lanam oleo madentem iniicies; cyminum vero, quum acre sit, vitari debet. Relicti autem umbilici partem constrictam nonnulli quidem femori adnectunt; praestat tamen eam conduplicare et lanae pauxillo obvolutam leniter medio umbilico imponere; nempe pondere eius pressa pars ad pulcriorem excavationem efformari poterit. Barbarorum vero nonnulli infantibus vasa legunt eosque cinere conspergunt, ante tempus laedentes qui confirmari et roborari debent. Persae vero prius eorum capita tondent, signum nobilitatis esse existimantes quod de eorum capillitio nihil affirmari potest.

ΚΕΦ. κη'.

Περὶ σπαργανώσεως.

Μετὰ δὲ τὸν ἁλισμὸν καὶ τὴν ἀπόλουσιν σπαργανοῦν τὸ βρέφος. Ἀντιγένης μὲν οὖν τὴν [1] Θεσσαλικὴν λεγομένην παραλαμβάνων σπαργάνωσιν εἰς ξύλον μεσόκοιλον καὶ παράμηκες βάλλει ψίεθον χόρτου πλήρη, ἢ ἀχύρων· εἶτα ἐπιστρώννυσι ῥάκος καὶ τὸ βρέφος [2] κατακλίνει ἐπ' αὐτοῦ κατειλημένον ἄχρι τῆς ὀσφύος ῥάκεσι καὶ ταινίαις· εἶτα καὶ πρὸς κατάδεσμον κηρίας δεῖ [3] ἐκβαλλομένας διὰ τῶν πλαγίων ἐκκοπῶν, ἃς τὸ ξύλον ἔχειν δεῖ. Δυσκαρτέρητος δὲ καὶ ἀπηνὴς ὁ τρόπος οὗτός ἐστι τῆς διαδέσεως· ὅθεν δεῖ διαπλάσσειν μὲν ὡς ἔχει ἕκαστον φυσικοῦ σχήματος, [καὶ] εἴ τι παρὰ τὸν τῆς ἀποκυήσεως χρόνον διέστραπται, τοῦτο ῥυθμίζειν καὶ εἰς τὸ κατὰ φύσιν μετάγειν [4] σχῆμα· εἰ δέ τι παραθλιβὲν [5] ἐξῴδηκεν, ψιμυθίῳ περιχρίειν λελειοτριβημένῳ μεθ' ὕδατος, ἢ λιθαργύρῳ· κατατιθεμένην δὲ

1 θαλσαλικὴν codd. — 2 κατακλίνων codd. — 3 ἐκβαλλόμενον codd. — 4 σχήμασι δέ τι παραθλίβειν codd. — 5 ἐξοίδηκεν codd.

CAPUT XXVIII.

De fasciatione.

Post salis adspersionem et ablutionem infans fasciis obvolvendus est. Antigenes quidem igitur Thessalicam fasciandi methodum sequens ligno in medio excavato et oblongo iniicit stoream foeno vel paleis impletam; dein insternit pannum infantemque ad lumbos usque pannis et fasciis obvolutum superinclinat; tum ad devinciendum fascias ligat emissas per excisiones laterales, quas lignum habere debet. Aegre vero tolerabilis et durus hic deligationis modus est; quare ad eum habitum, qui cuique parti ex natura est proprius, singulas componere oportet et si qua pars tempore partus distorta est, hanc rite disponere et ad formam naturalem redigere; sin membrum aliquod compressum intumuerit, id cerussa cum aqua laevigata, vel lithargyrio

αὐτὸ πρᾴως ἐπὶ τῶν ἰδίων μηρῶν [1] συνεσκεπασμένον ἐρίῳ ἢ ῥάκει, χάριν τοῦ μὴ ψυγῆναι γεγυμνωμένον ἐν τῇ κατὰ μέρος σπαργανώσει, λαμβάνειν τελαμῶνας [2] ἐρεοῦς καθαροὺς, τρυφερούς τε καὶ μὴ λίαν τετριμμένους, τοὺς μὲν τριῶν δακτύλων τῷ πλάτει, τοὺς δὲ τεσσάρων· ἐρεοῦς μὲν διὰ τὸ τῆς ὕλης προσηνὲς καὶ διὰ τὸ περισφίγγεσθαι τοῖς ἱδρῶσι τοὺς λινοῦς· τρυφεροὺς δὲ χάριν τοῦ μὴ μετὰ περιθλάσεως τὴν σκέπην τρυφεροῖς ἔτι [τοῖς] σώμασι καθεστῶσι παρέχειν· [3] καθαροὺς δὲ καὶ μὴ βαρεῖς, ἵνα κοῦφοι ὦσι καὶ μὴ δυσώδεις, μηδὲ νιτρούμενοι τὴν ἐπιφάνειαν δάκνωσι· μὴ λίαν δὲ τετριμμένους· οἱ καινοὶ μὲν γὰρ βαρεῖς ὑπάρχουσιν, οἱ δὲ τριβακοὶ λίαν ψυχροὶ καθεστᾶσι, ποτὲ δὲ καὶ τραχεῖς καὶ παντελῶς εὐδιάσπαστοι· μὴ ἔχοντας δὲ [4] παρειὰς, μηδὲ παραστροφίδας, ἵνα μὴ ἐντέμνωσι, μηδὲ ἀνωμάλους, [ἵνα μὴ] [5] ἃ μὲν μᾶλλον θλίβωσιν, ἃ δὲ ἧττον· συμμέτρους δὲ κατὰ τὸ πλάτος· οἱ στενοὶ μὲν γὰρ τέμνουσιν, [6] οἱ πλατεῖς δὲ οὐ πιέζουσιν, ἀλλὰ ῥυτιδοῦνται· τριῶν δὲ καὶ τεσ-

1 συνεσκεπασμένων codd. — 2 ἐρεοὺς τε καθαροὺς codd. — 3 καθαροὶ δὲ ἵνα κοῦφοι καὶ μὴ βαρεῖς ὦσι codd. — 4 παρωὰς codd. — 5 ἃ μὲν μ. θλίβουσιν, ἃ δὲ ἧττον codd. — 6 οὐ πλατεῖς codd.

illinere oportet; ipsum autem infantem leniter suis femoribus nutrix imponat contectum lana, vel panno, ne nudatus refrigeretur in singularum partium fasciatione; sumat autem fascias laneas, puras, molles, nec valde detritas, alias tres digitos latas, alias quatuor; laneas quidem propter materiae mollitudinem et quia vincula lintea sudoribus imbuta nimis premunt; molles vero, ne partibus, quae etiamnunc tenerae sunt, laedant, dum tegumentum iis praebent; mundas vero, nec graves, ut leves sint et ne foeteant, nec nitro imbutae superficiem mordeant; non valde detritas vero; novae enim ponderosae sunt, valde detritae autem frigidae, quin interdum asperae et omnino facile dilacerantur; neque prominentias habeant, nec limbos, ne incidant; neque inaequales sint, ne alias partes magis, alias minus premant; modice sint latae; nam angustae quidem incidunt, latae vero non premunt, sed rugas contrahunt; tres vero et quatuor digitos latae, ut aliae ad artus accommodentur,

σάρων δακτύλων, ἵνα μὲν οἱ μὲν ἐπὶ τῶν κώλων ἁρμόσωσιν, οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ θώρακος. Λαβοῦσα τοίνυν τὴν ἀρχὴν τοῦ τελαμῶνος κατὰ τοῦ ἀκροχείρου τιθέτω καὶ τὴν [1] ἐπείλησιν ἐγκύκλιον ἀγέτω κατὰ τῶν δακτύλων ἐκτεταμένων· εἶτα κατὰ τοῦ ἐπικαρπίου, πήχεώς τε καὶ βραχίονος, πιέζουσα μὲν τὰ κατὰ τοὺς καρποὺς ἡσυχῇ, τὰ δὲ ἄλλα μέχρι μασχάλης ἀνιεῖσα. Τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ καὶ τὴν ἑτέραν σπαργανώσασα τῷ θώρακι λοιπὸν κυκλοτερῶς περιειλείτω [τινὰ] τῶν πλατυτέρων τελαμώνων, ὁμαλῶς μὲν ἐπὶ τῶν ἀρρένων [2] πιέζουσα τὴν ἐπίδεσιν, μᾶλλον δὲ τὰ κατὰ τοὺς μαστοὺς σφίγγουσα [ἐπὶ] τῶν θηλειῶν, ἀνιεῖσα δὲ τὸ περὶ τὴν ὀσφύν· [3] εὐπρεπέστερον γάρ ἐστιν ἐπὶ γυναικῶν τοῦτο τὸ σχῆμα. Μετὰ δὲ ταῦτα σπαργανοῦν κατ' ἰδίαν ἑκάτερον τῶν σκελῶν· τὸ γὰρ ζυγώσασαν αὐτὰ γυμνὰ συνεπιδεσμεῖν ὁμοῦ, ποιητικόν ἐστιν ἑλκώσεως· [4] αἱ γὰρ τρυφερῶν ἀκμὴν [5] ἔτι τῶν σωμάτων παραθέσεις τῇ πυρώσει ταχέως [φλεγμονὰς καὶ ἕλκη] [6] ἐποίησαν· τὰς δὲ περιειλήσεις τῶν τελαμώνων ἕως ἄκρων ποιείσθω δακτύλων, ἀνιεῖσα μὲν τὰ κατὰ τοὺς

1 ἐπίλυσιν εἰς κύκλιον codd.; mavisne εἰς κύκλον? nihil obstat. — 2 πιέζουν τὴν ἐνδεοῦν codd. — 3 ἀπρεπεστ. codd. — 4 γὰρ καὶ codd. — 5 ἐπὶ codd. — 6 ἐπεὶ καὶ εἰς τὰς δὲ codd. Possis etiam [παρατρίμματα] ἐποίησαν scribere.

aliae ad thoracem. Prehensum igitur fasciae extremum summae manui adponat et obvolutionem in orbem circumducat extremis digitis, dein manus carpo et ulnae et brachio, leniter quidem premens partes ad carpos, reliquas vero ad axillas usque a compressione liberas servans. Eodem autem modo altera quoque obvoluta manu, ceterum circa thoracem in orbem circumducat aliquam e latioribus fasciis; in masculis quidem aequabiliter deligationem adprimens, magis vero in femellis partes circa mammas stringens, et laxe lumborum locum circumdans; nam haec forma mulieribus magis est congrua. Hoc quidem facto fasciare debet separatim singula crura; nam nuda coniunctim ea deligare ulcerationem inducit; adpressiones enim ad se invicem partium, quae etiamnunc plane molles sunt, cito excandescentiâ inflammationes et ulcera facere solent. Circumvolvat autem fascias usque ad extremos digitos, laxe tamen circum fe-

μηροὺς καὶ τὰς γαστροκνημίας, σφίγγουσα δὲ τὰ πρὸς τοῖς γόνασι καὶ ταῖς ἰγνύαις τά τε κατὰ τοὺς ταρσοὺς καὶ τὰ σφυρά, ἵνα τὰ μὲν ἄκρα πλατύνηται τῶν ποδῶν, τὰ δὲ μέσα συνάγηται. Μετὰ δὲ ταῦτα παραβάλλουσα τοὺς μὲν βραχίονας τοῖς πλευροῖς, τοὺς δὲ πόδας ἀλλήλοις, πλατεῖ τελαμῶνι κυκλοτερῶς ὅλον τὸ βρέφος ἀπὸ θώρακος ἄχρι ποδῶν κατειλείτω· παραβεβλημέναι γὰρ αἱ χεῖρες ἔνδοθεν τῆς περιειλήσεως εἰς ἔκτασιν ἐθίζονται· παχυντικαὶ δὲ τῶν νεύρων αἱ μέχρι πλείονος τῶν ἄρθρων εἰσὶ συζεύξεις, ὥστε καὶ ἀγκύλας ἐπιφέρειν· τῷ μέντοι [1]τὸ πρῶτον κατειλῆσθαι τὰ χέρια κωλύεται διὰ τῆς ἀτάκτου παραφορᾶς διαστρέφεσθαι· πολλάκις δὲ καὶ διὰ τοῦ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν τοὺς δακτύλους ἐπιφέρειν κακῶς [2]διατίθεται τὰς ὄψεις· μεταξὺ μέντοι τῶν ἀστραγάλων καὶ τῶν γονάτων, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀγκώνων, ἔριον παρεντιθέσθω πρὸς τὸ μὴ ἑλκοῦσθαι τὰς ἐξοχὰς τῇ βιαιοτέρᾳ θλίψει καὶ παραθέσει τῶν μερῶν. Τὸ δὲ κεφάλιον σκεπαζέσθω κυκλοτερεῖ περιειλήσει ῥάκους, ἢ ἐρίου τρυφεροῦ τε καὶ καθαροῦ· ἐνδέχεται δὲ καὶ ὑπὸ τὸ μετάφρενον ἐπίμηκες καὶ πλατὺ ῥάκος ἢ ἔριον προϋποβάλλειν· εἶτα μετὰ

1 πρὸς τὸ κατειλ. codd. — 2 διατίθεσθαι codd.

mora et gastrocnemias, stringens vero partes ad genua et poplites et tarsos pedis et malleolos, ut extremi pedes lati reddantur, mediae vero partes contrahantur. Quo facto brachia ad latera adplicans, pedes vero ad se invicem, lata fascia in orbem totum infantem a thorace ad pedes usque obvolvat; intra obvolutionem enim lateribus adplicatae manus extensioni adsuescunt; diuturnae autem articulorum devinctiones nervos crassos reddunt, adeo ut vel ancyloses inferant; cum tamen primo tempore parvulae manus obvolvuntur, impediuntur, quo minus irregularibus motibus distorqueantur; quin saepe infantes digitos oculis admoventes eorum aciem laedunt. Verum inter malleolos et genua, tum etiam inter cubitos lanam interponere debet, ne nimis forti pressione et adpositione partium prominentiae ulcerentur. Capitulum autem contegatur in orbem circumvoluto panno vel lana molli et pura. Poterit etiam dorso subiici oblongus et latus pannus, vel lana; dein post supra de-

τὴν ἔμπροσθεν εἰρημένην σπαργάνωσιν δίχα τοῦ ἔξωθεν ἑνὸς καὶ κοινοῦ κατὰ πάντων τελαμῶνος ἀναδιπλοῦν τὸ ὑποκείμενον ῥάκος ἢ τὸ ἔριον, πρῶτον μὲν κατὰ τὰ ἄνω μέρη ὑπὸ τὸν τράχηλον, εἶτα καθ' ὅλου τοῦ νηπίου δίχα τῆς κεφαλῆς· ὕστερον δὲ πλατυτέρῳ τελαμῶνι καὶ ὡσανεὶ πέντε δακτύλων τὸ πλάτος ὅλον περιτυλίττειν τὸ βρέφος· τὴν δὲ κεφαλὴν, ὡς ὑπεδείξαμεν, σκέπειν. Ἐνδέχεται δὲ καὶ δύο μὲν ὑποστρωννύναι ῥάκη, ἵν' ᾖ τὸ μὲν εὐμέγεθες καὶ τὸ ὅλον περιλαβεῖν σῶμα δυνάμενον, τὸ δὲ χάριν τοῦ μόνην τὴν ὀσφὺν περιελθεῖν αὔταρκες εἰς ὑποδοχὴν τῶν σκυβάλων· οὐδὲ γὰρ, ὡς [1] ἐπαχθὲς, τῷ ἐρίῳ μὲν καθαρῷ τὸν θώρακα μετὰ τοῦ [2] ὑπογαστρίου [δεῖ] περιλαβεῖν· τὰ δὲ [3] λοιπὰ, ὡς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν.

ΚΕΦ. κθ'.

Περὶ τῆς τοῦ βρέφους κατακλίσεως.

Εἶτα τὸ βρέφος κατακλίνειν, [4] μὴ ἐπὶ στερεοῦ τινος καὶ

1 ἐπαχθέντος ἐρίῳ codd. — 2 ἐπιγ. codd. — 3 λοιπὰ περιλαβεῖν ὡς codd. — 4 μήτε ἐπὶ codd.

scriptam fasciationem praeter exteriorem illam et omnibus communem fasciam subiectum pannum vel lanam conduplicare oportet, primum quidem ad partes superiores sub cervice, dein iuxta totum infantem, excepto capite; tandem vero latiore fascia fere quinque digitorum latitudine totum infantem obvolvere oportet; caput vero eo modo, quem diximus, contegendum est. Potest etiam fieri, ut duo panni substernantur, ita ut alter sit magnus et qui totum corpus capere possit, alter qui sufficiat, ut solos lumbos circumdet, quo faeces excipiantur; neque enim, quippe molestum est, thoracem cum epigastrio lana pura comprehendere oportet; reliquas vero partes, quemadmodum diximus.

CAPUT XXIX.

De infantem recubandi ratione.

Dein infantem reclinari oportet non in solido aliquo et

ἀντιτύπου, καθάπερ πράττουσι Θρᾷκές τε καὶ Μακέδονες ὁμαλαῖς σανίσιν ἐπικαταδεσμοῦντες τὰ βρέφη χάριν τοῦ περιπλατέα τὰ περὶ τὸν τράχηλον καὶ τὸ ἰνίον [1] αὐτῶν ἀποτελεσθῆναι· συμβαίνει γὰρ οὕτως ἑλκοῦσθαί τε καὶ περιθλᾶσθαι τὰ σώματα διὰ τὴν ἀπήνειαν τῶν ὑποκειμένων καὶ ἀπρεπῆ τὴν κεφαλὴν ἀποτελεῖσθαι σὺν τῷ, καὶ εἰ τοῦτο εὔπρεπές ἐστι τὸ σχῆμα, διὰ τῆς περὶ τὰ λουτρὰ πλάσεως ἀκινδύνως [2] αὐτοῖς καὶ ἀσυμπαθῶς ἀποδοθήσεσθαι κατὰ τρυφεροῦ τινός· συμμέτρως οὖν κατακλινέσθω [3] λαπαρῶς, διὰ τὸ πάλιν τῇ πολλῇ συννεύσει διαστρέφεσθαι τὴν ῥάχιν, ἢ τὸν τράχηλον. Κατακλιτέον [οὖν] τὸ βρέφος οἷον κατὰ προσκεφαλαίου πεπληρωμένου κναφάλων, εἰ δὲ μή, [4] χόρτου ἀπαλοῦ, σωληνοειδῶς κοιλαινομένης τῆς στρωμνῆς, ὥστε τὸ βρέφος [5] δύνασθαι περικυλισθῆναι· μετέωρον δὲ ποσῶς σχηματιζέσθω τὸ [6] κεφάλιον· διόπερ οὐ κάτω πως ἐν ταῖς σκάφαις ἐστρωμέναις [7] ἐᾶν δεῖ κατακλίνεσθαι· καὶ τὰ ἐπιβλήματα, πρὸς λόγον τῆς ὥρας θερμότερα ἔστω ἢ τριβακώτερα· τὰ δὲ ὑποκείμενα κατὰ μέρος ψυχέσθω καὶ ἀλλασσέσθω πρὸς τὸ μήτε περι-

1 αὐτῷ codd. — 2 αὐτάς codd. — 3 λαπαρῶς τε πάλιν διὰ τὴν πολλὴν σὺν νυξὶν διαστρ. codd. — 4 χάρτου codd. — 5 τίθεσθαι codd. — 6 κεφάλαιον codd. — 7 ἐᾶσθαι codd., sine δεῖ.

duro, quemadmodum Thraces faciunt et Macedones, aequalibus axiculis infantes illigantes, ut in latum extendantur partes circa cervicem et occiput. Ita enim fit, ut partes ulcerentur et contundantur propter duritiem subiectorum et ut caput difforme evadat, quum tamen, si re ipsa pulchra sit illa forma, sine periculo et sine consensu illi dari poterit per efformationem, quae fiat tempore balnei, idque dum molliter decumbit. Modice molliter igitur decumbat, quia in casu contrario insigni incurvatione spina dorsi vel cervix distorquetur. Itaque infantem recubare oportet in pulvinari oppleto tomento, sin non, mollibus paleis, canalis in modum efformato strato ita ut infans circumvolutari possit. Capitulum vero aliquanto elevatiore habitu ponatur, quare ne in alveis stratis in profundo ut decumbat permittendum est; stragula vero pro anni tempestate diversa calidiora sint, vel magis attrita; quae substernuntur vero singillatim refrigerentur (in aëre) et mutentur, ne infanti frigus ad-

ψύξαι, μήτε τῆς δυσωδίας πληρῶσαι τὸ βρέφος· ὅθεν τινὲς καὶ φύλλα ἔστρωσαν ἢ δάφνης, ἢ μυρσίνης κατ' ἐπιτήδευσιν εὐωδίας· οἱ δὲ καὶ αὐτὴν φυλασσόμενοι τὴν εὐωδίαν, ὡς πληκτικὴν, ἀπεδοκίμασαν αὐτά. Τὸν οἶκον δὲ δεῖ καθαρὸν εἶναι καὶ συμμέτρως θερμὸν, καὶ μηδὲ ἄγαν ἔχοντα πληκτικὴν ἀποφορὰν, μηδὲ περιαυγίαν, [1] παρὸ καὶ τὰ κωνωπίων ἄφθονα τῆς ψυχῆς ἐπερεθισμός ἐστιν. Μετὰ μέντοι τὴν [ἀπὸ] τῆς σπαργανώσεως κατάκλισιν ἐᾶν τὸ βρέφος [2] ἠρεμεῖν καὶ πάσης ἀπέχεσθαι προσφορᾶς μέχρι δύο κατὰ τὸ πλεῖστον ἡμερῶν· καὶ γὰρ βράσσεται πανταχόθεν ἀκμὴν καὶ πολλῆς ἔτι καθ' ὅλον τὸ σῶμα μητρῴας τροφῆς ἐστι πλῆρες, ἣν ὀφείλει διοικῆσαι πρῶτον, ἵνα [3] κατὰ καιρὸν ἄλλην λάβῃ, χωρὶς εἰ μὴ πρότερον ἐπιδείξειεν ἡ ὄρεξις, ὅπερ τίνι τρόπῳ σημειωτέον ὑποδείξομεν ὕστερον. Μετὰ δὲ τὸ διαστῆσαι δοτέον ἐκλείχειν τροφὴν, μὴ τὸ βούτυρον, βαρὺ γάρ ἐστι καὶ κακοστόμαχον, [4] ἀλλὰ μηδὲ ἀβρότονον μετὰ βουτύρου, δριμύτερον γὰρ [5] τοῦτο καὶ ταρακτικὸν, ἀλλὰ μηδὲ κάρ-

1 παρὸ καὶ οἱ τὰ τῆς ψυχῆς ἄφθονα καὶ κωνωπίων ἐπεριθέσης ἐστὶν codd. — 2 ἠρεμῇ codd. — 3 κατὰ καιρὸν εὐκαίρως codd. — 4 ἀδικεῖν, ἀλλ' οὐδὲ codd. — 5 καὶ τοῦτο καταρακτικὸν, ἀλλ' οὐδὲ codd.

ferant eumque foetore suo repleant; quare nonnulli etiam folia straverunt lauri vel myrti boni odoris gratia; alii contra, ipsum bonum odorem quippe irritantem vitantes, illa reiecerunt. Cubiculum autem purum sit ac modice calidum, neque valde irritantem habeat exhalationem, nec nimium splendorem; praeterea culicum quoque vis animi irritamentum est. At postquam fasciatione peracta infans recubuerit, sibi relinquendus est, ut requiescat, et per duos plerumque dies a quavis cibi vel potus administratione abstinendum; nam omnino undique agitatur et toto suo corpore etiamnunc materno alimento est repletus, quod primum quaquaversum distribui debet, ut opportunum aliud sumat, nisi forte prius praebendum esse appetitus ostenderet, quem e quibus signis cognoscamus postea docebimus. Verum post illam moram delingendum praebere debes cibum, minime vero butyrum; est enim grave et stomacho inimicum; neque vero abrotanum cum butyro, quod acrius est et ventrem

δαμον, [1] μηδὲ μακτὸν ἄλφιτον, — τὸ κάρδαμον μὲν γάρ ἐστι δριμὺ, καὶ τὸ ἄλφιτον τραχῦνον φλεγμονὴν ἐργάζεται, πάντως δὲ ἐπιξαίνει τὴν κατάποσιν, — μέλι δὲ συμμέτρως ἑφθόν· τὸ μὲν γὰρ ὠμὸν ἐμπνευματοῖ καὶ δριμὺ τυγχάνει, μᾶλλον δὲ τὸ [2] ὑπερηψημένον, τὸ δ' εὐμέτρως ἄπεφθον ἀνακαθαίρει τὸν στόμαχον καὶ τὴν κοιλίαν. Δεῖ δὲ τῷ δακτύλῳ τὸ στόμα τοῦ βρέφους ἠρέμα διαχρίειν, εἶτα χλιαρὸν ὑδρόμελι [3] παρενστάζειν· διὰ [4] τούτου γὰρ τὸ μὲν ἀργὸν καὶ παχὺ τῆς ὕλης λεπτοποιεῖται· διατείνεται δὲ ἡ ὄρεξις εἰς ὑπόμνησιν· διανοίγεται δὲ ἡ κατάποσις· εὐοδίᾳ δὲ καὶ ἀνακαθάρσει τῶν πόρων ἡ ἀνάδοσις ἑτοιμάζεται, [καὶ οὕτω] τρέφεται ἡ σύγκρισις. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τῶν ἡμερῶν μετὰ τὴν ἐπιμέλειαν γάλακτι λοιπὸν τρέφειν ἔκ τινος τῶν τιτθεύειν καλῶς δυναμένων· τὸ γὰρ μητρῷον ἕως ἡμερῶν [5] τριῶν ἐπὶ τὸ πλεῖστον φαῦλόν ἐστι, ὡς ἂν παχὺ καὶ τυρῶδες ἄγαν, καὶ διὰ τοῦτο δύσπεπτον καὶ ἀργὸν καὶ ἀκατέργαστον, καὶ ἀπὸ σωμάτων κεκακοπαθηκότων καὶ ἐκτεταραγμένων φερόμενον καὶ τοσαύτην μετακόσμησιν εἰληφότων, ὅσην ἐροῦμεν

1 οὐδὲ codd. — 2 ὑπερηψ. τυγχάνει codd. — 3 παραστάζειν codd. — 4 τοῦτο codd. — 5 εἴκοσιν codd., τριῶν legisse videtur Aëtius; confer ipsum Soranum paulo post.

deturbat; sed neque nasturtium, nec polentam subactam; nasturtium enim acre est et polenta apredinem inducens inflammationem facit ac deglutitionem omnino radit; sed mel praebendum est modice decoctum, nam crudum flatum gignit et acre est, magis etiam quod supra modum est coctum; quod vero modice est decoctum expurgat stomachum et ventrem. Leniter autem digito os infantis illinere oportet, dein aquam mulsam tepidam instillare, qua iners et crassa materies tenuis redditur, appetitus vero intenditur ut cibum expetat; aperitur autem deglutitionis via, facilique facto meatuum pertransitu iisque repurgatis alimenti distributio prompta redditur, atque ita corporis constitutio nutritur. Postridie vero curationis dein lacte infantem nutrire oportet de muliere, quae rite lac praebere possit; nam lac maternum ad quartum usque diem fere pravum esse solet, quippe crassum et caseosum ideoque concoctu difficile et iners et aegre subigendum et de partibus, quae aegrotarunt, et con-

συμβαίνουσαν μετὰ τὴν ἀποκύησιν, ἰσχνουμένου καὶ ἀτονοῦντος καὶ ἀχροοῦντος τοῦ σώματος, [1] πολλὴν αἵματος ἀπόκρισιν ὑπομένοντος, τὰ πολλὰ δὲ καὶ πυρέττοντος, ὧν χάριν πάντων τὸ μητρῷον γάλα μέχρις ἂν εὐσταθήσῃ τὸ σῶμα [2] συντάσσειν ἀτοπόν ἐστιν. Διὸ καὶ [3] Δημοσθενῆ ἐπιμεμπτέον κελεύοντα παραχρῆμα τῷ βρέφει τὴν μητέρα τὸν μαστὸν ὀρέγειν, ὡς διὰ τοῦτο καὶ τῆς φύσεως τὸ γάλα ποιῆσαι πρότερον [4] οἰκονομησάσης [ὡς] καὶ τὴν τροφὴν εὐθέως τὸ βρέφος ἔχειν. Μεμπτέον δὲ καὶ τοὺς ἀποδεξαμένους αὐτὸν ἐπὶ τούτων, καθάπερ καὶ τὸ βιβλίον ὠνόμασαν Ἀπολλώνιον· πιθανῷ γὰρ λόγῳ σοφίσασθαι τὴν ἐνάργειαν θέλουσιν. [5] Εἰ δὲ μὴ παρείη τις εὐπόρως τὸ γάλα παρέχειν δυναμένη, ταῖς πρώταις τρισὶν ἡμέραις μόνῳ τῷ μέλιτι χρηστέον, ἢ καὶ τὸ [6] αἴγειον αὐτῷ γάλα συμπλεκτέον· εἶτα τὸ μητρῷον ἐπιχορηγητέον, τοῦ πρώτου προεκμυζηθέντος διὰ μειρακίου τινός, βαρὺ γάρ ἐστιν, ἢ πράως διὰ χειρῶν ἀποθλιβέντος, ἐπεὶ καὶ δυσεκμύζητόν ἐστι τὸ παχυμερὲς καὶ δυνάμενον ἐπὶ τῶν ἀρτι-

1 καὶ πολλὴν codd. — 2 σύνταση codd.. — 3 δαμαστεῖν codd. — 4 ἐν οἰκονομήσεσιν εὐθέως καὶ τὴν τροφὴν codd. — 5 εἰ δὲ εὐπόρως παρείη τις τὸ γάλα codd. — 6 ἀγγεῖον αὐτῶν codd.

turbatae sunt, proveniens, et quae tantam mutationem subierunt, quantam post partum editum fieri dicemus, corpore extenuato et debilitato et pallente, quum insignem sanguinis iacturam passum sit, et praeterea plerumque febricitante; quibus de causis omnibus lac maternum, donec corpus ad quietem redierit, praescribere absurdum est. Quare Demosthenes quoque reprobandus, qui iubet matrem statim infanti mammam porrigere, quum natura idcirco prius lac parare instituerit, ut infans statim quoque alimentum haberet. Reprehendendi quoque illi, qui eum in his rebus sunt secuti, quemadmodum eius librum etiam Apolline dignum vocarunt; oratione enim ad persuadendum excogitata ipsam experientiam ludificare volunt. Sin deficiat mulier, quae largiter lac praebere possit, primis tribus diebus solo melle est utendum, vel caprinum quoque lac cum eo coniungendum est; postea lac maternum dandum, primo ante exsucto per puerulum, nam grave est, vel manibus leviter expresso,

γενῶν διὰ τὴν τρυφερίαν τῶν οὐλῶν ἐπινασθῆναι. Παρεχούσης δὲ τῆς [1] περιστάσεως τὰς τιτθεύειν δυναμένας, ἐκλέγειν δεῖ τὴν ἀρίστην καὶ οὐ πάντως τὴν μητέρα, πλὴν εἰ μὴ καὶ περὶ ταύτην ὑπάρχει τὰ ὀφείλοντα ταῖς ἀρίσταις συμβεβηκέναι τιτθαῖς· ἄμεινον γὰρ τῶν ἄλλων ἐπίσης ἐχόντων τῷ μητρῴῳ γάλακτι τρέφεσθαι τὸ νήπιον· τοῦτο γὰρ οἰκειότερον αὐτῷ, καὶ πρὸς τὰ γεννηθέντα συμπαθέστεραι μᾶλλον αἱ μητέρες γίνονται· καὶ ὡς φυσικώτερον πρὸ τῆς ἀποτέξεως, [2] οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀπότεξιν ἀπὸ τῆς μητρὸς τρέφεσθαι. Κωλύοντος δέ τινος, τὴν ἀρίστην ἐκλέγειν τιτθὴν, ὥστε [3] μὴ τὴν μητέρα [4] προγηρᾶσαι διὰ τῆς ἐκμυζήσεως καθ' ἡμέραν δαπανωμένην· ὡς γὰρ [ἄρουρα] μετὰ τὴν σπορὰν ἀποδοῦσα τοὺς καρποὺς ἀτονεῖ καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ ἐπὶ πλεῖον ἄκαρπος γίνεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ γυνὴ τρέφουσα τὸ ἀποτεχθὲν [5] εἶτα καὶ προγηράσκει μίαν προσφερομένη τροφὴν, [6] καὶ τὸ ἀπουσιαζόμενον εἰς τὴν τοῦ γεννηθέντος ἀνατροφὴν ἀτροφώτερον ἀναγκάζει γίνεσθαι τὸν ὄγκον.

1 παραστ. codd. — 2 τοῦ codd. — 3 μηδὲ codd. — 4 προσγ. codd. — 5 εἴτε καὶ πρὸς γῆρας καὶ μίαν codd. — 6 ἡ codd.

quum haud facile exsugatur materies crassa et quae in recens natis propter gingivarum mollitudinem accumulari potest. Opportunitate vero ferente mulieres, quae lac praebere possint, optimam deligere oportet, nec semper matrem, nisi forte huic quoque insint, quae optimis nutricibus inesse debent; nam ceteris paribus, praestat infantem nutriri lacte materno; hoc enim illi magis accommodatum est, ac matres prolem suam prae aliis diligunt; et quemadmodum ante partum, ita quoque post partum cum rerum natura potius congruum est infantem a matre alimentum suum accipere. Quodsi quid sit, quod impediat, optimam nutricem eligere oportet, ne mater ante tempus senescat, exhausta quotidiana exsuctione; nam sicuti post sationem fructibus redditis arvum debilitatum est, ideoque in posterum sterile fit, ita etiam mulier infantem alens deinde quoque ante tempus senescit, quum unum tantum alimentum accipit et id, quod secedit ad infantis nutritionem necessario facit, ut corporis moles minus bene alatur. Melius igitur matri res cedit, ut

Ἄμεινον οὖν ἡ μήτηρ ἀπαλλάξει πρός τε τὴν ἑαυτῆς ἀνάκτησιν καὶ πρὸς τεκνοποιΐαν ἄλλων [1] ἀναπαυσαμένη καὶ τοῦ ὑπάρχειν τὸν μαστὸν ἐν ἀποτάσει· καθάπερ γὰρ καὶ τὰ λαχανευόμενα πρὸς [2] τῶν κηπευόντων ἐν ἄλλῃ μὲν γῇ σπείρεται χάριν τῆς ἀναφυήσεως, εἰς ἄλλην δὲ μεταφυτεύεται πρὸς τὴν εὐχερῆ τελείωσιν, ἵνα μὴ μία πρὸς ἀμφότερα κακοπαθήσῃ, [3] κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ βρέφος ἐρρωμενέστερον ἂν γένοιτο γεννηθὲν μὲν ὑφ' ἑτέρας, τρεφόμενον δὲ ὑπ' ἄλλης, ἐὰν ἡ τεκνώσασα διά τι πάθος ἐμποδίζηται τὴν τροφὴν ἐπιχορηγεῖν.

ΚΕΦ. λ΄.

Περὶ ἐκλογῆς τιτθῆς.

Ἐκλεκτέον δὲ τὴν τιτθὴν οὔτε νεωτέραν τῶν εἴκοσιν, οὔτε πρεσβυτέραν ἐτῶν τεσσαράκοντα, προκεκυηκυῖαν δὶς ἢ τρὶς, ἄνοσον, εὐεκτοῦσαν, εὐμεγέθη τῷ σώματι καὶ εὐχρουστέραν, μαστοὺς

1 ἀναπαυσαμένην codd. — 2 τὴν τῶν codd. — 3 κατὰ δὲ τὸν codd.

ipsi vires restituantur et liberos progignat, si requiescat ab aliis (laboribus) et a mammae irritatione. Nam quemadmodum plantae hortenses ab hortulanis in alia terra seruntur, ut pullulent, in aliam vero transportantur, ut facile adolescant, ne una terra ex utroque munere damnum accipiat, eodem modo infans quoque robustior evadet, si ab alia muliere generetur et ab alia enutriatur, quando puerpera propter aliquam affectionem impeditur, quo minus alimentum ei praebeat.

CAPUT XXX.

De delectu nutricis.

Eligenda est nutrix, neque iunior quam viginti annorum, neque aetate provectior quam annorum quadraginta, quae bis vel ter ante partum ediderit, morbis non laboret, bono

ἔχουσαν συμμέτρους, χαύνους, μαλακοὺς, ἀρρυσώτους, καὶ θηλὰς μήτε μεγάλας, μήτε μικροτέρας, καὶ μήτε πυκνοτέρας, μήτε ἄγαν σηραγγώδεις καὶ ἀθροῦν ἀφιείσας τὸ γάλα, σώφρονα, συμπαθῆ καὶ [φιλόστοργον], ἀόργιστον, καθάρειον, Ἑλληνίδα. Τούτων δὲ ἕκαστον παρακειμένους ἔχει τοὺς ἐπιλογισμούς· ἀκμάζουσαν μὲν γὰρ, ὅτι αἱ νεώτεραι ἄπειροι παιδοτροφίας ὑπάρχουσι καὶ ἀμελεστέρην ἔτι καὶ παιδικὴν ἔχουσι τὴν γνώμην· [μὴ] πρεσβυτέραν δὲ, διὰ [γὰρ] τὴν ἀτονίαν τοῦ σώματος [1] ὑδαρὲς γεννῶσι τὸ γάλα, ταῖς δὲ ἀκμαζούσαις [2] συνευτονεῖ πᾶν φυσικὸν ἔργον· προκεκυηκυῖαν δὲ δὶς ἢ τρὶς, ὅτι αἱ πρωτοτόκοι μὲν ἀκμὴν παιδοτροφίας ἀγύμναστοι καὶ παιδικὸν ἔτι καὶ ἀμέγεθες καὶ πυκνότερον τὸ σύγκριμα τῶν μαστῶν ἔχουσιν· αἱ δὲ πολλάκις μὲν ἀποκυήσασαι, πολλάκις δὲ νηπιοτροφήσασαι, [3] ῥακόεσσαι λεπτὸν καὶ οὐκ ἀκμαῖον ἀποτελοῦσι τὸ γάλα· [ἄνοσον δὲ, ὅτι τὸ γάλα ὑγιὲς μὲν] καὶ τρόφιμον ἐξ ὑγιεινοῦ σώματος, νοσῶδες δὲ καὶ φαῦλον ἐκ νοσεροῦ, καθάπερ καὶ τὸ διὰ τῆς γῆς

1 ὑδαρές τε codd.; fueritne olim scriptum ὑδαρές τε καὶ ὀλίγον? — 2 συνευτονεῖν codd. — 3 ῥακωδῶσαι codd.

corporis habitu, magnae staturae et boni coloris, modicas mammas habens, laxas, molles, sine rugis, et papillas nec magnas nec nimis parvas, et nec iusto densiores, nec valde cavernosas et confertim lac emittentes, continens, misericors et infantum amans, in iram non proclivis, munditiem servans, Graeca. Harum proprietatum singulae suam sibi habent rationem. In aetatis flore nempe eam esse oportebit, quia iuniores minime experientia noverunt infantis enutritionem et animo etiamnunc sunt negligentiore et puerili; non aetate provectiorem esse oportet, propter corporis debilitatem, nam propter corporis infirmitatem lac aquosum proferunt; in iis vero, quae in aetatis flore sunt, quaevis functio naturalis simul viget; bis autem vel ter partum edidisse debuerit, quia primiparae in infantum enutritione minime exercitatae sunt et mammarum constitutionem habent puerilem et parvam et densiorem; sin saepe pepererint et saepe infantibus alimentum praebuerint, confractae, tenue nec maturum lac producunt. Morbis autem sit libera, quia lac

φαύλης ῥέον ὕδωρ καὶ αὐτὸ γεννᾶται φαῦλον, ταῖς ἐκ τῶν εὐρυχωριῶν διαφθειρόμενον ποιότησιν· εὐεκτοῦσαν [1] δὲ, καὶ τοῦ αὐτοῦ μὲν χάριν, ἤδη δὲ καὶ εἰς τὸ μὴ ῥᾳδίως [πρὸς] τὰς ὑπηρεσίας καὶ τὰς νυκτερινὰς φροντίδας ἐξασθενεῖν, διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ γάλα μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ χεῖρον· εὐμεγέθη δὲ τῷ σώματι· τροφιμώτερον γὰρ τῶν ἄλλων ἐπίσης ἐχόντων τὸ ἀπὸ μεγάλων σωμάτων γάλα· εὐχρουστέραν δὲ, μείζων γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων αἰτία ἐπὶ τοὺς μαστοὺς ἀναφέρειν τὴν ὕλην, ὥστε πλεῖον τὸ γάλα γίνεσθαι· μαστοὺς δὲ ἔχουσαν συμμέτρους· οἱ μικροὶ μὲν γὰρ ὀλίγον ἔχουσι τὸ γάλα, οἱ ὑπέρογκοι δὲ, καὶ περιττότερον τοῦ δέοντος, ὥστε μετὰ τὴν τιτθείαν, εἰ μὲν ὑπομένοι τὸ πλεῖον, μηκέτι νεαρὸν αὐτὸ πρὸς τοῦ βρέφους ἑλκυσθήσεσθαι, τρόπῳ δέ τινι προδιεφθαρμένον· εἰ δὲ πᾶν ἀποθηλάζοιτο δι' ἄλλων παιδίων ἢ καὶ ἑτέρων ζῴων, καταλυθήσεσθαι γαλουχοῦσαν· εἶθ' οἱ μείζονες καὶ βαροῦσιν ἐπιπίπτοντες τοῖς [2] τρε-

1 δὲ τουτέστιν εὔσαρκόν τε καὶ ῥωμαλέαν καὶ τοῦ αὐτοῦ codd. — 2 τρεφομένοις· ἄλλως τε τινὲς ὑπολαμβάνουσιν ..... ὀλιγότερον πολλάκις ἔχειν τὸ γάλα πρὸς τὴν αὔξησιν τῆς σαρκὸς αὐτῶν δαπανωμένης τῆς εἰς αὐτοὺς φερομένης τροφῆς καὶ οὐκ εἰς τὸ πλῆθος τοῦ γάλακτος· χαύνους codd.

a sano corpore profectum sanum est, et rite alit, a corpore adversa valetudine afflicto pravum et morbosum, quemadmodum aqua etiam per terram vilem perfluens ipsa quoque prava in lucem prodit, corrupta proprietatibus latebrarum, unde provenit. Sit autem bono corporis habitu, eiusdem quidem rei gratia, sed etiam ne facile ex ministerio et curis nocturnis aegrotet, atque ideo etiam lac deterius fiat. Magna vero corporis forma; ceteris enim paribus magis alit lac, quod a magnis corporibus prodit. Bono vero sit colore; nam in his maior est causa cur materies adfluens mammas petat, ita ut plus lactis paretur. Mammas autem habeat modicas; nam parvae parum lactis habent, supra modum vero magnae plus quam requiritur, ita ut post lactationem si redundans illud immaneat, futurum sit, ut non amplius recens ab infante hauriatur, sed quodammodo iam ante corruptum; sin omne exsugeretur, sive per alios puellos, sive per alia animalia, futurum est ut mulier lac

φομένοις· χαύνους δὲ καὶ μαλακοὺς καὶ ἀρρυσώτους· [1] οἱ πυκνοὶ μὲν γὰρ καὶ σκληροὶ ὀλίγον [2] τὸ γάλα ποιοῦσιν, οἱ ῥυσοὶ δὲ καὶ ῥακώδεις, ὥσπερ ἐν τοῖς γραώδεσι καὶ ἀραιοῖς συγκρίμασιν, [3] ὑδαρές· τὰς δὲ θηλὰς μήτε μεγάλας, μήτε μικράς· αἱ μεγάλαι μὲν [γὰρ] [4] θλίβουσι τὰ οὖλα καὶ τῇ καταπόσει κωλύουσι συνεργεῖν τὴν γλῶσσαν· αἱ δὲ μικραὶ δύσληπτοι τυγχάνουσι καὶ κατ' ὀλίγον [5] ἐκδιδοῦσι τὸ γάλα, διὸ κακοπαθοῦντα τὰ βρέφη πρὸς τὰς ἐκμυζήσεις ταῖς λεγομέναις ἄφθαις εἴωθε περιπίπτειν· μήτε πυκνοτέρας, μήτε σηραγγώδεις ἄγαν καὶ ἀθρόον τὸ γάλα προϊεμένας· στενόποροι μὲν γὰρ οὐ ῥᾳδίως ἄνευ τοῦ θλίβεσθαι τὸ γάλα προΐασιν, ὥστε κακοπαθεῖν ἐν ταῖς ἐκμυζήσεσι τὰ βρέφη, μὴ ἐπιχορηγουμένου τοσούτου γάλακτος, ὅσον ἐσπούδακεν ἐπισπάσασθαι· [αἱ] δὲ ἄγαν σηραγγώδεις κίνδυνον ἐπάγουσι πνιγμοῦ, πρὸς γὰρ τὴν ἐκμύζησιν ἀθροῦν ἐπιφέρεται τῷ στόματι τὸ γάλα· σώφρονα δὲ πρὸς τὸ συνουσίας ἀπέχεσθαι καὶ μέθης, καὶ λαγνείας, καὶ τῆς ἄλλης ἡδονῆς, καὶ

1 Ante οἱ codd.: καὶ μήτε φανεροῖς καταπεπλεγμένοις τοῖς ἀγγείοις, μήτε θρομβώδεις συστάσεις ἐνεωρουμένας ἔχοντες. — 2 Ante τὸ γάλα mss. ferunt: καὶ καταπεπλεγμένοι τοῖς αἰτίοις ὀλίγον κ. τ. έ. — 3 ὑδαρεῖς οἱ δὲ θρομβώδεις συστάσεις ἔχοντες, παχὺ καὶ ὑπανώμαλον· τὰς δὲ κ. τ. έ. codd. — 4 θρομβοῦσι codd., sequor Oribasium. — 5 ἐκροφοῦσι codd.

habere desinat; tum maiores mammae gravant, quum illabantur infantibus; sint autem laxae et molles nec rugatae; nam densae ac durae parum lactis parant; rugosae vero et affectae veluti in vetularum et in rarorum corporum constitutionibus, aquosum; papillas vero habeat nec magnas, nec parvas, nam magnae premunt gingivas et impedimento sunt, quo minus lingua deglutionem adiuvet; parvae vero non facile prehenduntur et per parvas copias lac emittunt, quapropter infantes exsuctione laborantes, aphthis, quae dicuntur, affici solent; nec densiores sint, nec nimis cavernosae et quae confertim lac demittant; nam quae meatus angustos habent, nisi premantur, aegre lac emittunt, ita ut infantes exsuctione fatigentur, quum non tantum lactis praebeatur, quantum haurire studuerunt; valde cavernosae vero periculum suffocationis adferunt; nam dum sugit infans confertim eius ori lac adfluit. Sit autem nutrix continens

ἀκρασίας· αἱ συνουσίαι μὲν γὰρ μετὰ τοῦ τὴν πρὸς τὸ τρεφόμενον φιλοστοργίαν ἀποψύχειν περισπασμῷ τῆς ἐκ τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς ἔτι καὶ φθείρουσι τὸ γάλα καὶ μειοῦσιν, ἢ τελείως ἀφανίζουσι τὰς διὰ τῆς μήτρας ἐρεθίζουσαι καθάρσεις, ἢ συλλήψεις ἀποτελοῦσαι· διὰ δὲ τὰς μέθας πρῶτον μὲν ἡ γαλουχοῦσα βλάπτεται καὶ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ γάλα διαφθείρει· δεύτερον δὲ, ὕπνῳ δυσδιεγέρτῳ κατεχομένη καταλείπει τὸ βρέφος ἀνεπιμέλητον, ἢ καὶ [1] κίνδυνος ἐπ' αὐτῷ καταπίπτειν· τρίτον ἡ τοῦ πλείονος οἴνου ποιότης συναναδίδοται τῷ γάλακτι, καὶ διὰ τοῦτο νωθρὰ καὶ καρώδη, ποτὲ δὲ καὶ ἔντρομα καὶ ἀπόπληκτα καὶ σπασμώδη τὰ τρεφόμενα γίνονται βρέφη, καθάπερ συὸς τρύγα προσενεγκαμένης καροῦται καὶ σκοτοῦται τὰ γαλουχούμενα· συμπαθῆ δὲ καὶ φιλόστοργον, ἵνα καὶ τὰ τῆς ὑπηρεσίας ἀόκνως [2] παρέχῃ· ἔνιαι γὰρ οὕτως ἔχουσιν ἀπαθῶς πρὸς τὸ γαλουχούμενον, ὥστε μηδὲ ἐπὶ πολὺ κλαυθμυρίζοντος αὐτοῦ ποιήσασθαι πρόνοιαν, ἀλλὰ μηδὲ

1 κινδυνῶδες codd., et καταπίπτει. — 2 παρέχῃ καὶ ἀγογγύστως, quod corrnptum καὶ ἀνοργίστως refert, neque huius loci est. Vid. noster paulo post.

ut abstineat amplexu, et ebrietate, et libidine, et reliqua voluptate et intemperantia; nam amplexus praeterea quod caritatem erga infantem restinguunt, diversione facta per voluptatem ex veneris usu, etiam lac corrumpunt, vel minuunt, vel prorsus exstinguunt, excitantes purgationes per uterum, vel conceptionibus occasionem praebentes; in ebrietatibus vero primum quidem nutrix noxas patitur tum animo, tum corpore, ideoque etiam lac corrumpit; tum somno profundo detenta infantem sibi relinquit, neque eum curat; vel etiam periculum est, ne in eum illabatur; tertio nimii vini facultas cum lacte redditur, quare torpidi et somnolenti, quin nonnumquam etiam tremuli fiunt infantes et in apoplexias et convulsiones incidunt, quemadmodum suis, quae vini faecem devoraverit, porcelli sopore et vertigine tentantur. Sit autem nutrix misericors et infantum amans, ut sine mora ministerii sui officia praestet; nam quaedam eo usque infantem, cui lac praebent, negligunt, ut ne cum

[1] μετασχηματίσαι τὸ [2] τέκνον, ἐᾶσαι δὲ ἐφ' ἑνὸς σχήματος, [3] ὥστε πολλάκις διὰ τὴν ὀλίψιν προκακοπαθοῦν ναρκᾶν τε καὶ φαύλως [4] διατίθεσθαι τὸ νευρῶδες· ἀόργιστον δὲ, ὅτι φύσει συνεξομοιοῦται τὰ τρεφόμενα ταῖς τρεφούσαις, καὶ διὰ τοῦτο βαρύθυμα μὲν ἐξ ὀργίλων, ἐπιεικῆ δὲ ἐκ μετρίων γίνεται· καὶ ἄλλως μανιώδεις εἰσὶν αἱ θυμούμεναι καὶ φόβῳ κλαυθμυρίζον ποτὲ τὸ βρέφος ἐπισχεῖν μὴ δυνάμεναι ῥίπτουσιν ἐκ τῶν χειρῶν, ἢ καταστρέφουσιν ἐπικινδύνως· διόπερ οὐ δεισιδαίμονα δεῖ καὶ θεοφόρητον εἶναι τὴν γαλοῦχον, ἵνα μὴ παραλογισθεῖσά ποτε καὶ μανιωδῶς σαλευθεῖσα κινδύνῳ τὸ βρέφος περιβάλῃ· καθάρειον δὲ δεῖ εἶναι τὴν τιτθὴν, ἵνα μὴ διὰ τὴν τῶν σπαργάνων ὀσμὴν ὁ στόμαχος ἐκλύηται τῶν νηπίων, ἀγρυπνῇ τε διὰ τοὺς ὀδαξησμοὺς καὶ τὴν [5] ὕστερον ἕλκωσιν ὑπομένῃ· Ἑλληνίδα δὲ, χάριν τοῦ τῇ καλλίστῃ διαλέκτῳ ἐθισθῆναι τὸ τρεφόμενον ὑπ' αὐτῆς. Ἐχέτω δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον δυοῖν ἢ τριῶν μηνῶν γάλα· τὸ μὲν γὰρ πρόσφατον ἄγαν, ὡς ἐλέγομεν, παχυμερέστερον καὶ

1 σχηματίσαι codd. — 2 κοινὸν codd. — 3 ὡς codd. — 4 διατίθησι codd. — 5 ὑστεροέλκωσιν codd.

diu iam ploraverit quidem eius curam habeant, quin ne alio quidem habitu infantem reponant, sed in eodem manere sinant, ita ut saepe iam ante laesi nervi torpeant et male se habeant. Ne vero iracunda sit, quia naturâ infantes nutricibus suis similes fiunt, ideoque morosi ex iracundis, morigeri e sibi temperantibus fiunt; tum vero furiosae sunt iracundae et quum infantem nonnumquam prae metu plorantem compescere nequeunt, eum e manibus abiiciunt, vel periculoso modo in caput convertunt; quapropter minime superstitiosam esse et numine agi nutricem oportet, ne iudicio forte aberrans et furore agitata infantem in periculum inducat. Munditiem autem servet, ne propter fasciarum faetorem infantis stomachus exsolvatur, vel vigiliis vexetur propter morsus, vel postea ulcerationem patiatur. Graeca vero sit, ut infans ab ea nutritus pulcherrimo sermoni adsuescat. Habeat autem lac fere duorum, vel trium mensium; admodum recens enim, sicuti diximus, crassum est et difficulter digeritur; vetustum contra parum alit et

δυσδιοίκητον· τὸ δὲ παλαιὸν, ἄτροφον καὶ λεπτόν. Ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι δεῖ τὴν ἄρρεν μέλλουσαν τρέφειν ἄρρεν τετοκέναι, τὴν δὲ θῆλυ πάλιν θῆλυ, οἷς οὐ προσεκτέον· οὐ γὰρ θεωροῦσιν, ὅτι δι' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ γάλακτος αἱ τὰ δίδυμα τεκοῦσαι τρέφουσι, καὶ τὸ μὲν αὐτῶν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ· κοινῶς δὲ καὶ πᾶν γένος ζῴων τῇ αὐτῇ τροφῇ χρῆται καὶ τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ· καὶ διὰ τοῦτο [οὐ] πάντως ἢ τὸ ἄρρεν γίνεται θηλύτερον, ἢ τὸ θῆλυ ἀρρενικώτερον. Δεῖ δὲ τοῖς ἀσφαλῶς καὶ εὐτυχῶς τραφησομένοις παιδίοις πλείονας παρεσκευάσθαι γαλούχους· ἐπισφαλὲς γὰρ τὸ πρὸς μίας τρεφόμενον [1] συνειθίσθαι, καὶ νοσῆσαι δυναμένης αὐτῆς καὶ ἀποθανεῖν, ὁπηνίκα τῇ ἀλλαγῇ τοῦ γάλακτος ποτὲ μὲν ξενοπαθοῦν λυπεῖται τὸ νήπιον, ποτὲ δὲ καὶ παντελῶς ἀποστρεφόμενον λιμῷ διαφθείρεται.

ΚΕΦ. λα'.

Περὶ δοκιμασίας γάλακτος.

Δεῖ δὲ καὶ αὐτὸ προσεχέστερον τὸ γάλα κρίνειν, ὅπως ἄριστον

1 συνηθεῖσθαι codd.

tenue est. Nonnulli vero perhibent eam, quae masculum infantem enutritura sit, masculum peperisse debere, quae vero femininum, femellam; quibus obsequendum non est; neque enim perspiciunt gemellos in lucem edentes eodem lacte eos alere, quorum unus puerulus, altera puella sit, summatim autem quodvis animalium genus eodem alimento utitur, sive mares sint, sive femellae, nec propterea vel mas effoeminatior fit, vel femella virilior. Infantibus vero, qui tuto et fortunate enutrientur, paratae esse debent plures nutrices; anceps enim est uni infantem adsuevisse, quum illa aegrotare et mori possit, quo tempore mutatione lactis novitate alimenti laborans interdum quidem laeditur, interdum etiam, quum id plane aversetur, fame perit.

CAPUT XXXI.

De lactis probatione.

Oportet autem ipsum quoque lac accuratius diiudicare,

ἦ. Δοκιμάζεται δὲ πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ τὴν τιτθὴν τοιαύτην ὑπάρχειν, οἵαν τὴν ἀρίστην ὑπεδείξαμεν· δεύτερον ἐκ τοῦ τὸ ὑπὸ ταύτης τρεφόμενον παιδίον εὐεκτικὸν ὑπάρχειν· οὐ μὴν [1] εἴ τι σημεῖόν ἐστι τοῦ ἐπιτηδείου γάλακτος τὸ εὐεκτικὸν ἐξ αὐτοῦ τρεφόμενον παιδίον, διὰ τοῦτο καὶ τοὐναντίον τοῦ φαύλου σημεῖον ἂν γένοιτο, καθάπερ ὑπολάβοι τις [ἄν], τὸ ἀτρόφητον παιδίον· ἐνδέχεται δὲ τὸ γάλα μὲν ἐπιτήδειον εἶναι, τὸ δὲ παιδίον ὑπό τινος νοσήματος ἐμποδίζεσθαι πρὸς τὴν εὐεκτικὴν θρέψιν· καὶ γὰρ τῶν τελείων οἱ νοσοῦντες ἀτροφοῦσι καὶ τῆς ἀρίστης τροφῆς μεταλαμβάνοντος τοῦ σώματος, φθείροντες τὸ θρέψαι δυνάμενον, καθάπερ καὶ τὰ ὀξηρὰ τῶν ἀγγείων ἀφανίζει καὶ τὸν ἐγχεόμενον οἶνον εἰς αὐτὰ κἂν ἄριστος ᾖ. Τρίτον ἐκ τῶν συμβεβηκότων τῷ γάλακτι, χρόας, ὀσμῆς, συστάσεως, πήξεως, τῆς πρὸς γεῦσιν ποιότητος, τῆς ἐν χρόνῳ δυσμεταβλησίας· χρόας μὲν, εἰ λευκόν ἐστι συμμέτρως· τὸ μὲν γὰρ πελιδνὸν, ἢ ὑπόχλωρον ἔφθαρται, τὸ δὲ γυψῶδες, παχὺ καὶ δυσοικονόμητον, τὸ δὲ ξανθὸν ἄπεπτον καὶ ἀκατέργαστον, καὶ διὰ

1 ἔτι codd.

ut sit optimum. Probatur vero primum quidem inde, quod nutrix sit eiusmodi, qualem praestantissimam esse ostendimus; secundo loco inde, quod infans ab ea enutritus bono sit corporis habitu; nec tamen etiamsi boni lactis signum sit, infantem, qui id sumat, bono esse habitu corporis, idcirco etiam contra pravi signum erit, quod opinari aliquis possit, infans male nutritus; potest autem lac esse bonum, infans vero impediri morbo, quo minus ita alatur, ut bonum corporis habitum acquirat; nam illi quoque adulti, qui morbo laborant, male nutriti sunt, etiamsi corpus optimo alimento fruatur, quum id, quod alere possit, corrumpant, quemadmodnm etiam dolia acescentia vinum infusum pessumdant, licet sit optimum. Tertio vero loco ex iis, quae accidunt lacti, circa colorem, odorem, consistentiam, coactionem, facultatem saporis, diuturnam immutabilitatem. Quod ad colorem attinet, num modice album sit videbimus; nam lividum, vel pallide virescens, corruptum est, quod gypsi colorem refert, crassum et digestu difficile; flavum

τοῦτο τὴν αἱματώδη χρόαν ἐμφαίνει. Ὀσμῆς [1] δέ· οὐ γὰρ δεῖ δυσῶδες, ἢ βρωμῶδες, ἢ [2] τυρῶδες, [ἢ] ὀξίζον [ὑπάρχειν]· πᾶν γὰρ τὸ τοιοῦτον κακόχυμον. Συστάσεως δὲ, λεῖον καὶ ὁμαλὸν καὶ συνεχὲς ἑαυτῷ· τὸ γὰρ ἰνῶδες καὶ διαφύσεις ἔχον ἐρυθρὰς ἢ σαρκοειδεῖς, ἄπεπτον. Πήξεως δὲ καὶ παχύτητος, εἰ μετριοπαγές· τὸ μὲν γὰρ ὑγρὸν καὶ λεπτότερον καὶ ὑδαρὲς, ἄτροφον καὶ κοιλίας ἐκταρακτικόν· τὸ δὲ παχὺ καὶ [3] παγῶδες, δυσκατέργαστον καὶ ὅμοιον τοῖς ἀδρότερον μεμασημένοις σιτίοις ἀποφράττει τοὺς πόρους καὶ τὰς κυριωτάτας τοῦ σώματος κατέχον διαπνοὰς τὸν περὶ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐπάγει· τὸ δὲ ἀνώμαλον καὶ τὴν ὡς λεπτοῦ καὶ τὴν ὡς παχέος κατασκευάζει βλάβην. Γνωρισθήσεται [δὲ] τὸ μετριοπαγὲς διὰ τοῦ ἐπισταγὲν αὐτὸ ὄνυχι, ἢ φύλλῳ δάφνης, ἢ ἄλλῳ τινι παραπλησίως λείῳ πρᾴως πλατυνθῆναι καὶ ὥσπερ ἐν τῷ αὐτῷ σαλευόμενον μεῖναι σχήματι· τὸ μὲν [γὰρ] εὐθέως ἀπορρέον, ὑδαρές· τὸ δὲ μελιτοειδῶς συστραφὲν [4] καὶ μένον ἀκίνητον, παχύ· τὸ αὐτὸ δὲ κα-

1 δὲ χάριν codd., in quo fortasse latet infra inserendum ὑπάρχειν. — 2 τρυγῶδες codd., sequor Aëtium. — 3 ταγῶδες codd. — 4 κείμενον codd.

vero concoctu difficile et subactu, quapropter sanguineum colorem ostendit. Ex odore autem diiudicatur; nam nec male olere debet, vel gravis odoris esse, nec caseosum, neque acescere; omne enim, quod huiusmodi est, pravos humores facit. Consistentia autem sit laeve et aequale et particulis inter se continuis; nam quod fibras habet et strias innatas rubras, vel carnosas, aegre concoquitur. Coactione vero et crassitudine probatur, si modice cogatur; nam liquidum et tenuius, et aquosum parum alit et ventrem deturbat; quod vero crassum est et facile cogitur, difficile subactu est, ac similiter atque cibi non satis manducati meatus occludit, et praecipua corporis spiracula obsidens vitae periculum inducit, quod vero inaequale est cum tenuis, tum crassi noxas adfert. Lac autem mediae consistentiae ex eo cognoscetur, quod instillatum ungui, vel lauri folio, vel alii rei similiter laevi, lente in latum extenditur et quasi in eadem manet forma, cum commovetur; nam id, quod statim defluit, aquosum est; quod vero mellis in

ταλαμβάνεται καὶ ἐκ τοῦ κατὰ διπλασίονος ὕδατος ἐπιστάξαι τὸ γάλα καὶ πρὸς ὀλίγον αὐτὸ διαμεῖναν ὕστερον διαλυθῆναι [1] λευκὸν εἰς τὸ ἔσχατον διαφυλαχθέν· τὸ μὲν γὰρ εὐθέως διαλυόμενον, ὑδαρές· φαῦλον δὲ μᾶλλον, εἰ καὶ εἰς ἰνώδεις κατα-
5 λύοιτο [2] κτηδόνας, οἱονεὶ ἀπόπλυμα κρεῶν· τοῦτο δὲ καὶ ἄπεπτον. Τὸ δὲ μέχρι πλείονος χρόνου μὴ σκορπιζόμενον καὶ [3] ὑφιστάμενον, ὥστε τοῦ ὕδατος ἀποχυθέντος εὑρεθῆναι περὶ τῷ πυθμένι τυρῶδες, παχὺ καὶ δυσδιάλυτον. Διὰ δὲ τῆς πρὸς τὴν γεῦσιν ποιότητος, εἰ γλυκὺ καὶ στομῶδες· τὸ γὰρ ὑπόδριμυ, ἢ ὀξίζον,
10 ἢ πικρόν, ἢ ἁλμυρίζον ἢ στρυφνόν, καὶ ἐν τῷ ἐπιστάζεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς δριμύτητός τινος παρέχον ἔμφασιν, μοχθηρόν. Διὰ δὲ τῆς ἐν χρόνῳ δυσμεταβλησίας· ἄριστον [γὰρ] τὸ μὴ ἀποξυνόμενον ταχέως ἐν τῷ τίθεσθαι, μηδὲ ποιοῦν ὀρρὸν, ἢ παντελῶς ὀλίγον· νόστιμον γὰρ τὸ τοιοῦτον· τὸ δὲ ἀποξυνόμενον
15 εὐχερῶς ἐν τῷ τίθεσθαι καὶ πολὺν ἐργαζόμενον ὀρρὸν, ἄνοστον. Φαῦλον δὲ καὶ τὸ ἀφρῶδες· [4] πνευματοῖ γὰρ, καὶ τὸ ἔπαφρον

1 λευκὸν δὲ ὡς ἔσχατον διαφυλ. codd. — 2 κοτυληδόνας codd. — 3 ὑφιζάμενον codd. — 4 πνεύματι codd.

modum cogitur et sine motu remanet, crassum est. Idem autem inde quoque colligitur quod duplici aquae copiae lac instillatum et brevi tempore persistens postea dissolvitur, ad extremum usque album suum servans colorem; nam quod statim dissolvitur, aquosum est; deterius etiam, si in fibrosa filamenta dissolvatur, quemadmodum carnium lotura; quod etiam concoctu difficile est. Quod autem post longiorem moram non dissipatur et subsidet, ita ut aqua effusa caseosum in vasis fundo deprehendatur, crassum est et aegre dissolvitur. Sapore vero lac probamus, si sit dulce et gratum, nam quod subacre est, vel acescens, vel amarum, vel salsuginosum, vel austerum et oculis instillatum acrimoniae sensum aliquem suscitat, pravum est. Immutabilitate vero per longius tempus; optimum enim id, quod non cito acescit, ubi deponitur, nec multum seri praebet, vel nullum omnino; tale enim bene alit; quod vero, ubi seponitur, facile acescit et multum seri praebet, parum alit. Pravum est quoque spumosum, nam flatum gignit, et spuma

τοῦ ὑγροῦ [1] εἰς πομφόλυγας διογκούμενον κατὰ παράθεσιν γίνεται [αἰτία] πνεύματος πλείονος· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ παχύτητος τοῦτο τεκμήριον· διορισθήσεται δὲ ἐκ τοῦ τὰς ἐπιγινομένας πομφόλυγας ἐπιμένειν ἄχρι πλείονος, ὡς ἂν τοῦ πνεύματος κωλυομένου συντόμως διαπνεῖσθαι διὰ τὴν παχύτητα τοῦ γάλακτος. [2] Ζητεῖται δὲ καὶ πότε δεῖ τὸ γάλα δοκιμάζειν· οἱ πλείους μέν φασιν, ὅτι εἰ μηδὲν τὰ περὶ τὴν δίαιταν ἡμάρτηται τῆς τιτθῆς, εὐπέπτηκε δὲ καὶ ὕπνωκεν αὐτάρκως καὶ ἀποτέτριπται τὸ περίσσευμα, νῆστις δὲ ἀκμήν ἐστιν, [3] μηδὲν δὲ φαρμακῶδες εἰληφυῖα· τὸ γὰρ φύσει καλὸν γάλα διὰ τὴν [4] προάγουσαν κακοδιαιτησίαν λοξόφαυλον εἶναι μεταβαλὸν πρὸς ὀλίγον, ὡς καὶ τὸ πνεῦμα τῶν ἀπέπτων δυσῶδες γίνεται προσκαίρως, οὐκ ἐνδιαθέτως· τινὲς δὲ τοὐναντίον μετὰ κακοδιαιτησίαν· τὸ γὰρ μηδὲν πρὸς [5] τὰ [εἰς] φαῦλον αὐτὸ τρέπειν δυνάμενα διαφθειρόμενον, ἄριστον. Ἡμεῖς δὲ ἀμφοτέραις ταῖς διαίταις τὸ γάλα κρίνομεν· τὸ γὰρ ἐπὶ μηδεμίᾳ διαίτῃ φθειρόμενον, ἄριστον· τὸ δὲ μηδ'

1 καὶ εἰς codd. — 2 ζητεῖσθαι codd. — 3 μηδὲν φαρμάκῳ δὲ συνειληφυῖα codd. — 4 προσάγουσαν codd. — 5 τὰ φαῦλα codd.

liquoris in bullas extumescens, dum partibus corporis adponitur, causa fit iusto pluris spiritus; idem interdum crassitudinis signum est: quod definitur inde quod bullae exortae diutius persistant, quippe spiritu lactis spissitudine impedito, quo minus brevi tempore dissipetur. Praeterea quaeritur, quando lac probare oporteat; plerique dicunt, si nullum peccatum in nutricis victus ratione sit commissum, si bene cibum concoxerit, et satis dormiverit, et excrementa deiecerit, prorsus vero ieiuna sit, nec quidquam, quod medicamenti loco sit, sumserit; nam lac indole sua bonum protracto pravo vitae regimine sensim mutari et pravum fieri, quemadmodum cruditate laborantium spiritus aliquamdiu foetidus redditur, non tamen constanter; alii contra lac probandum esse opinantur post pravam victus rationem; optimum enim esse, quod minime corrumpitur iis, quae id in pravum vertere possint. Nos vero utroque vitae regimine lac diiudicamus; nam quod nullo vitae regimine corrumpitur, praestantissimum est; id vero, quod

ἐν τῇ ὑγιεινῇ τὰς κακίας ἀποβάλλον, φαυλότατον· τὸ δὲ καταλλήλως τῇ διαίτῃ τρεπόμενον, μέσον· ὅθεν καὶ πρὸς τὸ ἄριστον αὐτὸ [1] παραμένει.

ΚΕΦ. λβ'.

Πῶς διαιτητέον τὴν τροφόν.

Οὐ παρέργως δὲ δεῖ προνενοηκέναι τῆς τιτθῆς, ἵνα μήτε φθειρομένου τοῦ γάλακτος νοσηλεύηται τὸ βρέφος, μήτε ἐνδεοῦς γενομένου ἀτροφήσῃ τὸ νήπιον καὶ κακωθῇ τὴν κατάποσιν, [2] ἕλκον μὲν τὴν θηλὴν ἐπὶ πλείονα χρόνον, οὐχ εὑρίσκον [δὲ] ἐκπληρῶσαι τὴν ὄρεξιν. Ἁρμόζει τοίνυν τὴν μὲν ἀργίαν καὶ τὴν ἀκινησίαν τοῦ σώματος φεύγειν· παχὺ γὰρ ἐπ' αὐτῆς καὶ δυσδιοίκητον τὸ γάλα γίνεται· χρῆσθαι δὲ καὶ γυμνασίοις, [3] μὴ τοῖς βαρυτέροις καὶ ἀθλητικοῖς· ἐπιπονώτερα [4] γὰρ ἢ κατὰ γυναῖκάς

1 παραμένειν codd. — 2 ἕλκωμεν codd. — 3 οὔτε codd. — 4 δέ codd.

ne in sano quidem vitae regimine pravitates suas deponit, vilissimum; quod vero una cum victus ratione commutatur, medium locum tenet; et eiusmodi quoque esse pergit, si cum optimo comparetur.

CAPUT XXXII.

Quam victus rationem nutrici praescribere oporteat.

At minime obiter nutrici prospicere oportet, ne corrupto lacte infans aegrotet, nec deficiente eo recens natus parum alatur eiusque guttur laedatur, quum diu papillam attrahat, sed non reperiat quo appetitum suum expleat. Conducit igitur otium et quietem corporis vitare, quippe quibus crassum et digestu difficile lac redditur. Utendum praeterea exercitationibus, iisque nec gravioribus neque athleticis; nam hae laboriosiores sunt quam pro muliere et materie impensa

ἐστι ταῦτα, καὶ, τῆς ὕλης περιελκομένης εἰς τὴν εὐεκτικὴν τοῦ σώματος θρέψιν, ἔλαττον ἀεὶ τὸ γάλα γίνεται· τοῖς δὲ μετρίοις τε καὶ κούφοις. Διόπερ τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τῶν ὕπνων ἐγειρομένη τῆς κοίτης μὴ παραυτίκα ἐξανιστάσθω πρὶν τῆς τροφῆς αἴσθηται διοικουμένης καὶ τοῦ μὲν ὑποχονδρίου κούφου, τῆς γαστρὸς δὲ λαγαρᾶς καὶ τῶν ἐρυγῶν διακένων, καὶ μήτε καπνωδῶν, μήτε ὀξωδῶν· εἶτα περὶ τὴν διάτριψιν ἀσχοληθεῖσα τῶν περισσευμάτων ἐπὶ περίπατον ἐξίτω, μετὰ δὲ ταῦτα [1] ἐπὶ τὴν δι' ὑποζυγίων ἀἰώραν· ἐπιτηδευέτω δὲ καὶ τοῖς γυμνασίοις ἐκείνοις διαπονεῖν τὸν ὄγκον, οἷς δύναται μὲν σαλευθῆναι πάντα τὰ μέρη, ἐπὶ [2] πλεῖον δὲ τὰ περὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς ὤμους, ἕνεκα τοῦ τὴν τροφὴν ἐκεῖ φέρεσθαι μᾶλλον. Ἐκ δὲ [3] τούτων ἐστὶν ἥ τε διὰ σφαίρας παιγνία καὶ μάλιστα τῆς διακένου καὶ [ἡ] διὰ τῶν κούφων ἁλτηρῶν βολή· ταῖς δὲ πενιχροτέραις τὸ ἐρέσσειν, ἢ καὶ ἀνιμᾶν κάδον, [4] καὶ τὸ πτίσσειν, καὶ ἀλήθειν καὶ σιτοποιεῖν καὶ στρωννύναι κοίτην, καὶ ὅσα κατ' ἐπίκυψιν ποσὴν ἀποτελεῖται τοῦ σώματος. Τά τε γὰρ ἄνω μέρη γυμνάζεται μᾶλλον καὶ ἀπαιωρούμενοι μέχρι πλείονος οἱ μαστοὶ,

1 καὶ τὴν codd. — 2 πλείονα codd. — 3 τοῦ codd. — 4 καταπεσεῖν codd.

in nutritionem, qua bonus corporis habitus comparetur, lactis copia continenter decrescit, sed modicis utendum et levibus. Quapropter ne, cum primum e somno expergescit, statim de lectulo surgat, antequam animadvertat cibum esse digestum et hypochondrium leve esse, ventrem vero laxum et eructationes inanes, nec fumosas, neque acescentes. Dein tempore dato excrementorum detersioni exeat deambulatum, posteaque ut iumentis vehatur; operam autem det, ut iis quoque exercitiis corpus elaboret, quibus omnes quidem partes commoveantur, magis vero illae, quae circa manus sunt et humeros, ut eo alimentum maiore copia advehatur. Ex his autem est lusus cum pila praecipueque cava et iactus halterum levium; pauperibus vero utile est remigare, vel cado lori ope aquam haurire, et pinsere et molere et panem praeparare et lectulum sternere et quae corpore aliquantum prono peraguntur. Nam partes superiores plus exercentur et diutius dependent mammae, ita ut neque ipsae

[1] ὡς μήτε αὐτοὺς μένειν ἀργούς· νοστιμώτερον γὰρ καὶ πλεῖον ἀποτελοῦσι τὸ γάλα, τῆς ὕλης ἐπ' αὐτοὺς ἀφθόνως φερομένης. Διὸ καὶ λελυμένους αὐτοὺς ἀεὶ μὲν ἔχειν συμφέρει πρὸς τὸ μὴ διὰ τῆς περιειλήσεως ἀνακοπὴν γενέσθαι τοῦ γάλακτος· μάλιστα δὲ περὶ τὸν καιρὸν τῶν γυμνασίων, ἕνεκα τοῦ συγκινηθῆναι ὅλοις τοῖς σώμασιν. Μετὰ δὲ τὰ γυμνάσια ταῖς μὲν πλείοσιν ἡμέραις ἐπὶ μόνου μένειν τοῦ ἀλείμματος. τὰ λουτρὰ γὰρ ἐξυδατοῖ τὸ γάλα· ἐκ διαστήματος δὲ καὶ λουσάσθω, μὴ τῷ θερμῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ψυχρῷ [2] μετὰ τὸ θερμόν. Ἐν δὲ τῇ τροφῇ τὰς μὲν κακοχύμους καὶ ἀτρόφους καὶ δυσπέπτους παραιτεῖσθαι, τὰς εὐχύμους δὲ καὶ τροφίμους καὶ εὐοικονομήτους παραλαμβάνειν· κατ' εἶδος δὲ παραιτεῖσθαι πράσα [3] καὶ κρόμμυα, σκόροδα, ῥαφάνους, ὄσπρια, καὶ πάντα τὰ ταριχευτά· δριμὺ γὰρ ποιεῖ τὸ γάλα· καὶ τὰ πλείονα τῶν λαχάνων· ἄτροφα γάρ ἐστι καὶ ὑδαρῆ· κρέα τε προβάτεια καὶ βόεια, μάλιστα δὲ τούτων [τὰ] ὀπτὰ, κακοστόμαχα [γὰρ] καὶ δυσδιοίκητα, καὶ κακόχυλα

1 τοῦ μήτε codd. — 2 μετὰ τοῦ θερμοῦ codd. — 3 καὶ τὰ κρόμυα, σκόροδα, ταρίχους, ῥαφ. codd.

otiosae maneant, nam melius alens et copiosius lac proferunt, materie largiter ad eas adfluente. Quare conducit eas semper solutas habere, ne earum obvolutione lactis repulsio fiat, praesertim vero exercitationum tempore, ut una cum toto corpore moveantur. Post exercitationes vero maiore dierum numero eam solum ungere oportet; balnea enim lac aquosum reddunt; per intervalla tamen lavetur quoque non solum calida, sed post calidam etiam frigida. In cibis vero illi, qui pravi succi sunt et parum alunt et concoctu sunt difficiles, vitandi sunt; usurpare contra oportet qui boni sunt succi et multum alunt et facile digeruntur. Specialiter vero repudiare oportet porrum et allium et cepas, legumina et quodlibet salsamentum; nam lac reddunt acre; et olera pleraque; parum enim alunt et aquosa sunt; item carnem ovillam et bubulam praecipueque assatam, quum stomacho inimica sit et digestu difficilis; sunt illae carnes etiam pravi succi, nempe ut abundanter lac praebeant. Sumat autem panem purum subactum et fermen-

ταῦτα πρὸς γάλακτος ἀπόδοσιν ἐκτενοῦς. Λαμβάνειν δὲ καθαρὸν ἄρτον πεπονημένον τε καὶ ζυμίτην ἀπὸ σηταν[ί]ων γεγονότα πυρῶν, [1] ᾠῶν λεκίθους, νεοσσοὺς περιστερῶν καὶ τῶν κατοικιδίων ὀρνίθων, ἰχθῦς τε πετραίους, λάβρακας, τρίγλας καὶ κοινῶς τοὺς εὐστόμους τε καὶ εὐστομάχους, καὶ εὐχύμους, καὶ τὰ τῶν νεωτέρων χοίρων κρέα [2] ἢ τὸν ἐγκέφαλον. Φεύγειν δὲ πᾶν τὸ πολυάρτυτον καὶ κεκαρυκευμένον· κολακεῦον γὰρ ἐπὶ πολὺ τὴν γεῦσιν ἀπεψίας παρασκευάζει, δι' ἃς φαρμάσσεται τὸ γάλα τοῖς ἐν τῷ σώματι παραπλησίως. Διὸ καὶ τῆς συμμετρίας τῶν λαμβανομένων στοχάζεσθαι χρὴ, ἵνα μὴ διὰ τὸ πλῆθος ἀπεψία γένηται, λη[φ]θῇ δὲ ὅσα ῥᾳδίως πεφθήσεται, καὶ μάλιστα εἰ διὰ τὴν τοῦ βρέφους ἐπιμέλειαν καὶ ἀγρυπνίαι παρεμπίπτουσιν· [3] ὡρισμέναις δὲ δεῖ καὶ ταῖς εἰρημέναις τροφαῖς χρῆσθαι τὴν γαλουχοῦσαν. Λαμβανέτω δὲ ταῖς πρώταις ἡμέραις ἑπτὰ καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον δὲ ἀεὶ τὴν ἁπλῆν καὶ εὐοικονόμητον τροφὴν, οἷον ῥόφημα πολὺ, τὸ λιπαρώτερον, καὶ ᾠὰ καὶ ἄρτον καὶ ποτὸν ὕδωρ· εἰ δύνατον δὲ, καὶ πρὸ μιᾶς τοῦτο διδόναι· λεπτότερον

1 ὠλιθάτους, ἐγκέφαλον κιχλῶν, νεοσσοὺς codd. — 2 ἢ τὸν ἐγκ. dedi e supra omissis ἐγκ. κιχλῶν; vid. infra in hoc capite. — 3 ὡρισμένοις codd.

tatum, de tritico sitaneo paratum, ovorum vitellos, pullos columbinos et gallinaceos, et pisces saxatiles, labraces, turdas et summatim qui grati saporis sunt et ventriculo amici et boni succi, et iuniorum porcellorum carnes, vel cerebrum. Fugiendum autem quodcumque multum conditum est, et cum intritis exquisite praeparatum, nam sapori multum blandientia cruditates inducunt, per quas lac inficitur perinde atque humores in corpore. Quapropter etiam ad modicam copiam eorum, quae assumuntur, mentem advertere oportet, ne propter nimiam cruditas oriatur, sed ut capiatur tantum, quantum facile concoquatur, maximeque ubi propter infantis curam etiam vigiliae futurae sunt. Dictis autem cibis etiam definita ratione est utendum nutrici. Sumat autem primis septem diebus, quin fere semper, alimentum simplex et quod facile digeratur, veluti multam sorbitionem eamque pinguiorem, et ova, et panem, et in potu aquam; si quidem fieri possit, etiam pridie illud ali-

γὰρ ἐκ τούτου καὶ εὐκατεργαστότερον τὸ γάλα γίνεται· τοιούτου γὰρ τὸ βρέφος χρήζει βρυῶδες ἔτι τυγχάνον καὶ στενόπορον, ὥστε δυσδιόδευτον εἶναι πρὸς τὸ παχύτερον ἀκμὴν γάλα. Μετὰ δὲ τὴν πρώτην ἑβδομάδα καὶ ἰχθύδιον τρυφερὸν σὺν τοῖς εἰρημένοις, ἢ νέων χοίρων σάρκας ἢ ἐγκεφάλους ἕως δευτέρας καὶ τρίτης ἑβδομάδος, ὥστε τροφιμώτερον τὸ γάλα γίνεσθαι. Μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἢ τρίτην [1] ἑβδομάδα τροφιμωτέρας ὕλης κἀκ τῶν μέσων λαμβανέτω τι πτηνῶν· εἶθ' οὕτως πρὸς λόγον τῆς τοῦ βρέφους τονώσεως καὶ αὐξήσεως, καὶ τῶν μειζόνων· εἶτα καὶ κρέας λάγειον ἢ δορκάδειον ἢ ἐρίφειον· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ χοίρειον· τὸ γὰρ ἐκ τῆς εὐτροφωτέρας ὕλης γάλα, τροφιμώτερον· ὕστερον δὲ ποικίλοις χρήσθω σιτίοις, ἵνα καὶ τὸ βρέφος ἐθίζῃ πρὸς τὴν ποικιλίαν τῶν δυνάμεων· συναναφέρονται γὰρ αἱ ποιότητες τῶν λαμβανομένων τι σὺν τῷ γάλακτι· διὸ καὶ τὸ μὲν τῶν αἰγῶν εὐστομωτερόν ἐστι καὶ παραστῦφον, ἐπεὶ τοιαύταις πόαις χαίρουσιν αἱ αἶγες τρεφόμεναι· τὸ δὲ τῶν προβάτων, ἀστομώτερον καὶ

1 ἑβδ. τουτέσται πηγνυμένου τοῦ νηπίου καὶ δεκτικοῦ γινομένου τροφ. codd.

mentum praebendum est; nam eo lac tenuius fit et concoctu facilius, cuiusmodi infanti opus est, quum etiamnunc sit tener et meatus angustos habeat, ita ut lac prorsus crassum pertransire non facile possit. Post primos vero dies septem etiam pisciculus mollis cum ante dictis concedendus est, vel iuniorum porcellorum carnes, vel etiam cerebrum, usque ad secundum vel tertium dierum septenarium, ita ut lac magis alens evadat. Post secundum vero vel tertium dierum numerum septenarium etiam materiae magis alentis aliquantum et de avibus mediae magnitudinis sumat; dein prouti infans robustior fit et excrescit etiam de maioribus; dein etiam carnem leporinam, vel de capra sylvestri, vel cervinam, postea etiam porcinam; nam lac de magis nutriente materie proveniens ipsum quoque plus nutrit. Tandem variis cibis eam uti oportet, ut infantem varietati facultatum adsuefaciat; nam eorum, quae sumuntur, facultates cum lacte una communicantur; propter quam causam caprinum quidem sapore est gratius et aliquantulum adstringens, quia eiusmodi herbis vesci capellae deamant, ovillum vero minus gratum

[1] γλύκιον, ὅτι τοιαύτη καὶ ἡ τροφὴ τῶν προβάτων· τὸ δὲ ποτὸν ὕδωρ ἄχρι μὲν τεσσαράκοντα ἡμερῶν λαμβανέτω τὸ ἐλάχιστον· τὸ δ' ἐντεῦθεν οἰνομέλιτος μίαν καὶ δευτέραν ἡμέραν [2] ποσόν. Διευτονήσαντος δὲ τοῦ βρέφους καὶ παγέντος καὶ μετὰ εὐτροφίας εὐχροήσαντος, οἰνάριον πινέτω λευκὸν, διαυγὲς, ἀβάλασσον, μετρίως ὑπαύστηρον, μέσον δὲ κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλ' [3] ἅπαξ τὸ πρῶτον καὶ διά τινων ἡμερῶν, εἶτα καὶ παρὰ δύο καὶ παρὰ μίαν, μετὰ δὲ τοῦτα καὶ καθ' ἡμέραν καὶ οὐ μόνον ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δίς· εἶτα καὶ ὅσον ἱκανὸν παρηγορῆσαι τὸ δίψος· οὕτω γὰρ ἀβλαβῶς τὸ βρέφος ὑπὸ τοῦ πεποιωμένου τῷ οἴνῳ τραφήσεται γάλακτος, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἀβλαβῶς τὴν δύναμιν ταύτην φέρειν οὐ πεφυκός. [4] Μὴ ἀπορήσῃ δέ τις πῶς οὖν ἁπάσας [5] ἐν ὑστέρᾳ ὑπάρχον πρὸ τῆς ἀποτέξεως ἔφερε τὰς εἰρημένας ποιότητας, τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ οἶνον καὶ ποικίλην τροφὴν προσφερομένης· πρὸς ὃν λεκτέον, ὅτι ταῖς τῆς μητρὸς δυνάμεσι τότε διοικούμενον, ὡσπερεὶ μέρος, οὐκ ἔκαμνεν· μετὰ δὲ τὴν ἀπότεξιν, ἰδίᾳ χρησάμενον ὑποστάσει καὶ ἀσθενεῖς ἔτι

1 γλυκὺ ὂν codd. — 2 πόσιν codd. — 3 ἅπαξ δὲ κατὰ τὸ πρῶτον codd. — 4 μὴ διαφορήσει τις codd. — 5 ὕστερον codd.

et dulcius, quia tale etiam alimentum ovium est; aquam vero in potu sumat dies quadraginta saltem; dein vini melliti aliquantulum uno alteroque die. Infante autem robustiore facto et solidiore et, quum bene alatur, simul bene colorato, vini aliquantum sumat albi, pellucidi, sine aqua marina addita, modice subausteri, mediocriter vetusti, sed primum semel et quibusdam diebus intermediis relictis, tum tertio et altero quoque die, postea vero etiam quotidie, nec semel tantum, sed etiam bis; tandem quantum sufficiat ad sitim explendam; qua ratione infans citra damnum nutrietur lacte vini facultate imbuto, quum antea naturâ suâ facultatem illam ferre non potuerit. Neque quaerat aliquis, qui fiat ut quum in utero sit omnes supra dictas facultates ferat, matre et vinum et cibos varios sumente; huic respondendum est eo tempore factum, tanquam qui pars sit matris, huius facultatibus nutritum, non aegrotare; sed post partum, quum per se subsistat, et functiones vitales in eo

τὰς ἐνεργείας ἔχον, εὐμαρῶς ἐπὶ τὸ πληκτικώτερον πάσχει· καθ' ὃν τρόπον καὶ τὰ φυτὰ προσηνωμένα μὲν ἔτι τοῖς μεγάλοις δένδρεσι καὶ τῇ τούτων συνδιοικούμενα στερεότητι καρποφορεῖ τε καὶ ἀνέμων ἐμβολὰς ὑποφέρει, χωρισθέντα δὲ καὶ πρὸς ἰδίαν ὑπόστασιν φυτευθέντα ῥᾳδίως ἐξ ὀλίγης βλάπτεται. [1] Οὐ τοίνυν ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι τὴν γαλουχὸν ἐξ οἴνου νῦν νομιστέον μηδὲ τὸ βρέφος κακωθήσεσθαι· διαλογιστέον δὲ [2] ὅτι κατὰ τὴν αὐτοῦ σύστασιν εὐτονώτερος ὁ οἶνος· ἔνθεν τὰ πολλὰ τῶν ἀμελῶς τρεφομένων ἐπιληπτικοῖς ἁλίσκεται σπασμοῖς.

ΚΕΦ. λγ'.

Τί ποιητέον σβεννυμένου τοῦ γάλακτος, ἢ φθειρομένου, ἢ παχυνομένου, ἢ λεπτυνομένου.

Ἐλαττουμένου δὲ τοῦ γάλακτος [3] [ἢ] καὶ [παντάπασι] σβεννυμένου, ἢ παχυνομένου, ἢ λεπτυνομένου, ἢ φθειρομένου πα-

1 οὐκ ἐκ τοῦ τοίνυν μὴ codd. — 2 ὅτι τῆς κατὰ τοῦ συστάσεως εὐτονώτερον codd. — 3 Uncis intersepta Aëtio debentur.

sint debiles, facile affici a re aliqua irritante, sicuti etiam surculi cum magnis arboribus etiamnunc coniuncti et simul sustenti harum solida materie fructus ferunt et ventorum impetum perferunt; ab illis vero separati et per se transplantati facile a parvo eorum impetu laeduntur. Non tamen existimandum, quia nutrix a vino non laeditur, neque infantem noxas esse experturum, sed iudicandum est, vinum pro eius constitutione esse valentius; unde plurimi infantes negligenter enutriti convulsionibus epilepticis prehenduntur.

CAPUT XXXIII.

Quid agendum sit, lacte exstincto, vel corrupto, vel crassiore, vel tenuiore facto.

Decrescente vero lacte, vel etiam prorsus exstincto, vel crassiore, vel tenuiore facto, vel corrupto, infantem alii

ραδοτέον τὸ βρέφος· καλὸν μὲν γὰρ ἑτέρας τιτθῆς γάλα διδόναι. Μὴ ἐπιτρεπούσης δὲ τῆς περιστάσεως, τὴν παροῦσαν διαιτᾶν, ὡς μὴ νόσῳ περιπεσεῖν τὸ βρέφος. Ἀποσβεννυμένου τοίνυν τοῦ γάλακτος, [1] ἐπιθεωρητέον πότερον διὰ νόσον γίνεται τοῦτο μερικὴν ὑστέρας, ἢ καὶ ἄλλων τινῶν τόπων, ἢ καὶ [δι'] ὅλου τοῦ σώματος ἀτροφίαν κοινῶς ἐλαττοῦται τὸ γάλα, ἢ φυσικῶς μηκέτι τῆς φύσεως τοσοῦτον ἀπογεννᾶν δυναμένης, ὅσον [2] ἱκανόν ἐστι τῷ τρεφομένῳ. Κἂν μέν τις νοσώδης ὑποπίπτῃ διάθεσις, ταύτην δεῖ ἀκολούθως ἀνασκευάζειν· τοῦ γὰρ πάθους λυθέντος καὶ ὁ [3] παρεμποδισμὸς λύεται τῆς ἐνεργείας· ἐὰν δὲ μὴ διὰ πάθος, γυμνασίοις δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀνειμένοις καὶ περιπάτοις καὶ τρίψεσι ταῖς δι' αὐτῆς καὶ ταῖς δι' ἄλλων μετὰ κατοχῆς πνεύματος, ἐπὶ τέλει δὲ καὶ τοὺς μαστοὺς τρίβειν ἠρέμα. Χρῆσθαι δὲ καὶ ἀναφωνήσει καὶ λουτρῷ καὶ τροφαῖς εὐχύμοις καὶ τῇ διαχύσει τῆς ψυχῆς, καὶ τοῖς δυναμένοις μάλιστα γυμνάζειν τὰ ὑπερκείμενα μέρη· διὰ τούτων γὰρ εἰς [4] εὐτροφίαν ἀγομένου

1 Ita Aëtius, θεωρητέον codd., cum spatio vacuo ante vocem. — 2 ἱκανῶς codd. — 3 παραποδ. codd. — 4 ἀτροφίαν codd.

tradere oportet; nam utile est alius nutricis lac illi praebere. Rebus vero id non ferentibus, nutrici praesenti victus rationem praescribere oportet eiusmodi ut ne in morbum infans incidat. Lacte igitur exstincto considerandum est, num hoc fiat propter morbum solius uteri, vel etiam aliorum quorundam locorum, an propter universi corporis nutritionem communiter laesam lactis copia minuatur, an naturaliter, non amplius tantum producere queunte naturâ, quantum infanti sufficiat. Et si qua morbosa conditio adsit, eam secundum ipsius rationem tollere oportet; affectione enim soluta solvitur etiam impedimentum functionis. Sin non propter affectionem, exercitationibus utendum est levioribus et deambulatione et frictionibus, tum quas ipsa faciat, tum quas aliae peragant, cum spiritus retentione; sub finem praeterea leniter mammam fricare oportet. Utendum quoque declamatione et balneo et alimentis boni succi et animi oblectatione et iis, quae praesertim superiores corporis partes exerceant, nam corpore horum ope ad bonam

τοῦ ὅλου σώματος, [1] συνευτροφεῖ καὶ τὰ περὶ τοὺς μαστούς. Συνεχεστέρα δὲ ἔστω καὶ ἡ ἐκμύζησις· πρὸς γὰρ τὴν τοιαύτην αἴσθησιν ὕλης ἐπιφορὰ γίνεται πλείονος. Μνησίθεος δὲ δὶς τῆς ἡμέρας ἐμέτῳ χρῆσθαι παραινεῖ, μὴ ἐφιστὰς ὅτι διὰ τῶν ἐμέτων διαφθορὰ γίνεται μᾶλλον, χωρὶς εἰ μὴ χρόνιον νόσημά τι θέλοι διορθώσασθαι. Τινὲς δὲ τοῖς ἀρωματικοῖς ποτήμασιν ἐχρήσαντο καὶ τοῖς καταποτίοις [τοῖς διὰ] τοῦ γάλακτος λεγομένοις· ἔδοσαν δὲ καὶ τοὺς μαστοὺς ἐσθίειν τῶν πολυγαλακτούντων τῇ φύσει ζῴων· οἱ δὲ γλαῦκάς τε καὶ νυκτερίδας ἔκαυσαν καὶ τὴν σποδιὰν αὐτῶν τοῖς πινομένοις ἐπέπασσον, ἢ μεθ' ὑγροῦ τινὸς [2] τοῖς μαστοῖς ἐπέχριον, [3] ὥνπερ ἀποδοκιμαστέον ἕκαστον· τὸν γὰρ στόμαχον ἀνατρέποντα καὶ [4] διαφθορὰν ἐργαζόμενα διπλασιάσει τὴν [5] ἀτροφίαν. Πλείονος δὲ γενομένου γάλακτος τοῖς εὐτονωτέροις γυμνασίοις τὰ σώματα [6] δεῖ καταπυκνοῦν. Παχυτέρου δὲ ὄντος, λουτροῖς τε [7] χρήσθω καὶ τροφαῖς ῥοφηματώδεσι καὶ τοῖς ὀλιγοτρόφοις τῶν προσφερομένων καὶ ὑδροποσίᾳ. Τινὲς δὲ, ὧν εἰσιν οἱ περὶ Μοσχίωνα καὶ Πάριν, ἔδοσαν καὶ ῥα-

1 συνευτρέφει codd. — 2 τοὺς μαστοὺς codd. — 3 ἅπερ codd. — 4 φθορὰν codd. — 5 ἀποτροφίαν codd. — 6 δὲ codd. — 7 χρὴ ὡς codd.

nutritionem restituto, etiam mammae simul bene aluntur. Magis etiam continens fiat exsuctio, nam ad huius sensum plus materiae ad partes advehitur. Mnesitheus autem bis quoque die vomitionibus uti suadet, non animadvertens per vomitiones maiorem fieri ciborum corruptionem, nisi forte morbum aliquem diuturnum pellere velit. Nonnulli vero aromaticis uti solent potionibus et pilulis διὰ τοῦ γάλακτος (cum lacte paratis) dictis, praebuerunt praeterea comedendas mammas animalium natura sua multum lactis parantium; alii ululas et vespertiliones comburunt et cineres potui inspergunt, vel cum liquore aliquo mammis illinunt, quae singula reprobanda sunt; nam stomachum subvertunt et corruptionem ciborum inferunt, ita ut duplicent nutritionis defectum. Lacte vero nimis abundante validioribus utendum est exercitationibus, ut corpora densentur. Crassiore autem facto nutrix utatur balneis et cibis sorbitionis forma et alimentis parum nutrientibus, et aqua pro potu sit. Quidam autem,

φανίδας καὶ ταρίχους, οἷς οὐ συγκαταθετέον· διὰ γὰρ τῆς δριμυφαγίας, [1] εἰ καὶ τὸ πάχος τέμνοιτο τοῦ γάλακτος, [ἡ] ποιότης αὐτοῦ φθαρεῖσα καὶ δηκτικὴ γενομένη μᾶλλον [βλάψει]. Λεπτοτέρου δὲ τοῦ γάλακτος γενομένου, τὰ μὲν λουτρὰ ἀποδοκιμαστέον ἐξυδατωτικὴν φύσιν ἔχοντα. Χρηστέον δὲ τροφῇ πόλτοις σκευαζομένοις ἐκ φαρός τε καὶ χόνδρου, καὶ ᾠοῖς ῥοφητοῖς καὶ στροβίλοις καὶ ποσὶ χοιρείοις καὶ τοῖς ἀκροκωλίοις· γλίσχρον γάρ τι καὶ κολλῶδες ὂν ἐν τούτοις [παχύνει τὸ γάλα]· καὶ ἐριφείοις κρέασι, ποτὲ μὲν ὀπτοῖς, ποτὲ δὲ ἑφθοῖς, καὶ οἰναρίῳ τῆς γε τοῦ βρέφους [2] προκοπῆς ἐπιτρεπούσης. Διαφθειρομένου δὲ τοῦ γάλακτος, ὅπερ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐξ ἀπεψιῶν γίνεται καὶ συνουσιῶν καὶ τῆς κακοχυμοτέρας τροφῆς, ὑφαιρετέον μὲν τούτων ἕκαστον, εἰς δὲ τὴν εὔχυλον καὶ ὑγιεινὴν [3] ὑποστρεπτέον δίαιταν. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῶν γαλουχῶν ταῦτα· ἀνακαμπτέον δὲ [4] ἐπὶ τὴν τοῦ βρέφους ἐπιμέλειαν.

1 ἡ κατὰ τὸ π. codd. — 2 παρακοπῆς codd. — 3 ἐπιτρεπτέον codd. — 4 ἐπὶ τὰ λοιπὰ εἰς τὴν codd,

inter quos Moschio et Paris, etiam radiculas et salsamentum praebent, quibus obsequendum non est; nam, etiamsi forte acri illo cibo crassitudo lactis incidatur, eius facultas corrupta et mordax facta potius nocebit. Lacte contra tenuiore facto, a balneis abstinendum, quia natura sua partes aquosas reddunt. Pro cibo vero utendum pulte e farina et alica parata et ovis sorbilibus et strobilis et pedibus porcellorum et extremis artubus, — nam viscidi aliquid et glutinosi inest, quod lac crassum reddit, — et carnibus cervinis, alias assis, alias coctis, et vini pauxillo, infantis scilicet incremento permittente. Corrupto vero lacte, quod plerumque fit propter cruditates et amplexus et alimentum mali fere succi, singula haec semovenda sunt et ad victum boni succi et sanum redeundum est. Atque haec quidem de nutrice; redeundum nunc ad curationem infantis.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ λουτροῦ καὶ τρίψεως τῶν βρεφῶν.

Προσεκτέον τοίνυν ἀκριβέστερον τοῖς λουτροῖς, ἵνα μήτε συνεχῶς λούηται τὸ βρέφος, μήτε ἐπὶ πολὺ καθέψηται διὰ τῆς [1] ἐπαντλήσεως, ὅπερ αἱ πλεῖσται πράττουσι γυναῖκες· τρὶς γὰρ αὐτὸ λούουσι δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μέχρι τῆς ἐκλύσεως καταντλοῦσιν, ἡδόμεναι τῷ μετὰ τὸ λουτρὸν αὐτὸ κεκοπωμένον ἡσυχάζειν τε καὶ κοιμᾶσθαι. Τοῦτο δ' ἐστὶ βλαβερώτερον· ἄτονον γὰρ γίνεται τὸ σῶμα καὶ εὐπαθὲς καὶ εὐπερίψυκτον καὶ πρὸς πᾶσαν βλάβην εὐάλωτον· ἐξοχώτερον δὲ κεφαλὴν πέφυκεν ἀδικεῖσθαι καὶ τὰ περὶ τὰς αἰσθήσεις, ὅθεν καὶ καθ' ἡμέραν μὲν [2] αὐτὸ δεῖ λούειν, οὐδέποτε δὲ νυκτὸς, ἀλλ' οὐδὲ δὶς, οὐδὲ τρίς· μόνον δὲ, ὅταν [3] ἐπείγῃ τι μολυνόμενον ἐπὶ πλεῖον ἢ ἐξανθήμασι τραχυνόμενον. Ὁ δὲ τρόπος ὁ τοῦ λουτροῦ καὶ τῆς τρίψεως τοιοῦτός ἐστιν· δεῖ πρῶτον οἰκημάτιον ἐκλέγειν συμμέ-

1 ἐξαντλήσεως codd. — 2 τὸ codd. — 3 ἐπὶ γῆν τι codd.

CAPUT XXXIV.

De balneo et frictione infantum.

Mentem autem accuratius advertere oportet ad balnea, ne infans continenter lavetur, nec multum coquatur adfusione, quod pleraeque mulieres faciunt; ter enim quotidie intra diei et noctis spatium eum lavant et ad eius exsolutionem usque aquam adfundunt, gaudentes eum post balneum defatigatum scilicet quiete se habere et dormire. Verum hoc potius nocet; nam corpus debile redditur et morbis facile afficitur et facile refrigeratur et a quavis potentia nocente statim laeditur; prae ceteris vero caput illius facile offenditur et sensus instrumenta, quare interdiu quidem eum lavare oportet, sed numquam noctu, nec bis, nec ter; solum autem, si quid urgeat, quia nimis sordibus inquinatus est, vel exanthematis exasperatus. Modus autem balnei et frictionis hic est: primum cubiculum seligere

τρως θερμὸν καὶ τὴν αὐγὴν ἀποκλίνειν· καθίσασαν δὲ τὴν μαῖαν καὶ ἐπὶ τῶν μηρῶν καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων ἁπλώσασαν ὠμόλινον ῥάκος, [1] ἐπ' αὐτοῦ κατακλίνειν τὸ βρέφος καὶ ἀποσπαργανώσασαν ἀλείφειν ἐλαίῳ χλιαρῷ· εἶτα κατέχουσαν τῇ εὐωνύμῳ χειρὶ τὸν δεξιὸν βραχίονα ὑπὸ τὴν μασχάλην, ὥστε τὸ στῆθος αὐτοῦ τῷ πήχει προσαναπαύεσθαι παρεγκεκλιμένου ποσῶς ἐπὶ τὸ δεξιὸν πλευρόν, καταντλᾶν [2] διὰ τῆς δεξιᾶς χειρὸς ὕδωρ θερμὸν [3] καὶ εὔκρατον ὡς πρὸς τὴν τοῦ βρέφους εὐαρέστησιν· τὸ γὰρ ὡς πρὸς ἡμᾶς εὔκρατον ζεστότερον ἀκμὴν τῷ νηπίῳ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τρυφερίαν τοῦ σώματος· παρεπιχέειν δέ τινα κατὰ λόγον ἁρμόσει ὕδωρ θερμὸν, [4] ἐπεὶ ψύχεται τὸ πρῶτον, καὶ καταντλεῖν μέχρις ἂν εὐανθὲς γένηται τὸ σῶμα καὶ ὁμαλῶς θερμόν· εἶτα στρέφειν τὸ βρέφος καὶ ὑπτιωθέντος αὐτοῦ προσαπολούειν καὶ ἀποκαθαίρειν τὰ μηρία καὶ τὴν ἕδραν καὶ τὰ περὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰ περὶ τὰς μασχάλας, ῥύπος γὰρ αὐτοῖς περιφύεται· κἄπειτα λοιπὸν εἰς καθαρὸν ὕδωρ ἢ ἔλαιον ἀποβαπτομένῳ τῷ λιχανῷ τὰ ἐγκείμενα τῷ στόματι σίελα κομίζεσθαι

1 ἔπειτα κατακλ. codd. — 2 τε διὰ codd. — 3 εὔκρ. καὶ codd. — 4 ἐπιψύχεται codd.

oportet modice calidum et lucem declinare; nutrix autem sedens et supra femora et genua expanso panno e lino crudo, super hunc infantem reclinare debet et fasciis demptis eum inungere oleo tepido; tum sinistra manu prehenso infantis brachio dextro sub axilla, ita ut eius pectus cubito nutricis accumbat, quum simul aliquantulum in dextrum latus inclinatus sit, dextra manu nutrix adfundere debet aliquantum aquae calidae et bene temperatae, ita ut infantis sensui grata sit; nam quae pro nostro sensu tepida est, plane fervens est recens nato propter insignem corporis mollitudinem; apte tamen aliquis pro ratione affuderit aquam calidam, quia prima illa refrigescit, est autem adfundenda, donec corpus rubescat et aequabiliter caleat. Dein infantem convertere oportet et supinum reclinatum abluere et expurgare femora et anum et partes circa cervicem et axillas, nam his sordes adhaerent; et postea aquae purae vel oleo intincto digito indice in ore accumulatam salivam removere

καὶ ἡσυχῇ γλῶττάν τε καὶ οὖλα καὶ χαλινὰ διαψηλαφᾶν· κούφως δὲ θλίβειν τὸ ἧτρον εἰς ὑπόμνησιν ἀπουρήσεως· μετὰ δέ τινας ἡμέρας καὶ διὰ γαλακτώδους ὕδατος μετὰ τὸ θερμὸν ἐθίζειν αὐτὸ λοῦσθαι χάριν τῆς πρὸς τὴν ψυχρολουσίαν συνηθείας, ὑφ' ἧς δυσπερίψυκτον φυλαχθήσεται. Μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν ἐκ τῶν σφυρῶν [1] κρατούμενον ἐπὶ κεφαλὴν αὐτὸ δεῖ κρεμνᾶν χάριν τοῦ [2] διάτασιν λαμβάνειν τοὺς σπονδύλους καὶ εὐκαμπῆ τὴν ῥάχιν ἀποτελεῖσθαι καὶ τὰ νεῦρα καθάπερ ἐκ συστροφῆς τινος ἁπλοῦσθαι· κἄπειτα προσηνῶς αὐτὸ σχηματίζειν κατὰ τῶν τῆς λελουκυίας μηρῶν καὶ τῷ προϋποκειμένῳ ῥάκει [3] ὠμολίνῳ περιβληθὲν ἐκμάσσειν. Εἶτα συναλείφειν ἐκτενῶς καὶ τρίβειν μετὰ διαπλασμοῦ μέρος ἕκαστον, ὥστε τὸ λεληθότως [4] ἀκμὴν ἀδιαμόρφωτον εἰς τοὺς κατὰ φύσιν διατυπωθῆναι χαρακτῆρας. Διακρατήσασα [5] οὖν ἡ τιτθὴ ποτὲ μὲν τὸν καρπὸν μετὰ [6] ἀποτάσεως τῆς δεξιᾶς χειρὸς λοξὴν κατὰ ῥάχεως ἀπὸ εὐωνύμου γλουτοῦ τὴν τρίψιν ἀγέτω· ποτὲ δὲ καὶ τὸ δεξιὸν σφυρὸν κατασχοῦσα πάλιν ἀπὸ τῆς εὐωνύμου ὠμοπλάτης ἐπὶ

1 αὐτὸ κρατούμενον codd. — 2 διάστασιν codd. — 3 ἢ ὠμολ. codd. — 4 ἕκαστον ἀκμὴν codd. — 5 γὰρ οὖν codd. — 6 ἀποστάσεως codd.

oportet, et leniter linguam et gingivas et oris angulos atterere; leviter autem comprimi debet imus venter, ut ad urinae emissionem impellatur; lapsis vero nonnullis diebus tepida post calidam eum ablui assuefaciemus, ut etiam ablutioni aquâ frigidâ factae adsuescat, qua a refrigeratione tutus servabitur. Post balneum vero malleolis apprehensum capite deorsum vergente suspensum tenere oportet, ut vertebrae extendantur et flexibilis reddatur spina dorsi et ut nervi quasi e convolutione quadam explicentur; tum leniter eum componere oportet supra femora mulieris, quae illum lavaverit, pannoque illo ante substrato e lino crudo confecto circumvolutum detergere. Porro largiter eum inungere oportet et partes singulas, dum conformantur, fricare, ita ut quodcumque clam plane informe sit, ad naturalem suum characterem efformetur. Nutrix igitur alias prehenso simulque tenso carpo dextrae manus secundum spinam dorsi a sinistra nate inde in obliquum frictionem

τὸ δεξιὸν ἀγέτω σκέλος. Εἶτ' ἐπὶ ῥάχιν ἀνακλάτω τὰ κῶλα, δεξιὸν μὲν ἀκροπόδιον ἀριστερῷ προσάγουσα χειρὸς ἄκρῳ, εὐώνυμον δὲ δεξιῷ· μαλάσσεται γὰρ οὕτω τὰ νεῦρα τῶν ἄρθρων, [ὧν] ἕκαστον εὐκινητότερον ταῖς ποικίλαις περιαγωγαῖς ἀποτελεῖται καὶ, εἴ τι γλισχρῶδες [1] συνισταμένου τοῦ ζῴου παρεισεδύετο τοῖς ἄρθροις, [2] ἐκθλίβεται. Μετὰ δὲ τὴν καθ' ἓν μάλαξιν, ἀμφότερα τὰ σκέλη πρὸς ἄλληλα συνάγουσα διὰ μὲν τῆς ἑτέρας χειρὸς [3] μετ' ἀποτάσεως συνεχέτω· διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ὅλον κατὰ μῆκος τριβέτω· καὶ τοπικῶς ἰγνύας μὲν ἐκπλατυνέτω τῇ τοῦ θέναρος ἐπαγωγῇ· σφυρὰ δὲ ἀλλήλοις προσηγμένα [4] ζυγούτω τε καὶ ῥυθμιζέτω κατὰ τὴν ἀνάτριψιν τὴν ἀπὸ τῶν [5] πτερνῶν [καὶ] τὰς προτέρας ὑπεροχὰς καταστελλέτω διορθουμένη τὸ ἐκ πτερνῶν· εἶτα προσανακλάτω τὰ κῶλα τοῖς πυγαίοις προσάγουσα τὰς πτέρνας· ἐντεῦθεν δὲ καὶ πλατείαις ταῖς χερσὶν ἐπ' εὐθείας τε καὶ [6] κατὰ περισπασμὸν ἐξομαλιζέτω τὴν ῥάχιν· εἶτα τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ κάτωθεν ἀπὸ μεσοπυγαίου ἕως ἰνίου [7] κατ' ἀπό-

1 συνισταμένῳ τῷ ζώῳ codd. — 2 ἐνθλ. codd. — 3 μετ' ἀποστάσεως codd. — 4 ζυγῶν τε codd. — 5 στέρνων codd. — 6 τὰ codd. — 7 κατὰ ποσὴν θλ. codd.

dirigat; alias dextro malleolo apprehenso contra a sinistra scapula inde ad dextrum crus dirigat. Tum retro ad spinam artus reflectat, extremam pedis dextri partem extremae manus sinistrae adducens, sinistram vero dextrae; nam ita nervi articulorum emolliuntur, qui singuli mobiliores redduntur variis circumductionibus, et si quid viscosi, dum animans componebatur, intra articulos introiit, id exprimitur. At post partium singularum emollitionem utrumque crus inter se adducens altera manu extendat simul et teneat, altera vero manu totum secundum longitudinem fricet et specialiter poplites in latum extendat manus volam adplicans; malleolos autem ad se adductos connectat et componat inter fricandum a calcibus inde et priores prominentias reducat, quod a calcibus inde est dirigens. Dein artus retro flectat calces ad nates adducens; postea planis manibus recta et cum circumtractione spinam dorsi aequabilem reddat; tum digito medio a loco inter nates ad occiput usque

τασιν θλίβουσα ἐπικοιλαινέτω [1] αὐτὴν [καὶ πάλιν] ἀπὸ τραχήλου ἕως ἱεροῦ ὀστέου κατ᾽ εὐθεῖαν, [2] ἵνα μετὰ τοῦ εὐπρεποῦς καὶ ἡ μετ᾽ [3] εὐκινησίας τῶν σπονδύλων σύνθεσις ἀποτελεσθῇ· μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τοῦ μεγάλου καὶ λιχανοῦ δακτύλου τὰ περὶ τὰ πυγαῖα ταῖς ἐμπιέσεσιν [4] εὐπρεπείας ἕνεκα κοιλαινέτω· συνεστραμμένης δὲ τῆς χειρὸς ἐπαγωγῇ τὰ ὑπὲρ τὸν ἔσχατον τῆς ῥάχεως σπόνδυλον λεληθότως ἀπωθείσθω πρὸς τὸ μὴ γενέσθαι λόρδωσιν· οὕτω δὲ καὶ κατὰ νώτου καὶ μεταφρένου χάριν τοῦ δυσεξύβωτα καὶ [μὴ] ἀνώμαλα εἶναι. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ κεφάλιον πρῶτον μὲν [κατὰ] περιαγωγὴν ἑκατέρᾳ χειρὶ τριβέτω στρογγύλως· δεύτερον δέ πως [5] ὑποτυπούτω αὐτὸ, ποτὲ μὲν ἐξ [6] ἀντιθέτων τῶν χειρῶν [7] ἢ μεν κατ᾽ ἰνίου, ἢ δὲ κατὰ μετώπου τασσομένη, ποτὲ δὲ ἢ μὲν κατὰ κορυφῆς, ἢ δὲ ὑπ᾽ ἀνθερεῶνα· εὐρυθμιζέτω δὲ δεξιῶς τὸ κρανίον, ὥστε μὴ προμηκέστερον ἢ φοξὸν ἀποτελεσθῆναι· ποτὲ δὲ καὶ κινείτω προσεπαίρουσα τὸ κεφάλιον καὶ ἀποτεινέτω γυμνασίας ἕνεκα τῶν τενόντων καὶ κι-

1 τὴν codd. — 2 ἵνα ἡ μετὰ codd., et ἀπρεποῦς. — 3 εὐκινήσεως codd. — 4 εὐτρεπίας codd. — 5 ὑπὸ τὸ αὐτὸ codd. — 6 ἀντιθέντων codd. — 7 ἡ codd., et sic item in seqq., ubi ἢ dedi.

et rursus contra a cervice ad os sacrum usque in directum extendens et premens spinam dorsi excavet, ut una cum pulchra forma etiam compositio vertebrarum cum mobilitate acquiratur. Postea digito medio et indice partes circa nates impressione digitorum decorae formae gratia excavet; contractae vero manus applicatione partes super extremam spinae vertebram sensim detrudantur, ne λόρδωσις (spinae flexura versus anteriora) nascatur; simili quoque modo secundum dorsum et spinae partem, quae pone diaphragma est, ne facile gibbositas oriatur et ut aequales sint illae spinae partes. Hoc facto capitulum utramque manum in orbem circumagendo secundum rotunditatem suam fricet, dein id quodammodo conformet oppositis inter se manibus, alias altera ad occiput, altera ad frontem applicata, alias altera ad verticem, altera sub mento. Apte autem cranium efformet, ut neque oblongius sit, neque acuminatum reddatur. Nonnumquam etiam attollens capitulum moveat et

νήσεως τῶν σπονδύλων, ἐπεὶ δι' ἑαυτοῦ ταῦτα τὰ μέρη κινεῖν ἀδυνατεῖ τὸ [1] νήπιον. Τούτων δὲ ἐπιμεληθεῖσα στρεφέτω τὸ βρέφος καὶ τὰ ἔμπροσθεν συναλειφέτω καὶ διά τινων ἡμερῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐγχυματιζέτω καὶ μὴ καθ' ἡμέραν· [2] ὀφθαλμίαι γὰρ ἐντεῦθεν ἐνίοις ἐπακολουθοῦσιν ἑλκουμένων ποτὲ καὶ τῶν ὑμένων. Τριβέτω δὲ πάλιν ἀπὸ ἀκρωμίου κατὰ μίαν ἀποτεταμένην χεῖρα· κἄπειτα λοιπὸν αὐτὰς ἀντιπαραλλασσέτω [3] περὶ στερνὸν ἕως ἐπὶ πλευρὰς ἄγουσα καὶ περιπτύσσουσα, καθάπερ ἐπὶ τῶν [4] παρεμβαινόντων εἴωθε γίνεσθαι, μετὰ ποσῆς [5] ἐκτάσεως. Προσανατριβέτω δὲ κοιλίαν καὶ θώρακα καὶ καθ' ἓν πάλιν σκέλος [ἑκάτερον] ἀποτεταμένον, εἶθ' ὑφ' ἓν ἐζυγωμένα τὰ δύο· διασαλευέτω δὲ καὶ τὰς ἐπιγονατίδας, ἵνα μὴ δυσκίνητοι τῇ συμβολῇ τῶν κώλων καθιοῦνται, καὶ προσεκπλατυνέτω χάριν εὐμορφίας ἁπλῇ τῇ χειρὶ κατὰ μῆκος ἀντιπαραγομένῃ, συνηγμένων πρὸς ἄλληλα τῶν σκελῶν. Τριβέτω δὲ τοῖς ἀντίχερσιν ἑκατέροις καὶ τοὺς ὀφθαλμούς· [καὶ] περιπλαττέτω καὶ τὸν μυκτῆρα, διεγείρουσα μὲν αὐτὸν ἐπὶ σιμῶν, θλίβουσα δὲ ἐπὶ

1 νήπιον τούτου. τῶν δὲ ἐπιμεληθείσας τρεφέτω codd. — 2 ὀφθαλμιᾷ codd. — 3 περιστερὸν ὃ ὡς ἐπὶ codd. — 4 παραμβανόντων codd. — 5 ἐκστάσεως codd.

extendat, ut tendines exerceantur et vertebrae moveantur, quum recens natus per se partes illas movere non valeat. Et postquam haec procuraverit, infantem convertat, et partes anteriores inungat et aliquot dierum intervallo oculis succum aliquem infundat, sed non quotidie; nonnullis enim hinc lippitudines obortae sunt, subinde etiam membranis oculi exulceratis. Fricet autem rursus ab humero summo inde singulas deinceps manus extensas et dein singulas ad oppositum latus circa pectus usque ad costas adducat et circa complicet, quemadmodum in altum locum adscendentes facere solent, et aliquantum extendat. Fricet insuper ventrem et thoracem et rursus singula deinceps crura extensa, tum coniunctim utrumque simul; commoveat etiam patellas, ne aegre motae connexione artuum considant, etiam in latum eas extendat manu plana circumducta secundum longitudinem, cruribus ad se invicem admotis. Fricet quoque singulis pollicibus oculos, et nasum quoque in debitam for-

γρυπῶν, προσαναστέλλουσα ἐφ' ὧν τὸ γρυπὸν οὐ κατὰ μετεωρισμὸν ἐπὶ τοῦ ὑψώματος, κατὰ προπέτειαν δὲ τῶν περὶ τὸ [1] σφαιρίον ἄκρων ἐπισπωμένη [2] ἀνεσταλμένα τὰ πτερυγώματα τῶν ῥινῶν. Εἰ δὲ ἄρρεν τὸ νήπιον ὑπάρχον φαίνοιτο λειπόδερμον, τρυφερῶς ἐπισπάσθω τὴν ἀκροποσθίαν, ἢ καὶ διὰ κροκύδος συνεχέτω πρὸς διακράτησιν· ἑλκομένη γὰρ ἐκ τοῦ πρὸς ὀλίγον καὶ συνεχῶς ἐπισπωμένη ῥᾳδίως ἐπιδίδωσι καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἀπολαμβάνει μῆκος καλύπτουσα τὴν βάλανον καὶ συνεθιζομένη τὴν φυσικὴν εὐμορφίαν τηρεῖν. Προσαναπλασσέτω δὲ καὶ τὸν ὄσχεον ἐκ τῶν συμμηριῶν καὶ, ἵνα μὴ θλίβηται, ὑποβάλλουσα ἔριον κατὰ τῶν μηρῶν οὕτως [3] αὐτὸν ἀποτιθέτω. Μετὰ δὲ τὸν διαπλασμὸν σπαργανούσθω τὸ βρέφος ὀλίγῳ λελιπασμένον ἐλαίῳ· τὸ γὰρ πλεῖον [4] ἀποψήχεται καὶ οὐκ ἐᾷ μένειν τὰ σπάργανα ἐδρασμένα, καὶ ὀλισθανόντων καὶ περιτρεπομένων διαστρέφεται τὰ κῶλα. Συμφέρει δέ ποτε καὶ κηρῷ Τυρρηνικῷ ἀνιέντα ἐλαίῳ πρὸ τῆς σπαργανώσεως ἀλείφειν τὰ σώματα· μαλάσσει γὰρ [5] οὗτος καὶ

1 πτερὸν codd. — 2 δὲ ἀνεστ. codd. — 3 αὐτὸ codd. — 4 ψύχεται codd. — 5 οὕτως codd.

mam effingat, eum attollens in simum habentibus, deprimens contra in iis, qui sint adunco, et in his quidem non reprimens nasum qua parte prominentia maxime prostet, verum adducens ad extremum apicem deorsum vergentem narium alas sursum retractas. Quodsi in masculo infante pudendi cutis deficiat, leniter attrahat praeputium, vel etiam flocco circumdatum retineat; sensim enim attractum et continenter adductum facile cedit et naturalem acquirit longitudinem, ita ut glandem praetegat et assuefiat ut pulchram formam, quam natura illi esse voluit, servet. Praeterea etiam efformet scrotum ex interfemineo et ne comprimatur lana a parte femorum subiecta id reponat. Post conformationem vero fasciis obvolvatur infans pauxillo olei inunctus; nam quod nimium est detergitur, nec firmiter adplicari sinit fascias, quibus delabentibus et in circuitu revolutis membra distorquentur. Nonnumquam etiam utile est ante obvolutionem fasciarum partes inungere cera Tyrrhenica, quae emollit et corporis molem calefacit, tum etiam ad

θάλπει τὸν ὄγκον· ἔτι δὲ προστρέφει καὶ λευκαίνει τὸ σῶμα. Μετὰ δὲ τὸ λουτρὸν ἐκμυζάτω τὰ ὦτα καὶ τοὺς μυκτῆρας τοῦ βρέφους, ὅπως μὴ ὑπομεῖναν ὑγρὸν τρυφεροὺς [1] ἔτι τυγχάνοντας τοὺς φυσικοὺς πόρους βλάψῃ.

ΚΕΦ. λε΄.

Πῶς δεῖ καὶ πότε διδόναι τῷ βρέφει τὸν μαστόν.

Διαστήσασα δὲ ὀλίγον, ὥστε τὴν ἐκ τοῦ λουτροῦ ταραχὴν [καταστῆναι], [2] αὐτὸ παρατιθέτω· τὸ γὰρ εὐθέως παρέχειν τὴν τροφὴν ἐπιβλαβὲς οὐ μόνον νηπίῳ, ἀλλὰ καὶ τελείῳ· πεπυρωμένη γὰρ ἡ σύγκρισις ἀθρόως ἐπισπᾶται τὴν τροφὴν καὶ διαφθείρει· καὶ αὐτὴ [ἡ] γαλουχοῦσα, εἴπερ ἀπὸ βαλανείου τυγχάνει [οὖσα], διαστήσασα [3] τὸ αὔταρκες [διδότω τὸ γάλα], καὶ προλαμβανέτω πρότερον ὑδάτιον· οὐ γὰρ τεταραγμένῳ τῷ σώματι μόνον [4] ἐπιβλαβὲς λαμβάνειν τὴν τροφὴν, ἀλλὰ καὶ [ἡ] ἀπὸ

1 ἐπιτυγχ. codd. — 2 αὐτῷ codd., et παρατιθέντων. — 3 τῷ τὸ codd. — 4 ἐπιβλαβῶς codd.

nutritionem confert et albedinem corpori impertit. Post balneum vero nutrix exsugat aures et nares infantis, ne liquor restitans meatibus naturalibus, qui etiamnunc sunt teneri, noceat.

CAPUT XXXV.

Quo modo et quando infanti mammam praebere oporteat.

Tempore autem aliquo lapso, ita ut perturbatio a balneo conquieverit, eum mammae admoveat; nam statim alimentum dare non solum recens nato, sed etiam adulto nocet; constitutio enim incensa confertim alimentum attrahit et corrumpit. Atque ipsa nutrix, si recens e balneo redeat, differat satis diu lac suum infanti praebere, atque antea pauxillum aquae bibat; neque enim perturbato solum corpori nocet alimentum sumere, sed nocet etiam alimentum, quod a

τεταραγμένου [τοῦ] σώματος τροφὴ βλάπτει. Καὶ τὸ νήπιον οὖν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ διαστησάτω, καὶ ἡ τροφὸς ἀπαμελξάτω τὸ [1] παρεγκείμενον τοῖς μαστοῖς, καὶ ἀποβλίψασα τὸ [2] ὑπὸ τῆς ταραχῆς διεφθαρμένον γάλα, τότε διδότω καθαρὰν τροφὴν εὐσταθοῦντος τοῦ σώματος. Ἀεὶ μέντοι παρέχουσα τὸν μαστὸν καθεζέσθω καὶ προστερνισαμένη ταῖς ἀγκάλαις τὸ βρέφος ποσῶς ἀνάρροπον ἐπὶ [3] πλευρὸν ἐσχηματισμένον, ποτὲ μὲν δεξιόν, ποτὲ δὲ εὐώνυμον, ἐντιθέτω τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ τὴν θηλήν. Καθεζέσθω μὲν οὖν οἷον ἐπινενευκυῖα, ἐπειδήπερ ὑπτιωμένης αὐτῆς ἢ καταρρόπου ἐσχηματισμένης δυσκολωτέρα γίνεται ἡ κατάποσις, ὥστε ποτὲ μὲν ἀνταποδίδοσθαι τὸ πινόμενον, ποτὲ δὲ καὶ πνιγμοῦ γίνεσθαι παραίτιον· τοῦ αὐτοῦ δὲ χάριν καὶ τὸ βρέφος ποσῶς ἀνάρροπον ἐσχηματίσθω, μὴ διηνεκῶς δὲ ἐπὶ τὸ δεξιὸν πλευρόν· πρῶτον μὲν [γὰρ] εἰς τὸ ἐναλλάξαι ἐφ' ἑκατέρου [4] δεῖ μαστοῦ τρέφεσθαι· δεύτερον δὲ πρὸς τὸ μὴ μετὰ τὴν λύσιν τῶν σπαργάνων [5] παντότε κατεχομένην τὴν δεξιὰν μελέτην ὑπομεῖναι τῆς ἀνεργησίας. Ἐνθεῖσα μέντοι τὸν μασθὸν, ὡς

1 παρακειμ. codd. — 2 ἀπὸ codd. — 3 πλευρὰν codd. — 4 δὲ codd. — 5 μὴ παντ. codd.

perturbato corpore provenit. Itaque infans quoque post balneum aliquamdiu moretur, et nutrix emulgeat lac, quod mammis inest, et expresso quod per perturbationem corruptum est, tum demum alimentum purum corpore composito praebeat. Semper autem, cum mammam praebet, sedeat et infantem capite aliquantum elevatiore et in latus compositum cubitis ad pectus sibi adplicet, idque alias in latus dextrum, alias in sinistrum, papillamque eius labiis immittat. Sedeat igitur quasi corpore antrorsum supra eum inflexo, quandoquidem, ubi in dorsum reclinatur, vel eo habitu ut deorsum vergat, deglutitio difficilior fit, ita ut nonnumquam reddatur quod deglutitum est, nonnumquam etiam suffocationis causa fiat. Eadem de causa infantem quoque capite aliquanto elevatiore componere oportet, sed non continenter in latus dextrum inclinare; primum enim quidem commutandi causa utraque mamma nutriri debet, tum etiam ne post fasciarum solutionem manus dextra sem-

εἴρηται, πρὸ τοῦ τὸ νήπιον [1] ἐπισπάσασθαι τὴν θηλὴν πρᾴως [2] ἐκθλιβέτω τὸ γάλα πρὸς ὑπόμνησιν τῆς ὀρέξεως καὶ εἰς τὸ μὴ κακοπαθεῖν ἐπὶ πολὺ τὸ νήπιον τὴν πρώτην βιαζόμενον ὀλκήν. Ἀφ' ὕπνου δὲ ἡ τροφὸς ὑπάρχουσα παντότε περιπατείτω διατριψαμένη καὶ σαλεύουσα τοὺς μαστούς, [καὶ] οὕτω τὸ γάλα τῷ τρεφομένῳ παρεχέτω· διατμίζεται γὰρ τὸ περισσὸν καὶ λύεται τὸ παχυμερὲς ἐκ τῆς τοιαύτης προδιακινήσεως. [3] Μικρὸν δὲ ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτὸ προδιακατέχουσα μετὰ τὸ συμμέτρου μετασχεῖν γάλακτος κοιμιζέτω καθ' οἵας ὑπεδείξαμεν κοίτης πρόσοπτόν [4] τε καὶ ἔγκλινον καθεδρίῳ· παντότε δὲ ἄνωθέν τι περιβαλλέσθω σκέπης ἕνεκεν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς [5] αὐτοῦ ἐπικαλυπτέτω διά τινος, οὐ μόνον τῇ τρυφερίᾳ πρὸς πᾶν τὸ παρεμπεσεῖν δυνάμενον εὐαδικήτους ὑπάρχοντας, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ πλείονος φωτὸς καὶ τῆς ἀναιδεστέρας αὐγῆς εἰωθότας ἀποστραβοῦσθαι. Μὴ συγκοιμάσθω δὲ τὸ βρέφος αὐτῇ καὶ μάλιστα ἐν ἀρχαῖς, ἵνα μὴ ἀπροόπτως ἐπικυλισθεῖσα περιθλάσεως, ἢ πνιγμοῦ γένηται παραιτία· διὸ καὶ παρακείσθωσαν αἱ βαυκάλαι τῇ κλίνῃ,

1 ἐπισπασθῆναι codd. — 2 ἐνθλιβέτω codd. — 3 μικρὰ et mox αὐτὰ codd. — 4 δὲ codd. — 5 αὐτῶν codd.

per contenta in consuetudinem inertiae deveniat. Immissa autem, uti dictum est, mamma, antequam infans papillam attrahat, leniter lac exprimat, ut appetitus excitetur et ne damnum accipiat recens natus prima suctione diu vi continuata. Quodsi nuper e somno exsurrexerit nutrix, omnino deambulet mammas fricans et commovens, atque ita lac infanti praebeat; nam redundans exhalat et quod nimis crassum est dissolvitur facta antea eiusmodi commotione. Paulisper vero cubitis eum amplexa tenens, postquam modicam lactis copiam acceperit, somno tradat infantem in cubili, quale descripsimus, ita ut conspici possit et ad sellulam reclinet; semper vero tegumenti gratia aliquid superiniiciatur; vel oculos aliquo contegat, non solum quia pro teneritudine sua e quavis re, quae illabi possit, facile laeduntur, sed etiam quia luce nimia et fulgore clariore distorqueri solent. Ne autem infans cum illa dormiat, praesertim primis temporibus, ne ex improviso super eum

[1] κἂν ἐνίοτέ τι σπουδάζῃ τὸ βρέφος ἔχειν, ἡ σκάφη κατὰ τῆς κλίνης ἐπιτιθέσθω. Παραινετέον δὲ τῇ τροφῷ καὶ ὥστε μὴ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἢ νυκτὸς διδόναι τὸ γάλα· διὰ γὰρ τὴν ἀμετρίαν νόσοις ἁλίσκεται πρὶν ἐξοικονομῆσαι τὸ πρῶτον ἕτερον λαμβάνον, καὶ οὕτω διαφθεῖρον τὸ πρῶτον, καὶ μάλιστα νυκτός. Πλεονάκις μὲν οὖν παρέχειν τὸν μαστὸν, παρ' ὅσον τὴν αὐτάρκη τροφὴν οὐ δύναται [παραυτίκα] λαμβάνειν· καὶ γὰρ τὸ γάλα φύσει [2] πλησμονῶδες, ὥστε κόρον ἐμποιῆσαι τῷ νηπίῳ πρὶν ἢ αὔταρκες αὐτῷ πρὸς τὴν διάθρεψιν παρατεθῆναι. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ βρέφος, κάμνον διὰ τὴν ἀτονίαν τοῦ ἐπισπᾶσθαι ἄχρι πλείονος τὴν θηλὴν, ἀφίσταται πρὸ τοῦ λαβεῖν τὸ αὔταρκες· παρὸ πλεονάκις μὲν αὐτῷ δεῖ τὸ γάλα δίδοσθαι, πλὴν οὐκ ἀδιαλείπτως, οὐδὲ πρὸ τοῦ λουτροῦ, πολὺ δὲ μᾶλλον οὐδ' ἐν αὐτοῖς τοῖς βαλανείοις, ὅπερ ἀπαραιτήτως ποιοῦσιν αἱ γυναῖκες ῥᾳδίως κλαῖον αὐτὸ σιτῆσαι ἐθέλουσαι· διαφθειρομένου [3] γὰρ καὶ ἀποξυνομένου τοῦ γάλακτος κακοῦνται τὸ νευρῶδες [καὶ] ἐπιλήψίαι τε καὶ ἀποπληξίαι γίνονται. Πάντων δὲ χαλεπώτατον καὶ εἰς προφυλακὴν

1 κἂν ἔνιον τι codd. — 2 πλησμόνως τε κόρον codd. — 3 δὲ codd.

devoluta contusionis, vel suffocationis causa fiat; quapropter etiam cunae prope adstent lectulo et, si quando infans vehementer aliquid desideret, scapha lectulo imponatur. Admonenda quoque est nutrix ne per totum diem vel noctem lac praebeat; nam propter insignem copiam novum accipiens infans antequam prius sit digestum, morbis afficitur, cum etiam prius corrumpit, maximeque noctu. Frequenter igitur mammam praebeat, quia alimentum sufficiens statim capere non potest, nam lac eiusmodi naturae est, ut prompte repleat, ita ut satietatem infanti adferat antequam satis illi sit advectum ad nutritionem. Atque ipse infans propter debilitatem defatigatus papillam diutius attrahendo desistit prius quam satis acceperit; quapropter saepius illi lac praebere oportet, nec tamen sine intermissione, neque ante balneum, neque sane in ipsis balneis, quod, nisi vetes, mulieres faciunt facile ploranti cibum praebere volentes. Corrupto enim et acescente lacte laeduntur nervi et epilepsiae atque apoplexiae oriuntur. Pessimum vero omnium, ne infans

τοῦ μηδόλως αὐτὸ κλαῦσαι τὴν θηλὴν [1] ἀεὶ τῷ στόματι [2] ἐγκαταλιπεῖν αὐτοῦ κοιμωμένου· θλιβομένων γὰρ τῶν μυξωτήρων καὶ ἀποφρασσομένου τοῦ στόματος, καὶ βαρυνομένου τοῦ φάρυγγος, ἔσθ' ὁπότε τοῦ γάλακτος χωρὶς ἐκμυζήσεως ἐπιρρέοντος τὸ νήπιον πνίγεται. Ἄλλως δὲ μὴ διὰ τὸ κλαίειν παντότε [τὸν] μαστὸν αὐτῷ παρέχειν· πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ συμφέρει ποτὲ καὶ ὁ κλαυθμός· γυμνάσιον γὰρ φυσικὸν τούτοις εἰς τόνωσιν τοῦ πνεύματος καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, πρός τε τὴν διάτασιν διευρυνομένων τῶν πόρων ἡ ἀνάδοσις τῆς τροφῆς εὐχερεστέρα παρασκευάζεται· πλὴν οὐχ ἕως πλείονος [3] κλαίειν ἀνετέον αὐτό· καὶ γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀδικεῖ καὶ τῆς εἰς ὀσχέον ἐντέρων κατολισθήσεως αἴτιον γίνεται· δεύτερον οὐ διὰ μόνην [4] ἔνδειαν κλαυθμυρίζει τὸ βρέφος, ἀλλὰ καὶ διὰ σφίγξιν ἢ θλῖψιν κακῶς ἐσχηματισμένον, ἢ διὰ δῆξιν περισσωμάτων, [5] ἢ ζῴου τινὸς [6] νυγμὸν, ἢ πλῆθος τροφῆς ἔτι βαρούσης τὸν ὄγκον, ἢ ῥῖγος, ἢ καὶ τὸ μὴ δύνασθαι διαχωρῆσαι, σκληροτέρου [7] παρεγκειμένου τοῖς ἐντέροις περισσεύματος, ἢ διὰ [8] δυσαρέστησιν,

1 δεῖ codd. — 2 καταλιπεῖν codd. — 3 πλὴν codd. — 4 εὐδίαν codd. — 5 καὶ codd. — 6 ἢ νυγμὸν codd. — 7 παρακειμένου. — 8 δυσαρέστησιν ἄλλως ἢ ποσὸν ὧν ἕκαστον ἐφ' ὅσον ἐνδέχεσθαι σημειοῦσθαι δὲ πέφυκεν, ὥστε codd.

omnino ploret, papillam semper in eius ore relinquere, cum dormit; compressis enim naribus atque ore occluso, et gravatis faucibus, lacte subinde vel sine suctione adfluente, infans suffocatur. Profecto sane non semper quia plorat mammam illi praebere oportet. Primum enim vel ploratus ipse nonnumquam utilis est; naturalis enim est exercitatio ad spiritus et organorum respiratoriorum corroborationem, et ad distentionem dilatatis meatibus distributio alimenti per corpus facilius obtinetur. Non tamen nimis diu eos plorare sinere debet; nam id oculos laedit et intestinorum in scrotum descensus causa fit. Tum vero non solum propter alimenti inopiam infans plorat, sed etiam propter constrictionem, vel pressionem, si pravo habitu decumbat, vel propter morsum excrementorum, vel animalis nescio cuius punctionem, vel copiam alimenti etiamnunc corpus gravantis, vel rigorem, vel quia alvum ponere nequit, solidiore excremento in intestinis praesente; vel propter molestiae sensum, vel

ἢ δι' ἄλλο τι ὁποῖον δὴ πέφυκεν, ὧν ἕκαστον ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται σημειούσθω, ὥστε κατάλληλα πρᾶξαι τοῖς ὀχλοῦσι καὶ [1]μὴ πάντως ἐπὶ τὸ δοῦναι τὸν μαστὸν τῷ βρέφει παρελθεῖν. Ὅτι μὲν οὖν θλίβεται, γνωρίσομεν τῷ δακτύλῳ τὴν θλῖψιν τῶν τελαμώνων καταλαμβάνοντες καὶ πελιούμενον ἄκρον ἰδόντες ἢ μὴ κατὰ φύσιν ἐσχηματισμένον· ὅτι δὲ δάκνεται ἢ νύσσεται ὑπό τινος, διὰ τὸ αἰφνίδιον κραυγάσαι μήτε μετασχηματισθὲν, μήτε ἐσφιγμένον ὑπὸ τῶν σπαργάνων· ὅτι δὲ βαρεῖται διὰ πλείονος τροφῆς παράθεσιν, διὰ τοῦ ἀσᾶσθαι καὶ [2]ἐρυγιάζεσθαι, πολλάκις δὲ καὶ μετέωρον ἔχειν τὸ ὑποχόνδριον· κἀκ τούτου [δὲ] μαθεῖν πρόσεστι, ποσάκις πέπωκε γάλα· ὅτι δὲ ῥιγοῖ, διὰ τοῦ πυκνοῦσθαι καὶ συστρέφεσθαι καὶ ἀπεψύχθαι, ποτὲ δὲ καὶ πεπελιῶσθαι τὰ γυμνὰ, καὶ τὸν ὄγκον, ἐν ᾧ τρέφεται, φαίνεσθαι ψυχρόν· ὅτι δὲ καυματίζεται, διὰ τοῦ θερμοτέρου μὲν ἡμᾶς ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ ἀέρος, ἐρυθραίνεσθαι δὲ καὶ πνευστιᾶν τὸ νήπιον, ἢ πολλάκις παρὰ τὸ δέον σκεπάσμασι περιβεβλῆσθαι· ὅτι δὲ παρὰ τὸ σκληρὸν εἶναι τὸ σκύβαλον καὶ δυσδιαχώρητον,

1 οὐ codd. — 2 ῥυγιαζ. codd.

aliud quid qualecumque, quae singula, quantum fieri potest signis suis cognoscere oportet, ita ut faciamus quod noxis illis adversum est, nec semper eo recurratur ut infanti mamma praebeatur. Premi igitur infantem dignoscemus digito pressionem fasciarum sentientes et videntes extremam aliquam partem corporis livescere, vel non compositam esse secundum naturam suam; eum autem aliqua re morderi vel pungi, e ploratu subitaneo, cum neque alieno habitu sit compositus, nec fasciis constrictus. Nimio cibo eum gravari noverimus e nausea et ructibus, saepe etiam ex hypochondrio in tumorem sublato; praeterea etiam inde cognosci poterit, si reputemus quoties lac biberit. Infantem autem rigore teneri novimus, ubi densatur et contrahitur, et refrigeratur; interdum quoque inde, quod partes nudatae livescunt et quod moles, in qua enutritur, frigida videtur. Eum ardore vexari patebit inde, quod aërem ambientem calidiorem esse sentimus, infantem vero rubere vel anhelare observamus, vel praeter modum stragulis esse coopertum.

ἐκ τοῦ μετὰ διατάσεως καὶ συνολκῆς τοῦ σώματος κλαίειν ἔνεστι γνῶναι· ὅτι δὲ [διὰ] δυσαρέστησιν καὶ ὁποιανδήποτε νόσον, διὰ τοῦ συνάγεσθαι τοῖς χαρακτῆρσι καὶ ἀποστρέφεσθαι τὸν μασθὸν ἐπὶ μηδεμίαν τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων αἰτιῶν. Τὸ δὲ τῆς τροφῆς ὀρεγόμενον, διὰ τοῦ μηδενὸς τῶν εἰρημένων παρόντος τὰ χείλη μὲν σαλεύειν, τὸ δὲ στομάτιον ἀνοίγειν καὶ μάλιστα [1] εἴ τις τῷ ἑαυτοῦ δακτύλῳ παράψαιτο, διὰ τῆς ἁφῆς εἰς ὑπόμνησιν ἄγων τῆς θηλῆς· ἔτι δὲ διὰ τοῦ προσεπιθεωρῆσαι [2] πόσῳ μὲν εἴωθεν ἀρκεῖσθαι γάλακτι, πόσον δὲ ἔλαβε νῦν, καὶ [3] εἴτι ἐπὶ πολὺ ὁ μεταξὺ γεγένηται χρόνος καὶ ὑποχόνδριον [4] καθεῖτο· τότε γὰρ παρέχουσα τῷ βρέφει τὸν μαστὸν ἡ γαλοῦχος εἰς διόρθωσιν τῶν διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς τροφῆς κλαυθμυριζόντων, οὐ διαμαρτήσεται. Φυλάττεσθαι δὲ καὶ μετὰ τὸ πληρωθῆναι τοῦ γάλακτος εὐθέως αὐτὸ κινεῖν· καὶ γὰρ οἱ τέλειοι μετὰ τροφὴν αἰωρούμενοι βλάπτονται φθειρομένης τῆς τροφῆς, πολλῷ δὲ μᾶλλον τὸ ἀκμὴν νήπιον, διά τε τὴν τρυφερίαν τοῦ σώματος

1 εἴτις ἑαυτοῦ δάκτυλον παρ. codd. — 2 ποσὸν codd. — 3 ἔτι codd. — 4 καθεῖντο codd.

Eum autem plorare propter durum excrementum et quod difficulter deponat, novimus inde, quod cum intentione et contractione corporis plorat. Propter molestiae sensum vero et morbum qualemcumque constabit eum plorare, quando vultus lineamenta contorquet et mammam aversatur, nulla de causa earum, quas ante memoravimus. Alimenti autem desiderium ploratus causam esse cognoverimus inde, quod nulla re supra dicta praesente labia commoveat, et osculum aperiat, maximeque si quis digito suo attingat, attactu illo papillam illi in mentem revocans; tum etiam inde quod consideretur quanto lactis contentus esse soleat, et quantum nunc ceperit, et num sat longum sit tempus a postremo quo alimentum ceperit, et num hypochondrium consederit; nam ita rebus se habentibus si nutrix infanti mammam praebeat, ut melius degant infantes propter alimenti desiderium plorantes, minime peccabit. Cavendum etiam, ne statim postquam repletus sit lacte infantem moveamus; nam vel adulti post coenam gestatione usi laeduntur alimento

καὶ διὰ τὸ φύσει πως εὐεπιπόλαστον εἶναι τὸ γάλα, δι' ἣν αἰτίαν ὡς εἰκὸς καὶ τὰ βρέφη συνεχέστερον [1] ἐξερᾷ πρὸς τὴν ἄτακτον καὶ ἀδιάλειπτον κίνησιν ναυτιῶντα καὶ [2] ἀνατρεπόμενα τὸν στόμαχον τοῖς δυσθαλάσσοις τῶν πλοϊζομένων ἐμφερῶς. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ οὕτω τρεφόμενα πλαδαρὸν ποιεῖ τὸ σῶμα καὶ πρὸς τὰς νόσους [3] εὐεπηρέαστον, ὅμοιόν τι πάσχοντα τοῖς σιτευομένοις ἐρίφοις, [4] οὓς οἱ κατ' ἐπιτήδευσιν λιπαροὺς ποιῆσαι θέλοντες, ὅταν πληρωθῶσι τοῦ γάλακτος, ἐν σπυρίδι κρεμάσαντες κινοῦσι δι' ὅλης ἡμέρας τε καὶ νυκτός· οὕτω γὰρ διὰ τὸν σάλον τῆς τροφῆς εἰς ὅλα τὰ σώματα φερομένης [5] διοικεῖται, καὶ ἐμπιπλᾶται μέρος ἕκαστον. Εἰ δὲ ἐπιμόνως κλάοι τὸ βρέφος ἀπὸ τῆς γαλακτοποσίας, ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτὸ διακρατείτω ἐρεθισμοῖς τισι καὶ ψελλίσμασι καὶ φωναῖς προσηνέσι παρηγοροῦσα τὸν κλαυθμόν, μήτε δὲ ἐκφοβοῦσα, μήτ' ἐπιταράττουσα ψόφοις τισὶν ἢ ἄλλαις ἀπειλαῖς· ἡ γὰρ ἀπὸ τῶν τοιούτων ἔκπληξις αἰτία παθῶν γίνεται ποτὲ μὲν σωματικῶν, ποτὲ δὲ

1 ἐξερᾶν codd. — 2 ἀνατρεπόμενα ὅμοια τοῖς δυσθ. codd. — 3 εὐεπηρέαστα codd. — 4 ὡς codd. — 5 διοικεῖ codd.

corrupto, multo magis vero infans cum propter corporis teneritudinem, tum quia lac natura sua fere supernatat; quapropter, uti videtur, infantes etiam frequenter id eructant propter inordinatum et non interruptum motum vomituri-entes et subversum stomachum habentes, instar eorum ex navigantibus, qui motum in mari aegre ferunt. Idcirco qui ita enutriuntur humore redundans corpus sibi acquirunt et morbis facile prehenduntur, similiter fere affecti ac satiati hoedi, quos qui pinguefacere volunt, cum lacte eos repleverint, in corbe suspensos per integrum diem et noctem agitant. Ita enim cibus iactatione per totum corpus distributus in nutrimentum vertitur et partes singulae replentur. Quodsi continenter infans ploret postquam lac duxerit, intra cubitos eum contineat, irritationibus aliquantulis et balbutiendo et vocibus lenibus ploratum sedans, minime vero eum perterritans, nec conturbans sonis quibusdam, vel praesertim minis; nam terror inde exortus causa fit affectuum tum corporis, tum animi. Itaque non statim a

ψυχικῶν. Οὐκ εὐθέως οὖν μετὰ τὴν τροφὴν αἰωρητέον, ἀλλὰ ἢ [1] μετὰ τὸ αὐτὴν ἀναδοθῆναι, ἢ πρὸ τροφῆς· πρὸς ἀναλογίαν δὲ τῆς ἕξεως καὶ διὰ τῆς αἰώρας κίνησις ἐπιτηδευέσθω, τὸ πρῶτον μικρὸν σαλευομένης τῆς σκάφης, ἢ τῆς βαυκάλης κρεμαμένης, ἢ ἐπὶ διαγωνίων λίθων [2] ἐπηρεισμένης, εἰς ὕστερον δὲ καὶ [3] διὰ Φορείου· μετὰ δὲ τέσσαρας μῆνας καὶ τῆς τροφοῦ διακρατούσης ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτὸ καὶ περιπατούσης, ἢ διὰ ζεύγους αἰωρουμένης· τὸ γὰρ βαστάζειν ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτὸ καὶ κινεῖν ἀποδοκιμάζομεν· θλιβόμενοι γὰρ οἱ δίδυμοι ποτὲ μὲν ἀνατρέχουσι εἰς τὰ ὑπερκείμενα, ποτὲ δὲ διαλύονται, καὶ οὕτως οἱ μὲν γίνονται κρυψόρχαιοι, οἱ δὲ εὐνοῦχοι. [4] Δεῖ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν κατὰ πρόβασιν τῶν χρόνων παραγγελμάτων ἐπιθεωρεῖν.

ΚΕΦ. λς′.

Περὶ τῆς τοῦ ὀμφαλοῦ ἀποπτώσεως.

Καὶ πρῶτον μὲν, μετὰ τρεῖς, ἢ τέσσαρας ἡμέρας, ἢ [5] ὁποσασοῦν,

1 μετ' αὐτὴν codd. — 2 ἐπηρειμμένης. — 3 διάφορος μετὰ codd. — 4 αἱ δὲ codd. — 5 ὁπωσοῦν codd.

cibo motu agitandum, sed vel postquam digestus is est, vel ante cibum sumptum. Pro ratione vero corporis habitus etiam motus per gestationem paretur, primum quidem scapha paululum commota, vel cunabulis suspensis, vel oblique positis lapidibus innitentibus; tandem vero etiam lecticae ope. Quatuor vero mensibus lapsis etiam nutrice cubitis eum amplexa et ambulante, vel curru vecta moveatur; nam humeris impositum gestare atque ita movere reprobamus; pressi enim testes interdum recurrunt ad superiora, interdum vero dissolvuntur; unde alii cryptorchides evadunt, alii eunuchi. Verum etiam reliqua, quae pro temporis progressu usu veniunt, monita considerare oportet.

CAPUT XXXVI.

De umbilici lapsu.

Ac primum quidem post dies tres, vel quatuor, vel quot-

τοῦ ὀμφαλοῦ [1] κατὰ μαρασμὸν ἀποπεσόντος, τὸ ὑπολειφθὲν [2] κατὰ τὴν βάσιν ἑλκύδριον ἀποθεραπεύειν. Αἱ πολλαὶ μὲν οὖν γυναῖκες καύσασαι χοίρειον ἀστράγαλον, [3] ἢ κοχλίας, ἢ βολβοὺς καὶ λειοτριβήσασαι ἐπιπάσσουσιν· αἱ δὲ μόλυβδον κεκαυμένον καὶ [4] πεπλυμένον, σφονδύλῳ τῷ ἐριουργικῷ παραπλησίως σχηματίσασαι, κατὰ τῆς τοῦ ὀμφαλοῦ χώρας ἐρείδουσι, διὰ τὸ ἐμψυκτικὴν εἶναι τὴν ὕλην ἐπουλωθησομένης τῆς ἑλκώσεως, διὰ δὲ τὸ βαρεῖαν εὐπρεπῶς εἰς κοιλότητα τυπωθησομένου τοῦ ὀμφαλοῦ.

ΚΕΦ. λζ'.

Πότε καὶ πῶς παραλυτέον.

Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἀπὸ τῶν σπαργάνων αὐτὸ δεῖ λύειν· ἔνιοι μὲν οὖν περὶ τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τοῦτο ποιοῦσιν· οἱ πολλοὶ δὲ περὶ τὴν ἑξηκοστήν· οἱ δὲ καὶ μακροτέραν ταύτης προθεσμίαν ὁρίζουσιν. Ἡμεῖς δὲ περιπήξεως ἕνεκα πρὸς διαστροφὴν

1 καταμερασμὸν codd. — 2 καὶ κατὰ codd. — 3 καὶ λειοτριβήσασαι κοχλίας ἢ βολβοὺς ἐπιπασσ. codd. — 4 πεπλυμένον ἄμεινον δὲ τοῦτο καὶ σφονδ. codd.

cumque demum, umbilico emortuo et delapso, ulcusculum ad huius basin relictum persanare oportet. Pleraeque igitur mulieres ustis porcelli talo, vel cochleis, vel bulbis, et laevigatis conspergunt. Aliae plumbum ustum et lotum in formam verticuli, quo lanam nentes utuntur, efformatum ad umbilici locum adprimunt, ut, quum refrigerans sit materies, ulcusculum cicatricem ducat, et ut, quum gravis sit, decore umbilicum in cavum efformet.

CAPUT XXXVII.

Quando et quo modo infans e fasciis sit solvendus.

Temporis progressu eum etiam e fasciis exsolvere oportet. Nonnulli quidem igitur circa quadragesimum diem id faciunt, plerique vero circa sexagesimum; alii etiam longius remotum tempus rei constituunt. Nos vero consolidationis

[1]σχηματισμὸν εὔχρηστόν φαμεν τὰ σπάργανα· [2]τότε [δὲ] παρεκλύειν αὐτὰ δοκιμάζομεν, ὅτε ἤδη μετρίως πεπηγότος τοῦ σώματος, οὐκέτι φόβος ἐστὶ τοῦ διαστραφῆναί τι μέρος αὐτῶν. Τοῦτο μὲν [οὖν] ἐφ' ὧν [μὲν] διὰ βελτίονα σώματος σύστασιν, τάχιον, ἐφ' ὧν δὲ δι' ἀσθενεστέραν σύγκρισιν βράδιον [3]παραγίνεται. Δεῖ δὲ μηδὲ ἀθρόως, μηδὲ ὑφ' ἓν πάντα λύειν τὰ σπάργανα· πᾶσα γὰρ αἰφνίδιος εἰς τὸ ἐναντίον μεταβολὴ ξενοπαθείας ἀποτελεστική. Πρῶτον μὲν [οὖν] μίαν ἐλευθερῶσαι χεῖρα καὶ μετά τινας ἡμέρας τὴν ἑτέραν· εἶτα καὶ τοὺς πόδας. Προεκλύειν δὲ τὴν δεξιάν· ἐπικρατηθεῖσα γὰρ κατὰ τοὺς τὴν εὐώνυμον πρῶτον λῦσαι φθάσαντας ἀτονωτέρα γίνεται [4]τῷ βράδιον τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὸ γυμνάσιον ἐλθεῖν, ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ἀριστερόχειρας ἐνίους [5]γίνεσθαι. Πηγνυμένου δὲ τοῦ βρέφους μᾶλλον, καὶ τὸ ἐν οἴκῳ λουτρὸν δεῖ παραιτεῖσθαι, χρῆσθαι δὲ βαλανείῳ μήτε ἐπὶ πολὺν χρόνον, μήτε πεπυρωμένῳ· τὸν γὰρ κατ' οἶκον ἀέρα προσηνῶς καὶ ὁμαλῶς εὔκρατον οὕτως οὐκ ἐνδέ-

1 χρηματισμὸν codd. — 2 τότε παρεγκέλλειν codd. — 3 περιγίνεται codd. — 4 τοῦ codd. — 5 γίγνεσθαι codd.

gratia adversus distorsionem habitum utilem esse dicimus fasciationem. Tum vero eas solvere suademus, quando iam modice densato corpore non amplius metus est, ne aliqua pars eorum distorqueatur. Hoc quidem igitur in aliis propter meliorem corporis constitutionem citius, in aliis propter debiliorem corporis fabricam tardius contingit. Oportet autem nec confertim, neque eodem tempore omnes solvere fascias; quaelibet enim subitanea in contrarium mutatio novitate molestiam parit. Itaque primum unam manum liberare oportet, et post dies aliquot alteram, dein etiam pedes. Prius autem dextra exsolvenda; nam vinculis contenta, secundum eorum morem, qui sinistram prius solvunt, debilior fit, quia tardius quam sinistra ad exercitationem devenit, ita ut vel hac de causa nonnulli laevi fiant. Infante vero magis robusto facto etiam balnea domestica repudianda sunt, contraque publico utendum, nec diu protracto, nec valde calefacto. Nempe aërem domi tam leniter et aequabiliter tepidum reddere non datur. Quodsi nuper fasciis involu-

χεται παρασκευάζειν. Ἐὰν δὲ ἀκμὴν σπαργανούμενον τὸ βρέφος ἑλκωθῇ διὰ τὴν τῶν τελαμώνων παράτριψιν, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ποιητικὴν ἑλκώσεως αἰτίαν, παραιτεῖσθαι δεῖ τὰ σπάργανα καὶ ἁπλοῦν αὐτῷ περιτιθέντα χιτωνάριον ἀποθεραπεύειν τὰ ἕλκη.

ΚΕΦ. λη'.

Πῶς δεῖ καθίζειν καὶ περιπάτησιν ἀσκεῖν.

Καθίζειν δὲ καὶ ἀνίστασθαι τοῦ βρέφους πειράζοντος, βοηθεῖν αὐτοῦ τοῖς κινήμασι δεῖ· τάχιον μὲν γὰρ προθυμούμενον καθίζειν καὶ μέχρι πλείονος εἴωθε κυρτοῦσθαι καμπτομένης τῆς ῥάχεως διὰ τὸ μήπω τὰ σώματα τόνον ἔχειν· προπετέστερον δὲ [1] ἀνισταμένου καὶ περιπατεῖν θέλοντος, διαστρέφεται κατὰ τοὺς μηροὺς τὰ σκέλη. Τοῦτο δὲ καὶ μᾶλλον ἐπὶ Ῥώμης γινόμενον θεωρεῖται, καθὼς μέν τινες ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι ψυχροῖς ὕδασιν ἡ πόλις κάτωθεν διαιρεῖται καὶ τὰ σώματα περιψύχεται

1 ἀνιστάμενον et mox θέλοντα et διαστρέφεσθαι codd.

tus infans exulceretur propter fasciarum attritum, vel aliam quandam causam, quae ulcera faciat, repudiandae sunt fasciae et simplicem tuniculam illi induere oportet et ulcera persanare.

CAPUT XXXVIII.

Quomodo infantem exercitare oporteat, ut sedere et ambulare discat.

Quando sedere et surgere tentat infans, eius motibus succurrendum est; nam ante debitum tempus et diutius sedere cupiens incurvari solet spina dorsi inflexa, quia partes nondum robur habent; cum vero nimio studio exsurgit et circumire vult, crura ad femora inflectuntur. Quod magis etiam Romae fieri videmus; uti nonnulli opinantur, quia locis depressis urbs aquis frigidis dividitur et corpora facile

ῥᾳδίως· καθὼς δέ τινες λέγουσι καὶ διὰ τὰς συχνὰς τῶν γυναικῶν συνουσίας, ἢ διὰ τὸ μετὰ μέθην ταῖς συμπλοκαῖς χρῆσθαι· τὸ δ' ἀληθὲς διὰ παιδοτροφίας ἀπειρίαν· οὐ γὰρ ἔγκειται τοσαύτη στοργὴ ταῖς ἐν τῇ πόλει γυναιξὶν, ὡς τὸ καθ' ἕκαστον ἐπιβλέπειν, ὃν τρόπον πράττουσιν αἱ καθαρῶς Ἑλληνίδες. Μηδενὸς [οὖν] ἐπιθεωροῦντος τὰ κινήματα τῶν βρεφῶν διαστρέφεται τὰ κῶλα τῶν πλείστων· ὅλον γὰρ τὸ βάρος τοῦ σώματος ἐπίκειται τοῖς σκέλεσι, στερεὸν δὲ καὶ ἀπόκροτον τὸ ἔδαφος, ὡς ἂν κατὰ τὸ πλεῖστον λίθοις ἐστρωμένον· ὅταν οὖν ἀντίτυπον μὲν ᾖ καθ' οὗ κλίνει, βαρὺ δὲ τὸ ἐπικείμενον, τρυφερὸν δὲ τὸ βαστάζον, κατ' ἀνάγκην τὰ κῶλα ὑπενδίδωσι μήπω τῶν ὀστέων τετονωμένων. Ἔνθεν, ὅταν καθίζειν πρῶτον ἄρξηται, περιβολαῖς ἱματίων αὐτὸ, οἱονεὶ παραθέσει τῶν ἀνακρατεῖν αὐτὸ δυναμένων, διερειστέον καὶ οὐ μέχρι πολλοῦ τὸ πρῶτον· προκόπτον δὲ μᾶλλον ἕως τοῦ ἕρπειν καὶ πρὸς μικρὸν ἐξανίστασθαι, παρὰ τοῖχον αὐτὸ διαστήσαντα καταλιπεῖν· κατὰ [1] πρόβασιν δὲ καὶ πρὸς δίφρον ὑπότροχον. Οὕτως ἐκ τῆς κατὰ βραχὺ συναυξήσεως

1 πρόσβασιν codd.

refrigerantur; uti vero alii dicunt, propter frequentes mulierum amplexus, vel quia ebriae venere utuntur; re ipsa autem propter imperitiam artis infantem educandi; nempe in mulieribus urbanis non tantus insitus est prolis amor, ut singula eo spectantia observent, quemadmodum origine Graecae faciunt. Nemine igitur ad motus infantis animum advertente plerorumque artus distorquentur; nam totum corporis onus cruribus incumbit, solidum autem et repercutiens est solum, quippe fere lapidibus stratum. Quando igitur renititur id, cui insistit, grave vero est quod incumbit, et molle id quod gestat, necessario artus cedunt, ossibus nondum debitum robur nactis. Hinc, quando primum sedere incipit, circumiectis vestimentis eum, quasi appositis fulcimentis, erigere oportet, ac primum quidem haud diu. Quodsi magis accedat ad tempus, quo repat et paululum surgat, ad parietem eum collocare et ibi sibi relinquere oportet per temporis intervalla; et, ut progredi discat, ad sellam, quae infra rotas habeat. Ita e sensim adaucta

μελετήσει τὴν ἐπίβασιν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς κινήσεως· ἑξῆς δὲ καὶ περὶ τροφῆς ὑποδεικτέον.

ΚΕΦ. λθ'.

Πότε καὶ πῶς ἀπογαλακτιστέον τὸ βρέφος.

Μέχρις οὖν συνδιαπαγῇ τὸ νήπιον, μόνῳ διατρεφέσθω γάλακτι· στενῶν γὰρ ἔτι τῶν ἀραιωμάτων ὑπαρχόντων, ἐπισφαλὲς ἐπὶ τὴν στερεωτέραν [1] προέρχεσθαι τροφὴν, βρκδυποροῦσαν μὲν πρὸς τὰς ἀναδόσεις διὰ τὴν στενότητα τῶν πόρων, θλίβουσαν δὲ πᾶν τὸ δοκοῦν αὐτὴν ὑποδέχεσθαι. Διὸ καὶ αἱ [2] προπετέστεραι μετὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν ἤδη πειρώμεναι διδόναι τὴν σιτώδη τροφὴν, ὅπερ μάλιστα ποιοῦσιν ἐξαντλεῖν τὸ γάλα βαρυνόμεναι, [ἁμαρτάνουσι·] φαῦλον δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐναντίων, ἤδη τοῦ σώματος ἐστερεωμένου, μὴ μεταβαίνειν ἐπὶ τροφὴν ἄλλην, οὐ μόνον ὅτι πλαδαρὸν γίνεται τὸ σῶμα καὶ διὰ

1 προσερχ. codd. — 2 προπετισμέναι codd.

exercitatione incedere discet. Et haec quidem de motu; sequitur ut de alimento exponatur.

CAPUT XXXIX.

Quomodo et quando infans de mamma depellendus sit.

Donec igitur infans firmior factus fuerit, solo lacte nutriendus est, nam quum raritates etiamnunc angustae sint, periculosum est ad solidius alimentum devenire, quippe quod lente procedit ad distributionem ob meatuum angustiam et premit quodcumque id recipere videatur. Quapropter festinantiores iam post quadragesimum diem cibum farinaceum praebere conantes, — quod maxime faciunt, quia lac suum exhauriri aegre ferunt, — peccant; pravum autem contra etiam corpore iam consolidato non transire ad aliud alimentum; non solum quia corpus madore repletur

τοῦτο εὐπαθὲς τὸ ἐκ τοῦ γάλακτος τρεφόμενον ἐπὶ πλέον, ἀλλὰ καὶ αἴτιον νόσου [1]γινόμενον εὐχερῶς ἀποξύνεται τὸ γάλα· παρ' ἣν αἰτίαν πεπηγότος ἤδη τοῦ σώματος καὶ δεκτικοῦ στερεωτέρας γιγνομένου τροφῆς, — ὅπερ οὐκ ἂν ἔμπροσθεν εὐτυχηθείη τῶν [2]ἓξ μηνῶν, — καὶ τῇ σιτώδει τροφῇ ψωμίζειν τὸ νήπιον [3]ἁρμόζει, ψιχίοις τρυφεροῖς ἐξ ὑδρομέλιτος, ἢ γάλακτος, ἢ γλυκέος, ἢ οἰνομέλιτος· μετὰ ταῦτα δὲ δοτέον καὶ ῥόφημα τὸ ἀπὸ τοῦ χόνδρου καὶ πόλτον δίυγρον καὶ ᾠὸν ῥοφητόν. Μεταξὺ δὲ τῆς τροφῆς φυλακτέον διδόναι τὸ γάλα πιεῖν· δυσδιοίκητος [4]γὰρ ἡ τροφὴ γίνεται τῷ ἐπινήχεσθαι τῇ ὑγρότητι τοῦ γάλακτος, καὶ τὸ δίψος οὐ παρηγορεῖται· διὸ κἂν ἔκδιψόν ποτε γένηται μετὰ τὴν τροφὴν τὸ βρέφος, ὕδωρ ἢ ὑδαρὲς οἰνάριον δοτέον αὐτῷ διὰ τῶν πεφιλοτεχνημένων θηλῶν· ἀβλαβῶς γὰρ ἐκ τούτων κατ' ὀλίγον ὡς ἐκ τῶν μαστῶν τὸ ὑγρὸν ἕλκει· ποτὲ μέντοι καὶ ἀρτίδιον ἁπαλὸν ἐκ κραματίου προσφέρειν ἐστίν. Οἱ γὰρ διὰ τῶν μασητῶν τῆς τροφῆς ψωμισμοὶ διὰ τὴν συμπλοκὴν τοῦ φλέγματος [5]βλαβεροί· τῶν ἀρτυμάτων δὲ καὶ τὸν

1 γινομένης codd. — 2 ἑξαμήνων codd.; vide infra in hoc capite. — 3 ἁρμόζοι codd. — 4 δὲ codd. — 5 βλαβερόν codd.

adeoque facile morbos patitur id quod diutius e lacte nutritum est, sed etiam, quum causa morbi fit, facile lac acescit. Quapropter consolidato corpore et solidius alimentum recipere valente, — quod non contingit ante sextum mensem, — etiam farinaceum cibum infanti praebere convenit, micam panis mollem ex aqua mulsa vel lacte, vel musto, vel vino mellito. Postea vero etiam sorbitio ex alica praebenda et puls aquosa et ovum sorbile. Cavendum autem ne inter cibum lac bibendum des; nam cum alimentum lactis humori supernatat, difficulter distribuitur per corpus, nec sitis restinguitur; quare, si forte siticulosus sit post cibum infans, aqua vel vinum aquosum illi praebendum est ope papillarum facticiarum; nam ex his citra noxam sensim humorem, veluti ex mammis, haurit; nonnumquam tamen etiam panis teneri aliquantulum ex aqua cum vino obferre illi licet. Nempe cibum manducatum eius ori intrudere nocivum est propter mucum, qui commiscetur.

μήκωνα καὶ τὸ σήσαμον καὶ πᾶν τὸ ἀρτυματῶδες ἀποδοκιμαστέον· ἕκαστον γὰρ τούτων καὶ ἐπὶ τελείων, δυσκατέργαστον. Εὐχερῶς δὲ ἤδη τοῦ βρέφους λαμβάνοντος τὴν σιτώδη τροφὴν καὶ τῆς τῶν ὀδόντων ἀνακφυήσεως ὑπισχνουμένης [1] τὴν τῶν στερεμνιωτέρων διαίρεσίν τε καὶ τελείωσιν, — ὅπερ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον περὶ τὴν τρίτην ἢ τετάρτην ἐξάμηνον γίνεται, — λεληθότως καὶ κατ' ὀλίγον ἀποσυνεθίζειν αὐτὸ τοῦ μαστοῦ καὶ ἀπογαλακτίζειν τῷ προστιθέναι [2] μὲν τῷ πλήθει τῆς ἄλλης τροφῆς, ὑποσπᾶν δὲ τῆς ποσότητος τοῦ γάλακτος· οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον τὸ βρέφος ἀποσυνεθισθήσεται ἀλύπως κατὰ βραχὺ τῆς πρώτης ἀποχωροῦν συνηθείας. Ἅμα δὲ ἀπεριέργως σβεσθήσεται τὸ γάλα τῆς τιτθευούσης τὸ νήπιον τῇ κατὰ μικρὸν ὑφαιρέσει τῆς ἐκμυζήσεως· τὸ γὰρ πικροῖς τισι καὶ δυσώδεσι περιχρίειν τὰς θηλὰς καὶ ἀθρόως ἀπογαλακτίζειν αὐτὸ βλαβερὸν διά τε τὸ [3] τῇ ἀθρόᾳ μεταβολῇ ξενισμὸν ἐμποιεῖν καὶ διὰ τὸ κακοῦσθαι ὑπὸ τῶν φαρμάκων, [ὡς] τὸν στόμαχόν ποτε πάσχειν. Ἄριστος δὲ καιρὸς ἀπογαλακτισμοῦ τὸ ἔαρ, ὑγιεινότερον δι' εὐκρασίαν

1 καὶ τὴν mss. — 2 μὲν γὰρ τῷ codd. — 3 ἐν τῇ codd.

E condimentis vero papaver et sesamum, quin quodcumque condimentosum est, reiicere oportet; quippe quae singula etiam adultis subactu sunt difficilia. Infante vero iam facile cibum farinosum capiente et dentium proventu etiam solidiorum ciborum comminutionem et subactionem promittente, — quod plerumque circa tertium vel quartum semestre contingit, — clanculum et sensim de mamma ut desuescat curandum est et ut de lacte depellatur, adiiciendo ad copiam reliquorum ciborum, detrahendo vero de copia lactis; ita enim potissimum infans citra noxam desuescet sensim recedens de pristino more. Simul vero etiam sine molestiis mulieris mammam infanti praebentis lac exstinguetur pedetentim facta exsuctionis deminutione. Scilicet amaris quibusdam et male olentibus papillas inungere et derepente eum de lacte depellere, nocivum est; quia e subita mutatione novitas noxam adfert et quia laeditur medicamentis illis, ita ut subinde ventriculus aegrotet. Optima vero opportunitas infantem de lacte depellendi est ver, quippe

τοῦ περιέχοντος· φαῦλος γὰρ ὁ κατὰ φθινόπωρον· τότε γὰρ, διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τοῦ περιέχοντος ἐπινόσως διακειμένου τοῦ παντὸς σώματος, φυλάσσεσθαι δεῖ τὰς τῶν ἐθῶν μεταβολὰς ἐχούσας τι δυσάρεστον ἐκ τῆς ξενοπαθείας. Οὐ προσεκτέον δὲ Μνησιθέῳ τε καὶ Ἀριστάνακτι βράδιον ἀξιοῦσιν ἀπογαλακτίζειν ἓξ μησὶ τὸ θῆλυ διὰ τὸ ἀσθενέστερον ὑπάρχειν· οὐχ ὁρῶσι γὰρ ὅτι πολλῶν ἀρρένων ἔνια θηλυκὰ βρέφη καὶ ἰσχυρότερα καὶ σαρκωδέστερα. Δεῖ δὲ μηδενὸς τὸ νήπιον ἀποξενοῦν, μήτε οἰνοποσίας, [1] μήτε ὑδροποσίας, μήτε ψυχρολουσίας, μήτε θερμολουσίας, μήτε ἀλείμματος· καλὸν γὰρ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἔθος πρὸς τὰ ὠΦέλιμα ποιεῖν· τοῦ δὲ δὶς λούειν μὴ πρότερον ἀΦίστασθαι πρὶν ἢ γενέσθαι τὴν ὀδοντοΦύησιν. Εἰ δὲ κάτογκον εἴη τῷ σώματι τὸ βρέφος καὶ δύσπνουν, δεήσει τὸ πλῆθος τῆς σαρκὸς [2] συνείργειν διὰ τοῦ τὴν μὲν τροΦὸν ὀλιγοτρόΦοις καὶ ἥττοσι τροΦαῖς χρῆσθαι καὶ ὑδροποτῆσαι, τῷ δὲ βρέΦει μὴ πολλάκις τὸ γάλα παρέχειν, καὶ κινήσεσι χρῆσθαι ταῖς διὰ τῶν [3] χειρα-

1 μήτε ἀλίμματος· καλὸν γὰρ μήτε ὑδροποσίας, μήτε ψυχροποσίας, μήτε θερμοποσίας εὐθὺς κ. τ. ἑ. codd. — 2 συνεργεῖν mss. — 3 χειραμεξιῶν codd.

quod tempus anni salubrius est propter aëris temperationem; nam deterior auctumnalis tempestas; tunc enim, propter aëris inaequabilitatem toto corpore minus recte valente, cavendum est a solitarum rerum immutatione, quae propter novitatem facile incommoda pariat. Non tamen obsequendum Mnesitheo et Aristanacti, qui sex mensibus tardius de lacte depellere volunt femellam, quia debilior sit; neque enim perspiciunt nonnullas femellas esse multis masculis infantibus et robustiores et carnosiores. A nulla vero re alienare oportet infantem, neque a vini, neque ab aquae potione, neque a frigido, neque a calido balneo, neque ab unctione; bonum enim est statim a principio utilibus rebus eum adsuefacere; a balneo vero bis de die non prius desistendum est quam cum dentes erumpunt. Quodsi tumidum infanti sit corpus et difficulter spiret, copiam carnis cohibere oportet, ita ut nutrix cibis minus alentibus et paucioribus utatur et aqua illi pro potu sit, infanti vero ne frequenter lac praebeat et motu utatur in parvo vehi-

μαξίων, κἂν φύσει δὲ βορὸν ᾖ τὸ νήπιον καὶ πλείονος ὀρεγόμενον τροφῆς ἢ ἧς δύναται κρατεῖν, ἀποπερισπᾶν τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ψυχαγωγίαις τισὶ καὶ παιγνίαις, [καὶ] τὸ ψώμισμα διαιρεῖν καὶ ξηρὸν ἀρτίδιον αὐτῷ διδόναι, καὶ τὸ γάλα ποιεῖν ὀλιγοτροφώτερον· τοὐναντίον δὲ πλείονος τροφῆς κρατεῖν δυνάμενον, ἧττονος δὲ στεργόμενον, τῇ ποικιλίᾳ δελεάζειν τῶν προσφερομένων· κινεῖ γὰρ τὴν ὄρεξιν ἡ [1] καινότης τῶν παρατεθέντων. Εἰ δὲ ἀπογαλακτισθὲν νόσῳ περιπέσοι, πάλιν αὐτὸ δεῖ μετάγειν ἐπὶ τὸ γάλα καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι τὴν νόσον [2] ἀναλαβεῖν τὸ σωμάτιον καὶ οὕτως ἀπογαλακτίζειν.

ΚΕΦ. μ'.

Περὶ ὀδοντοφυήσεως.

Περὶ δὲ τὸν ἕβδομον μῆνα γινομένης τῆς ὀδοντοφυίας, ὑφ' ἧς φλεγμοναὶ γίνονται τῶν οὔλων καὶ σιαγόνων τε καὶ τενόντων,

1 κενότης codd. — 2 καὶ ante ἀναλ. codd.

culo, quod manibus trahitur. Quodsi natura vorax sit infans et plus cibi appetat quam subigere valeat, eius animum distrahere oportet oblectamentis quibusdam et ludis, et cibum dividere, et sicci panis aliquantulum illi praebere, et lac minus alens reddere. Sin contra plus cibi digerere possit, sed minus appetat, illum oblatorum varietate pellicere oportet; excitat enim appetitum novitas propositorum. Quodsi de lacte depulsus in morbum incidat, rursus ad lac reducere infantem oportet et postquam morbus cessaverit et corpus restitutum sit, tum demum de lacte desuefacere.

CAPUT XL.

De dentitione.

Circa septimum autem mensem dentibus erumpentibus, unde inflammationes fiunt gingivarum et maxillarum et ten-

ἔμπροσθεν μὲν προφυλακῆς χάριν οὐδὲν δεῖ τῷ νηπίῳ διδόναι [1]τῶν μασήσεως δεομένων· περιθλώμενα γὰρ τὰ οὖλα διαγανκτεῖ καὶ δυσδιαίρετα γίνεται τυλωθέντα. Πᾶν δὲ τοὐναντίον ἀπὸ τοῦ πέμπτου μηνὸς λελιπασμένῳ τῷ δακτύλῳ συνεχῶς παρὰ τὸ λουτρὸν [2]τὰ οὖλα ψηλαφᾶν καὶ μαλάσσειν ὀρνιθείῳ στέατι· [3]δεῖ δὲ καὶ [4]λίπασμά τι προσδιδόναι τῷ βρέφει ταῖς χερσὶ κατέχειν μεῖζον ἢ [ὡς] καταπιεῖν δύνασθαι, πρὸς τὸ καὶ ἀποθηλάζειν τοῦ νοτισμοῦ καὶ μὴ ἀπρεπῶς τὰ οὖλα διαμαλάσσειν [5]παρὰ τὴν τῆς πιμελῆς μαλακότητα. Κατὰ δὲ τὴν ὀδοντίασιν αὐτὴν, καὶ μάλιστα τῶν ὀδόντων παρακυψάντων ἤδη, τοῦτο μὲν οὐκέτι δεῖ ποιεῖν· πρὸς γὰρ τῷ ἐπιπόνως διαστραφῆναι τὰ φατνία σπαδονίζοντος τοῦ παιδίου [6]περι[λείπει] τοῖς ὀδοῦσι κατὰ τὸν ἐφελκυσμὸν τὰς τῆς πιμελῆς κτηδόνας. Παραιτεῖσθαι δὲ δεῖ καὶ τὸ βούτυρον καὶ τὰ δριμέα τῶν διαχρισμάτων· ἐρεθίζεται γὰρ δακνόμενα τὰ φλεγμαίνοντα· παραπέμπειν δὲ

1 τὰ μ. δεόμενα codd. — 2 τὸ οὖλον codd. — 3 Ante δεῖ eieci emblema, quod emendatum describo: καὶ ὁ λάγειος δὲ ἐγκέφαλος ὡσαύτως τῷ τῆς ἀντιπαθείας λόγῳ ποιεῖ τότε πρὸς ἀνιῶντα οὖλα. — 4. λιπάσματι προδιδόναι codd. — 5 περὶ codd. — 6 περὶ codd.

dinum, antea quidem praecavendi gratia minime infanti praebere oportet quae manducari debeant; illisae enim gingivae irritantur et callosae factae difficulter perforantur. Plane vero contrario modo a quinto inde mense digito pinguedine uncto frequenter in balneo gingivas atterere et pinguedine gallinacea emollire expedit. Praebendum etiam insuper infanti manibus tenendum frustulum pinguedinis, maius quam quod deglutiatur, ut de humore aliquid sugat et ne supra modum gingivae emolliantur propter pinguedinis teneritudinem. In ipsa vero dentitione maximeque dentibus iam prodeuntibus id non amplius faciendum est; nam praeterquam quod dentium alveoli cum dolore distorquentur infante laniente in attractione circa dentes relinquuntur fibrae pinguedinis. Verum etiam butyrum repudiare oportet et linimenta acria, nam partes inflammatae adrosae irritantur; itemque utpote nociva repudianda gingivarum scalpelli ope incisio. Utendum autem lanae mollis

ὡς ἐπιβλαβῇ καὶ τὴν διὰ τοῦ σμιλίου διαίρεσιν. Χρῆσθαι δὲ τρυφερῶν ἐρίων καὶ καθαρῶν ἐπιβολῇ [κατὰ] τραχήλου καὶ κεφαλῆς καὶ σιαγόνων, ἐμβροχῇ τε τῶν αὐτῶν δι' ἐλαίου γλυκέος καὶ θερμοῦ, [καὶ] παρενσταζομένου καὶ τοῖς ἀκουστικοῖς πόροις· ἐπιμενούσης δὲ τῆς φλεγμονῆς καὶ καταπλάσμασι τοῖς διὰ γύρεως, ἢ τήλεως, ἢ λινοσπέρμου, πυρίᾳ τε τῇ διὰ σπόγγων καὶ μάλιστα τῶν οὔλων· ἔτι δὲ καὶ μέλιτι συμμέτρως [1] ἀπέφθῳ ταῦτα διαχρίειν· καὶ τὸ λουτρὸν, ἐὰν μείζων ἡ συμπάθεια τυγχάνῃ, παραιτεῖσθαι [2] δεῖ, καὶ τὴν τροφὸν ἐπ' ὀλιγοσιτίας καὶ ὑδροποσίας τηρεῖν, ῥοφηματώδη τροφὴν λαμβάνουσαν, κἀν τῷ διδόναι τὸν μαστὸν ἠρέμα τῇ χειρὶ τὸ γάλα [3] παρενθλίβουσαν, ὡς διὰ τὴν ἐκμύζησιν τὸ νήπιον κακοπαθοῦν σφοδροτέραν ὑπομένει τὴν φλεγμονήν.

ΚΕΦ. μα'.

Περὶ φλεγμονῆς παρισθμίων.

Φλεγμηνάντων δὲ τῶν παρισθμίων ἡμεῖς μὲν τοῖς αὐτοῖς

1 ἀφέπτῳ codd. — 2 δὲ codd. — 3 παρανθλιβ. codd.

et purae ad collum et caput et maxillas applicatione; tum easdem partes irrigare oportet oleo dulci et calido, quod item in meatus auditorios instillandum. Persistente autem inflammatione etiam cataplasmatis ex polline, vel foeno Graeco, vel lini semine utendum, et fotu per spongias praecipueque gingivarum. Tum melle modice decocto eas partes illinere oportet, et balneum, si maior consensus sit, minime administrandum, nutricem vero intra pauci cibi esum et aquae potionem continere oportet, ita ut cibum in sorbitione sumat; praeterea, cum infanti mammam praebet, leniter lac manu in infantis osculum exprimat, nam exsuctione laeditur, ita ut maiorem inflammationem patiatur.

CAPUT XLI.

De tonsillarum inflammatione.

In tonsillarum inflammatione nos quidem iisdem utimur,

χρώμεθα παρενστάζοντες μελίκρατον καὶ πτισάνης χυλόν· αἱ τροφοὶ δὲ κυμίνῳ πεφρυγμένῳ δι' ὕδατος καταπλάσσουσι τὸν ἀνθερεῶνα, τὰ δὲ παρίσθμια παρατρίβουσιν ἅλατι καὶ παλαίῳ ἐλαίῳ· καὶ διὰ μιᾶς χειρὸς ἑκατέρων ἐπιλαμβανόμεναι τῶν σκελῶν ἐπὶ κεφαλὴν σχηματίζουσι τὸ βρέφος μεταξὺ θύρας καὶ τῷ βρέγματι προσάπτονται τοῖς [1] τῆς στέγης ποσὶν [ἐφ'] ὁδοῦ, καὶ τοῦτο ποιοῦσιν ἑπτάκις, ὅπερ σχῆμα συμπληρωτικὸν τοῦ κεφαλίου [καὶ] διὰ τοῦτο δὲ καὶ τῶν παρισθμίων. Ἡ δὲ [2] παράτριψις καθ' ἑαυτὴν μὲν παροξυντικὴ τῆς φλεγμονῆς· διὰ δὲ τὴν δριμύτητα [3] καὶ πληκτικὴν ἀποφορὰν καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸ κύμινον τῆς κεφαλῆς ἐστι συμπληρωτικόν.

ΚΕΦ. μβ'.

Περὶ ἄφθης.

Ἄφθης δὲ γενομένης, — ἥτις ἕλκος μέν ἐστιν ἐπιπόλαιον ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ τοῦ στόματος νεμόμενον, — μικρᾶς μὲν ἐσχάρας οὔσης,

1 τῆς γῆς codd. — 2 παράθλιψιε codd. — 3 τῶν ἄλλων καὶ μᾶλλον τὸ κύμινον καὶ πλ. ἀποφ. codd.

instillantes aquam mulsam et ptisanae succum. Nutrices vero cyminum tostum cum aqua in cataplasmate mento apponunt; tonsillas autem affricant sale et oleo vetusto; atque una manu apprehenso utroque crure infantem in caput versum inter ianuam collocant, ita ut vertice attingat postes in limine; quod septies faciunt; qui habitus capitulum replet ideoque tonsillas etiam; affrictio vero per se quidem inflammationem auget; at propter acrimoniam et irritantem halitum cyminum vel magis quam cetera caput replet.

CAPUT XLII.

De aphthis.

Aphthis autem ortis, — quae non sunt nisi ulcera superficialia in cavo oris serpentia, — si parva est crustula, os

μέλιτι δεῖ τὸ στόμα διαχρίειν· μείζονος δὲ μετὰ ξηρασίας μὲν καὶ φλεγμονῆς, καταπλάσσειν τοῖς χαλᾶν [1] δυναμένοις ..... οἷον διὰ φακοῦ καὶ σιδίων· κατὰ δὲ τοῦ ἕλκους ἔνδοθεν χρῆσθαι [2] τῇ ἀνθηρᾷ, τῷ ἡλαίῳ, τῷ ἄνθει τῶν ῥόδων, ἢ κυπέρῳ ἢ μυρσίνης καρπῷ. Ποσῶς δὲ τῆς ὑγρασίας κρατηθείσης τῇ διὰ μόρων στοματικῇ καὶ τῇ διὰ κωδειῶν, καὶ τῇ δι' ἀρνογλώσσου μετὰ μέλιτος, ἤ τινι [3] ἄλλῳ στυπτικῷ χυλῷ ἑνωθέντι μετὰ [4] μέλιτος, καὶ εἰ ξηρὰν ἐμφυσᾶν ἐθέλεις, καὶ ῥόδων φύλλα κεκομμένα, καὶ τὸ ἄνθος τῶν ῥόδων, καὶ κρόκος, καὶ ὀλίγον σμύρνης, καὶ ἡ κηκὶς, καὶ ὁ λιβανωτὸς, καὶ ὁ φλοιὸς τοῦ λιβάνου ὁμοῦ τε καὶ ἰδίᾳ [5] ἕκαστον, [καὶ] ἐπὶ τούτοις μελίκρατόν τε καὶ ῥόας γλυκείας ὁ χυλός. Τὸ δὲ θριξὶ περιειλεῖν τὸν δάκτυλον καὶ ἀποβάπτειν εἰς ἔλαιον ἢ μέλι καὶ ἀποσμήχειν τὰ ἕλκη, καθάπερ αἱ τροφοὶ πράττουσι καὶ μάλιστα τούτων αἱ Σύραι, παραιτητέον· ἀποσπωμένων [6] γὰρ τῶν ἐσχαρῶν ἐνυβριζόμενα τὰ [7] ἕλκη παροξύνονται.

1 Post δυναμ, deficiunt nonnulla, ubi mentio facta fuit aphtharum cum multa humoris abundantia. — 2 τὴν ἀνθηρὰν ἡλίῳ codd. — 3 ἄλλων στυπτικῶν χυλῶν codd. — 4 μέλιτος βοηθεῖ καὶ ἶρις μετὰ μέλιτος codd. — 5 ἕκαστον μέλιτι δευόμενα codd. — 6 δέ codd. — 7 βρέφη codd.

melle illinere oportet; sin maior cum siccitate quidem et inflammatione, in cataplasmate admovenda quae relaxandi facultatem habent ..... veluti cum lente et malicorio. Intus vero ad ulcus utendum Anthera, et Heliaeo, et rosarum flore, vel cypero, vel myrti fructu. Humorum redundantia vero paululum superata, remedio ori destinato cum moris parato, vel eo, quod cum capitibus papaveris, vel eo, quod cum plantagine paratur, cum melle, vel alio quodam succo adstringente coniuncto cum melle. Quodsi pulverem inflare velis, rosarum folia contusa et rosarum flos, et crocus et paululum myrrhae, et galla, et thus, et cortex arboris thuris simul vel singula per se (inflanda); quo facto sumatur aqua mulsa vel succus mali Punici dulcis. Verum digitum crinibus obvolvere et oleo vel melli immittere atque ulcera detergere, quemadmodum nutrices facere solent, atque inter eas praesertim Syriae, reprobandum est; detractis enim crustulis laesa exacerbantur ulcera.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ ὀδαξησμῶν καὶ ἐξανθημάτων.

Πρὸς δὲ τοὺς ὀδαξησμοὺς τοῦ σώματος πυρία χρησιμεύει καὶ [τὸ διαχρίειν τὴν ἐπιφάνειαν] ἀφθόνῳ ἀλείμματι δι' ἐλαίου ἀπέφθου, συντακέντος ὀλίγου κηροῦ χάριν τοῦ παχύτερον γενέσθαι τὸ ἔλαιον [καὶ] τοῖς σώμασιν ἐπιμένειν ἕως πλείονος. Πρὸς δὲ τὰ ἐξανθήματα καὶ τὰς φλυκταίνας καὶ τὰ κάθυγρα τῶν κατὰ τῆς ἐπιφανείας ἀποτελουμένων ἑλκῶν τὴν [1] ἅλμην καὶ τὸ οὖρον [2] διὰ τὴν δριμύτητα παραπέμπομεν. Ἀσμένως [3] οὖν δέχεσθαι, — ὅταν [4] δὲ ἀπανθήσῃ καλῶς, τηνικαῦτα ἤδη θεραπεύειν· θερμῷ [οὖν] λούομεν ἀφεψήματι ῥόδων, ἢ φακοῦ· κἂν πλείονος στύψεως χρῄζωμεν, μυρσίνης, ἢ σχίνου, ἢ βάτου, ἢ σιδίων. Τὰ δὲ μᾶλλον ἡλκωμένα καταπλάσσομεν [5] ἀρνογλώσσῳ μετ' ἄρτου, ἢ σέριδι, ἢ πάλῃ ἀλφίτων μετὰ ἀνδράχνης, ἢ ἀειζῴου, ἢ κοτυληδόνος, ἢ ῥόδοις ξηροῖς ἢ χλωροῖς ἡψημένοις μετὰ μελιλώτου,

1 ἀκμὴν codd., ἅλμην Aëtius. — 2 καὶ codd. — 3 δὲ codd, — 4 οὖ codd. — 5 ἀρνόγλωσσον μετ' ἄρτων, ἢ σέριν, ἢ πάλης codd.

CAPUT XLIII.

De pruritu et exanthematis.

Adversus pruritum corporis iuvat fotus et superficiem illinere unguento copioso ex oleo decocto cum cerae aliquantulo admixto, ut oleum crassius fiat et diutius partibus adhaereat. Adversus efflorescentias vero et bullas, et humida ulcera in superficie enascentia muriam et urinam propter acrimoniam reiicimus. Lubenter igitur excipere oportet exanthemata; ubi vero pulchre defloruerint, tum demum curatio suscipienda. Lavamus igitur decocto calido rosarum, vel lentis; sin adstringentiora requirantur, myrti, vel mastiches, vel rubi, vel malicorii. Quae vero magis exulcerata sunt curamus cataplasmate e plantagine cum pane, vel cichoreo, vel polentae polline cum portulaca, vel sempervivo, vel cotyledone, vel rosis siccis, vel recentibus, coctis cum meliloto, vel palmulis; illinimus autem unguenta

ἢ Φοίνικι· καταχρίομέν τε τοῖς διὰ λιθαργύρου καὶ ψιμυθίου, καὶ στυπτηρίας, καὶ ὄξους, καὶ μυρσίνου, ἢ ῥοδίνου, ἢ σχινίνου. Παυσαμένου δὲ τοῦ ῥευματισμοῦ καὶ τῆς πολλῆς ἀποκρίσεως τῶν ἰχώρων, [εἰ] τὰ ἕλκη φαίνοιτο φλεγμαίνοντα, δι' ὑδρελαίου θερμοῦ λούομεν, [ἢ δι'] ἀφεψήματος λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, ἢ τῶν ῥιζῶν τῆς ἀγρίας μαλάχης· τὰ δὲ ἕλκη περιχρίειν τῷ λευκῷ τῶν ᾠῶν ἀνακοπέντι καὶ ὑγρᾷ συμπλακέντι κηρωτῇ. Μετὰ δὲ τὴν ὑπέκλυσιν τῆς φλεγμονῆς, ἐὰν ῥυπαρία τις ὑπομένῃ, διὰ μέλιτος μετρίως ἀφεψηθέντος, ἵνα τὸ δριμὺ καὶ τὸ δηκτικὸν ἀποβάλῃ, [1] προαποκαθαίρομεν αὐτήν, ἢ φακῷ μετὰ μέλιτος· ἁρμόζει δὲ τὸν φακὸν περιεπτισμένον ἕψειν, ἵνα στυπτικὸν τὸ πίτυρον ὑπάρχον ἀποβάλῃ· καθαρῶν δὲ γενομένων τῶν ἑλκῶν, διὰ λιθαργύρου λείου, ἢ ψιμυθίου, ἢ τῇ διὰ [2] χυλῶν ἀνειμένῃ ποσῶς ἀναπληροῦμεν τὰ [3] κοῖλα. Μετὰ δὲ τὴν ἐξίσωσιν ἀπουλώσεως χάριν τὴν διὰ λαδάνου παραλαμβάνομεν, ἢ τὴν δι' ᾠῶν, ἢ τὴν διὰ κριθῶν, ἢ τὴν διὰ καδμίας, ῥοδίνῳ προσανειλημμένην· καὶ ῥύπτειν δήπου τοῖς νίτροις μαλακώτερον· οὐ γὰρ οἴσει τὰ

1 προσαποκ. codd. — 2 χυλοῦ codd. — 3 ποικίλα codd.

cum lithargyrio, et cerussa, et alumine, et aceto, et oleo myrtino, vel rosaceo, vel mastichino. Fluxione vero et multae saniei secretione sedata, si ulcera inflammata videantur, oleo cum aqua calido lavamus, vel decocto seminis lini, vel foeni Graeci, vel radicum malvae sylvestris; ulceribus vero illinatur album ovorum contusum et liquido cerato admistum. At post inflammationis resolutionem, si sordes remaneant, melle modice decocto, ut acrimoniam et morsum deponat, eas prius repurgamus, vel lenticula cum melle; utile autem est lentem pinsam coquere, ut furfures adstringentes deponat. Ulceribus autem purgatis lithargyrio laevigato, vel cerussa, vel pastillo cum succis (διὰ χυλῶν) aliquantum diluto cava opplemus. Postquam vero aequabilia facta sunt, ut cicatrix formetur, pastillum cum labdano usurpamus, vel cum ovis, vel cum hordeo, vel cum Cadmia unguento rosaceo exceptum. Tum fortasse nitris lenius abstergendum; nempe fortiora non feret. Utilissimum

ἰσχυρότερα. Κάλλιστον δὲ καὶ τὴν τιτθὴν διαιτᾶσθαι γλυκυτέρῳ τρόπῳ· κάλλιστον δὲ καὶ τὸ παιδίον αὐτὸ διαιτῆσαι [ὡς] μήτε ἐμπιπλᾶν αὐτὸ, μήτε αὖ σφόδρα ἐνδεῶς. Ἐὰν δὲ ἐφίστηται ἡ κοιλία τοῦ παιδὸς, τότε μέλιτος ἐγχέοντας ἕψειν ὡς βαλάνιον· ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτως ὑπακούῃ, τῆς τερεβινθίνης παρεμβάλλειν ὅσον ἐρέβινθον· παρυγραινομένης δὲ τῆς κοιλίας κέγχρον μάλιστα προσφέρειν.

ΚΕΦ. μδ'.

Περὶ ῥωχμοῦ τε καὶ βηχός.

Ῥώχοντος δὲ τοῦ νηπίου διὰ τὸ πολὺ φλέγμα συλλέγειν, ἔνιοι μὲν τὰ διὰ καρδαμώμου καὶ κυμίνου καὶ κνίδης σπέρματος καὶ πεπέρεως ἐκλείγματα παραλαμβάνουσιν. Ἡμεῖς δὲ ταῦτα διὰ τὴν δριμύτητα παραπέμψαντες, ὅτι δάκνοντα ῥευματίζει καὶ πλείονος γίγνεται αἴτια φλεγμονῆς, μελίκρατον συνεχῶς ἐνστάζομεν· κἂν καταπίνῃ τὸ φλέγμα μήπω δυνάμενον πτύειν, πα-

etiam est nutrici victus rationem praescribere modi dulcioris. Praeterea utilissimum infanti ita cibum praebere, ut neque repleatur, neque valde indigeat alimento. Quodsi infanti alvus subsistat, mellis aliquantum in vas iniecti coquere oportet, ut glans fiat. Sin ne sic quidem obsequatur, terebinthinae circiter ervi magnitudinem addere licet; ventre vero humefacto milium praesertim obferre debes.

CAPUT XLIV.

De gutturis stridore et tussi.

Quando infantis guttur stridet, quia multum muci collegit, nonnulli quidem linctus cum cardamomo et cymino et urticae semine et pipere usurpant. Nos vero hisce propter acrimoniam repudiatis, quia morsu suo fluxionem faciunt et maioris inflammationis causa fiunt, frequenter aquam mulsam instillamus. Quodsi pituitam deglutiat, quia ex-

ραθλίβομεν τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ καὶ οὕτως ἐμέτου γινομένου τὸ καταποθὲν εὐχερῶς ἐκκρίνεται. Βήσσοντος δὲ τοῦ βρέφους τοῖς διὰ στροβιλίων καὶ ἀμυγδάλων καὶ φρυκτοῦ λινοσπέρμου καὶ γλυκυρρίζης χυλοῦ καὶ πιτυΐδων καὶ τραγακάνθης καὶ μέλιτος σκευαζομένοις ἐκλείγμασι χρώμεθα, [1] παραιτούμενοι καὶ νῦν τὰ δριμέα· προσερεθίζεται γὰρ ἡ βὴξ ἀκμὴν πρόσφατος ὑπάρχουσα· παραιτούμεθα δὲ καὶ τὸ λουτρόν.

ΚΕΦ. με΄.

Περὶ σειριάσεως.

Σειριάσεως δὲ γενομένης, — ἥ τις, ὡς μὲν Δημήτριός φησιν ἐν τῷ [2] σημειωτικῷ, οὐδὲν ἄλλο πλὴν καυσώδης ἐστὶ πυρετὸς, ὡς δὲ ἔνιοί φασι φλεγμονὴ τῶν περὶ τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς μήνιγγας μερῶν, ὥστε κοιλότητα τοῦ βρέγματος καὶ τῶν ὀφθαλ-

1 παραιτούμεθα codd. — 2 σημειωτικῷ παραδίδουσιν οὐδὲν codd.

spuere nondum potest, eius linguam deprimimus, atque ita vomitu exorto, id, quod devoratum est, facile reiicitur. Tussiente vero infante linctibus utimur cum strobilis et amygdalis, et semine lini tosto, et succo glycirrhizae, et pineae fructibus, et tragacantha, et melle paratis, nunc quoque acria vitantes; nam his magis etiam tussis, cum admodum recens est, irritatur. Quin etiam balnea repudiamus.

CAPUT XLV.

De Siriasi, i. e. de infantis insolatione sub canicula.

Siriasi vero orta, — quae sicuti Demetrius quidem dicit in opere de morborum signis, nihil est, nisi febris ardens, sed, ut alii dicunt, inflammatio partium circa cerebrum huiusque membranas, ita ut consequatur excavatio verticis et oculorum cum pallore et exsiccatione corporis et appe-

μῶν παρακολουθεῖν μετ' ὠχριάσεως καὶ ξηρασίας τοῦ σώματος καὶ ἀνορεξίας, — ὡς πρὸς φλεγμονὴν πάντα δεῖ ποιεῖν. Σείριον δὲ τὸ πάθος οἱ μὲν [καλοῦσιν] ἀπὸ τοῦ ἄστρου διὰ τὴν πύρωσιν, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ βρέγματος κοιλότητος, ὅτι σιρὸς παρὰ τοῖς γεωργοῖς λέγεται σῶμα κοῖλον, εἰς ὃ τὰ σπέρματα [1] βαλόντες φυλάττουσιν. . . . . Ὠφελεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ τοῦ ᾠοῦ τὸ ἐρυθρὸν [2] ἀνεθέν τε ῥοδίνῳ καὶ πτύγματος τρόπον τιθέμενον κατὰ τοῦ βρέγματος καὶ συνεχῶς ἀλλασσόμενον· ἢ ἐπὶ τοῦ [3] αὐτοῦ τιθέναι ἡλιοτροπίου χυλὸν, [ἢ] κολοκύνθης ξέσματα, [ἢ] σικύου πέπονος τὸ περικείμενον τῇ σαρκὶ δέρμα, ἢ στρύχνου κηπευτοῦ τὸν χυμὸν μετὰ ῥοδίνου.

ΚΕΦ. μς'.

Περὶ ῥευματισμοῦ κοιλίας.

Ῥευματιζομένου [4] δὲ τοῦ βρέφους τὴν κοιλίαν, τὸ μὲν λου-

1 *βάλλοντες* codd. Tum lacunam notavi. Primum non apte verba post lacunam, quam sumo, cohaerent cum antecedentibus; tum vero nonnulla deesse patet, si conferas Aëtium IV. 13., ubi manifesto Soranum describit. — 2 *ἀνεθέντι ῥοδίνου* codd. — 3 *αὐτοῦ βρέγματος* codd. — 4 δὲ Aëtius., οὖν codd.

titus defectu, — omnia sunt tentanda tanquam adversus inflammationem. *Sirium* autem affectum appellant alii ab astro propter incendium, alii vero a verticis excavatione, quia *σιρὸς* apud rusticos audit res quaedam cava, in quam frumenta coniiciunt ut asservent . . . . . Iuvat autem eos etiam ovi vitellus dilutus oleo rosaceo et in modum lintei conduplicati ad verticem appositus et frequenter mutatus; vel eidem parti imponere oportet heliotropii succum, vel cucumeris ramenta, vel cucumeris peponis cutem, quae circa carnem est, vel strychni hortensis succum cum oleo rosaceo.

CAPUT XLVI.

De ventris fluxione.

Infante autem fluxionem ventris patiente balneum et gestationes sibi relinquimus; utimur vero epithematis adstrin-

τρὸν καὶ τὴν αἰώραν παραιτούμεθα, χρώμεθα δὲ τοῖς στυπτικοῖς τῶν ἐπιθεμάτων, καὶ δι' ὠτικοῦ καυτηριδίου [1] κυάθου ἐνίεμεν [2] χυλὸν ἀρνογλώσσου ἢ τινος τῶν ὁμογενῶν, ἃ τὸ σύνολον καὶ ἐπὶ τῶν τελείων πασχόντων ἐγκρίνομεν, ἕως ἡ δύναμις ἐπιτρέπει. Μαστὸν δὲ λαμβάνοντος αὐτοῦ τὴν τροφὸν διαιτῶμεν τῷ περὶ τὸ βρέφος πάθει καταλλήλως, ἀλουτεῖν κελεύοντες καὶ ὑδροποτεῖν, καὶ τροφὰς λαμβάνειν σταλτικάς· συναναφέρεται γὰρ [3] αὐτῶν ἡ ποιότης, ὥστε τὸ νήπιον εἰς συναίσθησιν αὐτῆς μᾶλλον ἔρχεσθαι. Καθὼς γὰρ αἱ σύες αἴρας φαγοῦσαι σκοτοῦσι τοὺς ὑπ' αὐτῶν τρεφομένους γαλαθηνοὺς, αὐταὶ μὴ σκοτούμεναι, καὶ ὡς τῶν αἰγῶν σκαμμωνίαν νεμηθεισῶν, οἱ ὑπ' αὐτῶν τρεφόμενοι ἔριφοι καθαίρονται τὴν κοιλίαν, καίτοι τῶν αἰγῶν μὴ ῥευματισθεισῶν, οὕτω διὰ τὴν προσφορὰν τῶν σταλτικῶν σιτίων ἧττον μὲν ἡ τροφὸς ἀντιλαμβάνεται τῆς σφίγξεως, μᾶλλον δὲ τὸ βρέφος τῷ ἐξ αὐτῆς γάλακτι τρεφόμενον. Διὸ καὶ τοὐναντίον, [εἰ] ἀδιαχώρητον μένει μέχρι πλείονος, [4] τῇ τροφῷ δίδομεν τὰ μαλάσσοντα τὴν κοιλίαν· καίτοι γὰρ [5] καθολικῶς, ἕως τῷ

1 κύαθον codd. — 2 χυλοῦ codd. — 3 αὐτῷ codd. — 4 εἰ τῇ codd. — 5 ἡ καθολ. codd.

gentibus et cauterii auribus destinati extremo cavo iniicimus succum plantaginis, vel aliquem eiusdem generis, quae summatim in adultis aegrotantibus etiam probamus, quantum per vires licet. Quodsi mamma ei praebeatur, nutrici praescribimus victus rationem, quae infantis affectioni adversa sit, imperantes ut aquam pro potu bibat et cibos sumat adstringentes; nam cum lacte communicatur horum facultas, ita ut infans magis quam nutrix eam persentiat. Quemadmodum enim sues lolio vescentes obfuscant oculos tenellorum a se nutritorum, ipsae vero visus hebetudine non afficiuntur, et quemadmodum, si caprae scammoniâ pascantur, hoedi ab iis nutriti ventre purgantur, licet ipsae caprae minime fluxionem patiantur, ita quoque ex esu ciborum adstringentium nutrix minus adstrictionem experitur, sed magis infans, qui eius lacte alitur. Quapropter contra, si infans aliquamdiu alvum non exoneraverit, nutrici ventrem relaxantia praebemus. Nempe summatim quamdiu lacte infans alitur victus

γάλακτι τρέφεται τὸ βρέφος, καταλλήλως τῇ νόσῳ τοῦ νηπίου τὴν τροφὸν διαιτῶμεν· τοῖς δὲ ἐπιθέμασιν ἢ καταπλάσμασιν ἢ καταβροχαῖς ἐπὶ τοῦ νηπίου χρώμεθα καταλλήλως. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀπογαλακτισθέντος σιτίον αὐτῷ κατάλληλον [1] τῷ πάθει συντάσσομεν, ἅπερ ἐκ τῶν θεραπευτικῶν ῥηθησομένων [2] ἔστι μετενεγκεῖν. Τὸ δὲ πόσων ἐτῶν αὐτὸ [3] γενόμενον παιδαγωγῷ παραδοτέον καὶ ποδαπῷ τούτῳ, καὶ ἣν συνήθειαν αὐτῷ κατασκευαστέον πρὸς τοὺς γονεῖς, ὅτε μὴ τρέφεται παρ' αὐτοῖς, καὶ πᾶν τὸ ἐμφερῶς ζητούμενον τούτοις, οὐ κατ' ἰατρικὰς ἐστιν ὑποθήκας, φιλοσοφωτέραν δὲ τὴν διάταξιν ἔσχηκεν, ὥστε παρὰ τρόπον ἄλλοις ἐπιτρέψαντες φιλοσοφεῖν [4] αὐτοὶ τὸν περὶ παιδοτροφίας λόγον ἔνθαδε τελειοῦμεν. Συναπηρτυκότες δὲ [5] οὕτω πάντα τὸν περὶ τῶν κατὰ φύσιν λόγον, ἀναγκαίως ἐπάνιμεν εἰς τὸ πλεῖστον δυναμοῦν τῶν λεγομένων περὶ τῶν παρὰ φύσιν συνισταμένων περὶ τὰς γυναῖκας· καὶ ἵνα καθαρὸν γένηται τὸ ἰδίωμα τῆς πραγματείας, περὶ αὐτοῦ πρῶτον [6] ἐξετάσομεν τοῦ κατὰ τὸ σημαινόμενον, εἰ ἴδια πάθη γίνεται γυναικῶν.

1 τῶν παθῶν codd. — 2 ἐστὶν codd. — 3 γενάμενον codd., unde γενομένων apud Dietz. — 4 αὐτοῖς codd. — 5 αὐτῶν codd. — 6 ἐξετάσωμεν codd.

rationem morbo infantis adversam praescribimus nutrici; epithematis vero, vel cataplasmatis, vel irrigationibus ipsi infanti adhibitis huiusque morbo contrariis utimur. Infanti vero de lacte depulso cibum imperamus affectioni ipsi oppositum, qualis quidem ex iis, quae de curatione dicentur morborum, transferri potest. Sed quaestio quot annis natum paedagogo tradere oporteat, et cuias is esse debeat, et quomodo parentibus assuefiat, quando non apud illos educatur et his similes aliae, non sunt fori medici, sed potius ad philosophiam referendae, ita ut aliis extra ordinem philosophari permittentes ipsi sermonem de infantum enutritione hoc loco concludamus. Ita autem ad finem perducto toto de iis, quae secundum naturam sunt, sermone, necesse est ut redeamus ad res praecipuas, quae dicuntur de iis, quae contra naturam mulieribus accidunt; et ut tractatûs sermo clarus fiat, primum secundum verborum significatum inquiremus, num mulieribus proprii sint morbi.

ΚΕΦ μζ.

Εἰ ἔστιν ἴδια πάθη γυναικῶν.

Ἡ σκέψις προτείνεται καὶ οὕτως, εἰ ἔστιν ἴδια πάθη θηλειῶν, παρόσον ἐστὶν εἶδος μὲν ἡ γυνή, γένος δὲ τὸ θῆλυ· τὸ δὲ ἴδιον λέγεται μὲν πολλαχῶς, πρὸς δὲ τὰ παρόντα διχῶς, τό τε μὴ ἑτέρου, καθ' ὃ σημαινόμενον ἐσθῆτά τις ἰδίαν εἶναί φησιν ὡς ἰδιόκτητον, καὶ τὸ μὴ ἀλλότριον, καθ' ὃ σημαινόμενον ἑκάτερος τῶν ἀδιαιρέτων ἀδελφῶν ἴδιον [1] λέγει τὸ χωρίον, ἢ τὸ ἀνδράποδον καὶ τὸ καθ' ἑκάτερον πάντως [2] ὑπάρχον· περὶ δὲ τοῦ προτέρου τῶν σημαινομένων ἐστὶν ἡ σκέψις. Πάθος δὲ λέγεται τὸ μὲν κατὰ φύσιν, οἷον τὸ συλλαμβάνειν καὶ ἀποτίκτειν καὶ γάλα ποιεῖν· τὸ δὲ παρὰ φύσιν, οἷον πυρέττειν· καὶ τοῦ παρὰ φύσιν τὸ μὲν ὡς καθόλου καὶ γενικὸν, οἷον τὸ στεγνὸν, τὸ δὲ μερικὸν καὶ ὑποβεβηκὸς, οἷον τὸ φρενιτικὸν, ἢ λη-

1 λεγέτω χωρ. codd. — 2 ὑπάρχοντος codd.

CAPUT XLVII.

Num morbi sint mulieribus proprii.

Proponitur quaestio etiam hoc modo: num sint affectiones *femellis* propriae; prouti species quidem est *mulier*, genus vero *femella*. Sed *proprium* multifariam dicitur; quod tamen ad rem, de qua agitur, attinet, duplici ratione: *quod non alius est*, quo significatu vestimentum aliquis proprium esse dicit, nempe quod ipse possidet, et *id, quod non alienum est*, quo sensu uterlibet fratrum, quibus patrimonium etiamnunc commune est, proprium appellat fundum, vel servum, qui omnino etiam alterius est. De priore autem significatu nunc quaeritur. *Affectus* autem dicitur partim qui secundum naturam est, veluti concipere et partum edere, et lac parare; partim qui contra naturam est, veluti febricitare. Et eorum, quae contra naturam sunt, aliud summatim et generis adinstar sumitur, veluti adstrictum; aliud specialiter et tanquam ad speciem aliquam referendum, veluti affectus

θαργικόν. Ἐνέστηκε δὲ μάλιστα ὁ λόγος [περὶ] τοῦ παρὰ φύσιν καθόλου τε καὶ κατὰ μέρος· ἡ δὲ ζήτησις εὔχρηστος ἕνεκα τοῦ μαθεῖν, εἰ καὶ ἰδίας τινὸς θεραπείας χρῄζουσιν αἱ γυναῖκες. Καὶ γεγένηται [1]δὴ διαφωνία· τινὲς μὲν γὰρ ὑπολαμβάνουσιν ἴδια πάθη γίγνεσθαι γυναικῶν, καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, καὶ Διοκλῆς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν γυναικείων, καὶ τῶν Ἐρασιστρατείων Ἀθηνίων, [2]καὶ τῶν Ἀσκληπιαδείων Μιλτιάδης [ὁ] Ἐλαιούσιος ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν χρονίων, καὶ Δημήτριος ὁ Ἀπαμεύς· τινὲς δὲ μὴ γίνεσθαι, καθάπερ κατὰ τοὺς πλείστους Ἐρασίστρατος καὶ Ἡρόφιλος, ὡς παρατεσημείωται, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μῦς ἐν τῷ πρώτῳ καὶ τρίτῳ [περὶ] τῆς αἱρέσεως, καὶ Ἀσκληπιάδης κατὰ τοὺς πλείονας, καὶ ὁ Φιλαλήθης Ἀλέξανδρος, [καὶ] Θεμίσων τε καὶ Θετταλὸς καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν. Εἰς μέντοι τὴν συνηγορίαν τοῦ ἴδια πάθη γίνεσθαι γυναικῶν τοιαῦτά τινα [3]φέρεται· γυναικείους τινὰς λέγομεν ἰατροὺς, ὅτι τὰ γυναικῶν θεραπεύουσι πάθη, καὶ μαίας ὁ βίος ἐν ταῖς νόσοις εἴωθε παρακαλεῖν, ὅταν αἱ γυναῖκες ἴδιόν τι πάσχωσι καὶ ὃ μὴ κοινόν

1. δὲ codd. — 2 Codd. καὶ M. τῶν Ἀσκληπιαδείων Ἐλαιούσιος κ. τ. ἑ. — 3 φέρεσθαι codd.

phreniticus, vel lethargicus. Institutus autem sermo est maxime de affectu praeter naturam, cum universali, tum speciali; quaestio nempe utilis est, ut noscamus num etiam sibi propria curatione mulieres indigeant. Orta vero dissensio est: nonnulli enim opinantur proprias esse affectiones mulierum, quemadmodum empirici et Diocles libro primo de morbis mulierum, et inter Erasistrateos Athenio, et inter Asclepiadeos Miltiades Elaeüsius libro decimo tertio de morbis chronicis, et Demetrius Apameus; alii vero non esse, sicuti secundum plurimos Erasistratus et Herophilus, uti notatum est, et Apollonius Mys in libro primo et tertio de secta, et Asclepiades secundum plures, et Alexander Philalethes et Themiso et Thessalus eorumque discipuli. Ut autem defendatur opinio, esse proprias mulieribus affectiones, talia quaedam adferuntur: dicimus quosdam esse mulierum medicos, quia affectiones mulierum sanant; et homines solent obstetrices ad morbos vocare, quando mulieres pro-

quibusvis irritantibus et ciborum maximeque flatulentorum esu; fovendus autem imus venter et hypogastrium et coxendices variorum fotuum administratione; partim quidem adhibentor lanae sordidae vino et oleo rosaceo calido irrigatae ad hypogastrium et pubem; partim etiam utendum lenticularibus vasis fotui destinatis. Quodsi dolor persistat et vires conserventur, venam in cubito secare oportet et pro virium modo sanguinem detrahere et iterum iisdem uti irrigationibus. Quodsi vel sic dolor persistat, cataplasma admovendum cum lini semine, et pane, et aqua mulsa, cum iis liquata subinde terebinthina. Utendum praeterea insessionibus in decocto althaeae, lini seminis, foeni Graeci, anethi, rutae, artemisiae, tum spongiis huiusmodi decoctis madentibus sinum muliebrem fovere oportet; et rutam laevigatam melle exceptam et linteo illitam pubi et hypogastrio impone; nonnumquam etiam ipsum pudendum eiusmodi cataplasmate contegendum est. Utile quoque est per fistulam iniectionibus in uterum accommodatam in sinum infundere

ἐν ᾧ ἀφήψηται [1] πηγάνου βραχὺ καὶ τῆλις, εἶτα διηθηθὲν καὶ προσλαβὸν βούτυρον, τερεβινθίνην καὶ [2] οἰσύπου τὸ κηρωτοειδές· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ διὰ τῆς ἕδρας [3] ἐνιέναι ὅσον κυάθους γ´ ἢ δ´. Ἐπιθέμασι δὲ χρηστέον πρῶτον μὲν τῷ τετραφαρμάκῳ, ἢ τῷ βρομίῳ, ἢ τῷ διὰ χυλῶν [4] ἀνεθέντι, ἔπειτα τῷ διὰ μελιλώτων καὶ τῷ διὰ σπερμάτων καὶ τῷ πολυαρχίῳ, ὡς ἂν ἡ χρεία ἀπαιτῇ. Εἰ δὲ κατά τινα δυστροπίαν ἀντιβαίνοι τὸ σύμπτωμα καὶ κατὰ περίοδον ἢ ἄτακτον ἐνοχλοίη καὶ μὴ πείθοιτο τοῖς προειρημένοις βοηθήμασιν, ἐπὶ τὰ δραστικώτερα παραγίνεσθαι χρὴ καὶ σικύας προσβάλλειν ἤτρῳ καὶ βουβῶσι, πρῶτον μὲν χωρὶς κατασχασμοῦ τρὶς ἢ τετράκις αὐτὰς ἐπιβάλλοντα· εἰ δὲ ἐπιμένοι, καὶ κατασχάζειν καὶ ἕλκειν σύμμετρον αἷμα. Ἱκαναὶ δὲ καὶ βδέλλαι μετὰ τὴν τῶν σικυῶν χρῆσιν προστιθέμεναι τοῖς τόποις ἕλκειν σικύας οὐχ ἧττον. Χρῆσθαι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἐπιθέμασι καὶ δρώπαξι φοινίσσειν τὴν ἐπιφάνειαν δυναμένοις, ἀνατρίβειν τε τοὺς τόπους συνεχῶς καὶ μαλθακῶς ἐλαίῳ μεθ'

1 πήγανον codd. — 2 ὕσσωπον et ἴσσωπον codd. — 3 ἀνιέναι codd. — 4 ἀναλυθέντι codd.

oleum, cui incoctum sit pauxillum rutae et foenum Graecum, dein colatum et cui adiungatur butyrum, terebinthina et lanae sordidae pinguedo, quae ceratum refert. Idem remedium etiam in anum iniiciendum est, ad heminas fere tres vel quatuor. Epithematis vero utendum, primum quidem tetrapharmaco, vel bromio, vel quod διὰ χυλῶν vocatur diluto, tum cum melilotis parato, et cum seminibus confecto et polyarchio, prouti res praesens postulat. Quodsi propter pertinaciam aliquam symptoma persistat, et per periodos vel irregulariter molestiam pariat, neque auxiliis ante dictis obtemperet, ad efficaciora transeundum est; cucurbitulas nempe imo ventri admovere oportet et inguinibus et primum quidem siccas ter vel quatuor adponere; sin vel sic persistat, scarificandum et modice sanguis detrahendus. Hirudines etiam post cucurbitularum adpositionem locis admotae non minus quam hae sanguinem detrahere valent. Postea vero etiam epithematis utendum et dropacibus, quae superficiem rubefacere possint, et continenter partes fricandae, idque

ἀλῶν λειοτάτων· καὶ γυμνάζειν συμμέτροις γυμνασίοις παραιτουμένους τὴν πολλὴν βάδισιν, χρωμένους δὲ τῇ αἰώρᾳ· ἔπειτα τοῖς αὐτοφυέσιν ὕδασι χρῆσθαι καὶ αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ ψυχρᾷ ἐμβιβάζειν συνεχῶς.

ΚΕΦ. μθ'.

Περὶ αἱμορραγούσης ὑστέρας.

Ἀπὸ δυστοκίας, ἢ ἐκτρώσεως, ἢ ἀναβρώσεως δι' ἕλκωσιν, ἢ [1] ἀναστομώσεως, ἢ ἐξ οἱασδήποτε προφάσεως ῥήξεως ἀγγείων αἱμορραγία γίνεται μήτρας· καὶ πρόδηλος μὲν αὐτῆς ἡ κατάληψις ἐξ ἀθρόας καὶ ἀμέτρου φορᾶς αἵματος· συνεδρεύει δὲ ταῖς καμνούσαις ἀσθένεια, ῥάκωσις, ἴσχνωσις, ἄχροια καὶ κατ' ἐπιμονὴν ἀνορεξία· δοκεῖ δέ ποτε καὶ περιοδικῶς [2] ἀπαντᾶν. Ἔστι δὲ τὸ σύμπτωμα χαλεπόν· οὔτε γὰρ δακτύλων ἐπερείσεσιν, οὔτε ἀγκίστρων [3] ἐπάρσεσιν, οὔτε μοτῶν διασφηνώσεσιν,

1 ἀναστόμωσιν et mox ῥῆξιν codd. — 2 ἅπαντα codd. — 3 καὶ ἐπάρσ. codd.

leniter oleo et sale admodum laevigato; et corpus exercendum mediocribus exercitiis, ita ut multam ambulationem repudiemus, sed utamur gestatione. Deinde aquis thermalibus naturalibus uti oportet et aegrotantem frequenter aquae marinae frigidae immittere.

CAPUT XLIX.

De utero sanguinem profundente.

A partu difficili, vel abortione, vel erosione propter ulcerationem, vel osculorum vasorum dilatatione, vel quomodocumque facta vasorum ruptura, sanguinis ex utero profluvium oritur, cuius ingressus manifestatur confertim facta et copiosa sanguinis effluxione; consequitur autem aegrotantes debilitas, infirmitas, emaciatio, pallor et perpetua ciborum aversio; quin interdum etiam certis temporis intervallis redire videtur. Grave autem symptoma est; neque enim

οὔτε βρόχων περισφίγξεσιν, οὔτε διαρραφαῖς χρῆσθαι δυνατόν ἐστιν. Οὐκ ἀπὸ τῆς ὑστέρας δὲ [1] μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ γυναικείου κόλπου φέρεται τὸ αἷμα· καί τινες σημειούμενοι τὸν τόπον, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ αἰδοίου φασὶ λεπτὸν καὶ ξανθὸν καὶ θερμὸν [2] φέρεσθαι, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ὑστέρας παχύτερον καὶ [3] μελάντερον καὶ ψυχρότερον. Ἀσφαλέστερον δὲ διορίσαι τὸ πεπονθὸς μέρος [4] ἐνέσται διοπτρισμὸν [5] παραλαμβάνοντι· τῆς ἐπιμελείας μέντοι χάριν συμφέρει κατάκλισις ἐν οἰκήματι μικροτέρῳ καὶ σκοτεινῷ καὶ μετρίως ἀναψύχοντι κατὰ κλίνης στερεᾶς, ἀκινήτου, μετεωρότερα τὰ πρὸς τοὺς πόδας ἐχούσης, ἠρεμία τε καὶ τὸ ἐφ' ἑνὸς μένειν [6] σχήματος, συναγωγή τε τῶν μηρῶν καὶ [7] διαπλοκὴ χιοειδὴς, καὶ σπόγγων πλατέων, καθαρῶν, τρυφερῶν ἐν ψυχρῷ ὕδατι βραχέντων ἢ ὀξυκράτῳ, ἢ ὄξει, κατ' ἰδίαν ἐπιθέσεις κατὰ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ἐφηβαίου, καὶ τῆς ὀσφύος, καὶ τῶν ἰσχίων, ὕστερον δὲ καὶ κατὰ [τοῦ] [8] στήθους

1 μᾶλλον codd. — 2 φέρεσθαι τὸ αἷμα codd. — 3 μελανώτερον codd. — 4 ἐνέσθαι codd. — 5 παραλαμβάνοντας codd. — 6 σχήματος προκλητικὴ γὰρ ῥύσεως πᾶσα κίνησις συναγωγή codd. — 7 διὰ πληκτική· μιμητικὸν γὰρ χαρακτῆρός ἐστι τὸ σχῆμα καὶ σπόγγων codd. — 8 στήθους νεαροπ. καὶ συνεχ. codd.

digitorum appressione, neque vasorum uncinorum ope sublevatione, neque per linamenta facta compressione, neque laqueorum constrictione, neque suturis uti licet. Non solum vero ab utero, sed etiam a sinu muliebri sanguis fertur; nonnulli autem signis loca distinguere studentes affirmant, sanguinem de pudendo provenientem esse tenuem et flavum et calidum; qui contra ab utero fluat esse crassiorem et nigriorem et frigidiorem. Tutius autem locum affectum definire poterimus, quando speculo uteri (διόπτρῳ) utimur. Curandi vero gratia proderit decubitus in cubiculo haud magno et obscuro et quod modice refrigeret, in lectulo solido, stabili, partibus a pedibus elevatioribus, et quies, et eundem servare habitum, et femorum ad se adplicatio, et cruciatim complicatio, et spongiarum latarum, mundarum, mollium aquâ frigida madentium, vel aquâ cum aceto, vel aceto per se, appositio ad pudendum et pubem et coxendices, postea vero etiam ad pectus, ita ut continenter novae

καὶ συνεχέστερον νεαροποιουμένων, καὶ τῶν ἄκρων [1] πρόστυπος διακράτησις καὶ διάσφιγξις, [2] καὶ ἡ εἰς ψυχρὸν ὕδωρ κάθεσις, καὶ τοῦ προσώπου περισπογγισμὸς δι' ἀκραιφνοῦς ὕδατος, καὶ ἐκ διαστήματος καταρριπισμὸς, καὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβροχὴ δι' ἐλαίου ψυχροῦ νεοτριβοῦς, καὶ καταρρόφησις [3] ὄξους, καὶ ἐγκαθίσματα μέχρι βουβώνων εἰς ψυχρὸν ὕδωρ, ἢ ὀξύκρατον, ἢ καθαρὸν ὄξος, ἢ ἀφέψημα μύρτων, ἢ ῥόδων ξηρῶν, ἢ κηκίδος ὀμφακίτιδος, ἢ μυρσίνης καὶ φακῶν, ἢ σχίνου, ἢ σιδίων, ἢ βάτου θαλίας, ἢ δρυὸς φύλλων, ἢ ἰτέας, ἢ [4] ῥοὸς βυρσοδεψικῆς. Εἰ δὲ ἐκ τῆς διαναστάσεως σκυλμὸς ὀχληρότερος, ἢ διὰ [5] κλυστηριδίου, ἢ μητρεγχύτου τῶν εἰρημένων [6] ἔν τι ἐγχυματιζέσθω, ἢ χυλὸς ἀρνογλώσσου, [7] ἢ πολυγόνου, ἢ σέρεως, ἢ στρύχνου, ἢ [8] ψυλλίου, ἢ περδικίου. Εἰ δὲ καὶ [9] ἐπιμένοι αἱμορραγοῦσα, καὶ ἀκακίας, καὶ ὀπίου ὄξει διειμένου, ἢ ὁμοῦ πάντα, ἢ πρὸς ἓν, ἢ ὀμφακίου πλῆθος [10] ὡς δύο κυάθων· καὶ τρυφερὸν ἔριον ἐνί

1 προστυπὴς codd. — 2 Ante καὶ reieci emblema: τὸ γὰρ ἐκ τῆς θλίψεως πύκνωμα μέχρι τοῦ πάσχοντος διαφέρεται (lego ἀναφέρεται) μέρους. — 3 ὄξους ἐγκαθίσμασί τε μέχρι codd. — 4 ῥόας codd. — 5 κλυστηριδίων codd. — 6 ἑνός τινος codd. — 7 ἢ χυλὸς πολυγ. libri. — 8 ψαλίου codd. — 9 ἔνι μένοι αἱμορραγοῦσι codd. — 10 ἕως codd.

apponantur, et extremorum valida per manus compressio et constrictio, et immissio in aquam frigidam, et vultus per spongias abstersio, et per intervalla temporis flabellatio et capitis irrigatio oleo frigido recens expresso, et aceti sorbitio, et insessio ad inguina usque in aqua frigida, vel aqua cum aceto, vel aceto puro, vel decocto myrtorum, vel rosarum siccatarum, vel gallae immaturae, vel myrti ramulorum et lenticulae, vel mastiches, vel malicorii, vel rubi frondis, vel foliorum quercinorum, vel salicis, vel rhoïs coriariorum. Sin surrectio molestiorem laesionem adferat, vel per fistulas alias, vel per eam, quae in usum iniectionum in uterum confecta sit, eorum, quae dicta sunt aliquid iniiciatur, vel succus plantaginis, vel polygoni, vel intybi, vel strychni, vel psyllii, vel helxines. Quodsi vel sic sanguinem fundere pergeret, etiam hypocistidis et acaciae, et opii aceto diluti, sive omnia simul usurpenter, sive singula, vel succi uvae immaturae circiter duae heminae et lana

τινι τῶν εἰρημένων χυλῶν διάβροχον [1] διὰ δακτύλου, ἢ μήλης παρεντιθέμενον τῷ στόματι τῆς ὑστέρας, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐντεῦθεν τῆς αἱμορραγίας ὑπαρχούσης· ὅταν γὰρ ἀπὸ τῶν ἄνωθεν, σφηνούμενον τὸ ἔριον συστέλλει τὴν ῥύσιν, ἐγκατέχει δὲ [2] ἡ εὐρυχωρία τὸ ἀποκριθέν· ὁπότε τρυφερὸν καὶ καθαρὸν σπογγάριον [3] ἐπίμηκες ὡσαύτως διάβροχον ὡς ἐσωτάτω παρεντιθέναι προσήκει, ἵνα τὸ ἀποκρινόμενον παραλαμβάνηται καὶ μὴ θρομβούμενον συμπαθείας ἐξάπτῃ καὶ φλεγμονάς· ἐκ διαστημάτων δὲ τὸν σπόγγον ἀλλάσσειν. Ἁρμόσει δὲ καὶ σικύας [4] προσκολλᾶν κατ' ὀσφύος [καὶ] βουβώνων τε καὶ λαγόνων, εἰ δὲ δυνατὸν εἴη, καὶ [κατ'] ἰσχίων μετὰ πυρὸς πολλοῦ, καὶ προσκειμένας ἐᾶν χρόνον ἱκανόν· [5] εἶτα πρᾴως ἀποσπᾶν. Ἐπιθέμασι δὲ χρῆσθαι καθ' ὧν τοὺς σπόγγους ἐπερρίψαμεν, φοίνιξιν ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ, ἢ ὄξει βεβρεγμένοις μετὰ κηρωτῆς ῥοδίνης, ἢ μηλίνης, ἢ μυρσίνης φύλλων λείων, ἢ μεσπίλων, ἢ στυπτηρίας, ἢ ἀλόης, ἢ οἰνάνθης, ἢ ὑποκίστιδος, ἢ ἀκακίας, ἢ κηκίδος ὀμφα-

1 καὶ διὰ δ. codd. — 2 τὴν εὐρυχωρίαν codd. — 3 ἐπίμηκες προστίθεται· ὡσαύτως δὲ ἄβροχον ὡς ἐσωτάτω παρεντιθέναι προσήκει codd. — 4 κολλᾶν codd. — 5 εἶτα καὶ πρ. codd.

mollis madida aliquo succorum memoratorum digito, vel specillo introducatur uteri osculo, idque magis etiam sanguine ex hoc effluente; nam si a partibus superioribus uteri proveniat, lana arcte conclusa effluxum cohibet, cavum uteri autem continet sanguinem secretum; quod si fiat, parvam spongiam oblongam itidem madefactam quam maxime fieri potest in profundum immittere oportet, ut excretus sanguis recipiatur, neque in grumos conversus consensum faciat et inflammationes; per temporis intervalla autem spongiam cum alia commutare debebis. Congruum erit praeterea cucurbitas adponere ad lumbos et inguina et laterum inanitates; quod si fieri possit, etiam ad coxendices cum magna flamma; tum relinquendae sunt tempore satis longo, posteaque leniter detrahendae. Utendum etiam epithematis ad ipsa illa loca, quibus spongias admovimus, e palmulis in vino austero, vel aceto maceratis, cum cerato rosaceo, vel melino, vel myrtinis foliis laevigatis, vel mespilis, vel alumine, vel aloë, vel vitis flore, vel hypocistide, vel acacia, vel galla im-

κίννης, ἢ ἐλαίου νεοτριβοῦς, ἢ ῥοδίνου, ἢ μυρσίνου, ἢ σχινίνου, ἢ μηλίνου, ἢ πάλιν [1] διά τινος πόας στυφούσης καὶ ψυχούσης, οἷον ἀνδράχνης, ὑοσκυάμου, ἀρνογλώσσου, ψυλλίου, στρύχνου, περδικίου, πολυγόνου, σέρεως μετὰ πάλης ἀλφίτου καὶ ὄξους, ἢ φοινίκων, ἀλλασσομένων πάντων συνεχέστερον. Εὐτονωτέροις δὲ χρῆσθαι τοῖς πεσσοῖς, οἷον κηκίδι, μάννῃ, χαλκίτιδι ἐξ ἴσου μετὰ [2] γλυκέος, ἢ σποδῷ σπόγγου ὑγρᾷ πίσσῃ βραχέντος, ἢ ξηρᾷ τρυγὶ μετά τινος τῶν στυφόντων χυλῶν. Εἰ δὲ πρὸς [3] ἀνάβρωσις εἴη, καὶ τῷ διὰ χάρτου μέλανι μετ' ὄξους, ἢ τινι τῶν πρὸς τοὺς δυσεντερικοὺς ἀναγραφομένων τροχίσκων· καὶ γὰρ εἰ γίνεταί τις ἐκ τούτων ἐσχάρωσις, εὐμαρὴς ἡ πρὸς ταύτην ὑπάντησις, [4] κρατουμένης ἐν τῷ ζῆν τῆς καμνούσης. Διδόναι δὲ καὶ τροφὴν, προαποσπογγίσαντα τὸ πρόσωπον, μετὰ ψυχροῦ ὕδατος· ἔστω δὲ ἡ τροφὴ ὄρυζα ἐκ ψυχροῦ ὕδατος, ἢ ὀξυκράτου, ἢ χόνδρος, ἢ ἄρτος καὶ ἀπαλὸν ᾠὸν δι' ὄξους· ὕστερον δὲ καὶ μετά τινας ἡμέρας καὶ [5] σέρις ἢ ἀρνόγλωσσον δι'

1 τῆς διὰ codd. — 2 γλυκέος οἴνου codd. et tum, ἢ σποδοῦ, ἢ τῆς ὑγρᾶς πίσσης ἢ σπόγγου βραχέντος, εἶτα καὶ ἐντὸς εἰσαχθέντος codd.; cf. Moschion, p. 84. — 3 ἀναβρώσεις codd. — 4 κρατουμένη codd. — 5 σέριν codd.

matura, vel oleo recens expresso, vel rosaceo, vel myrtino, vel mastichino, vel melino; vel etiam cum herba aliqua adstringente et refrigerante, veluti portulaca, hyoscyamo, plantagine, psyllio, strychno, helxine, polygono, intybo cum polentae polline et aceto, vel palmulis, frequenter inter se commutatis. Pessi autem validiores usurpandi, veluti cum galla, manna thuris, chalcitide, partibus paribus cum musto, vel cinere spongiae pici liquidae intinctae, vel vini faece siccata cum succo aliquo adstringente. Quodsi insuper erosio adsit, etiam remedio nigro cum charta ex aceto, vel trochisco aliquo eorum, qui adversus intestinorum difficultatem praescribuntur, uti debemus; nam etiamsi forte ex his crustula nasceretur, huic rei facile occurritur, modo in vita manserit aegrotans. Praebendum insuper alimentum cum aqua frigida, vultu ante spongia deterso; sit autem pro cibo oryza ex aqua frigida, vel aqua cum aceto, vel alica, vel panis et ovum sorbile cum aceto; postea vero et diebus

ὄξους καὶ ῥοῦ ὀλίγου νεοτριβοῦς, καὶ μετὰ τὸ καλῶς ἑψηθῆναι [καὶ] ἔλαιον, νεοτριβὲς καὶ αὐτὸ, καὶ μῆλον [1] Κυδώνιον ὀπτὸν, ἢ ἑφθὸν ἄπιον· καὶ σάρκιον ἀπὸ στήθους φάσσης ἡψημένης ἐν ὀξυκράτῳ, ἢ μύρτοις ἔνδοθεν ἐκπεπληρωμένης, ἢ πέρδικος, ἢ ἀτταγῆνος, ἤ τινος τῶν ἐμφερῶν τούτοις. Ὑπερβάντων δὲ τῶν τῆς συμπαθείας χρόνων, καὶ οἰνάριον δοτέον· στερεᾶς δὲ παντελῶς γενομένης, καὶ λουτρόν. Τὴν δὲ φλεβοτομίαν, ἣν ἄλλοι τε παρέλαβον καὶ Θεμίσων μεταγωγῆς ἕνεκα τῆς ὕλης, ἀποδοκιμάζομεν· χαλᾷ μὲν γὰρ ἡ φλεβοτομία, πύκνωσιν δὲ καὶ συστολὴν τὸ αἱμορραγοῦν ἀπαιτεῖ, καὶ οὐ δεῖ μετάγειν τὴν ὕλην, ἀλλὰ κατέχειν. Ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τὸ φλεβοτομεῖν, ὅτι μὴ [2] κρατηθείσης μὲν τῆς φορᾶς τοῦ αἵματος ἐκ τῆς φλεβοτομίας, ἀνάγκη τάχιον τὴν κάμνουσαν ἀπολέσθαι, ὡς ἂν ἀπὸ διπλῆς δαπανηθεῖσαν αἱμορραγίας· κρατηθείσης δὲ οὕτως, ὥστε φλεγμονὴν ὕστερον, ὡς ἀπὸ σκυλμοῦ πλείονος, ἐπιγίνεσθαι, κατάλληλον τρόπον ὁ κίνδυνος· εἰ μὲν γὰρ φλεβοτομήσαιμεν,

1 καὶ κυδ. codd. — 2 κρατηθεῖσαν codd.

aliquot lapsis etiam intybum, vel plantago cum aceto et aliquantulo rhoïs recens triti, et postquam satis coctum sit oleum quoque, item recens expressum, et malum Cydonium tostum, vel pyrum coctum, et carnis aliquantum de pectore palumbi cocti in posca, vel myrti baccis farcti, vel perdicis, vel attagenis, vel de aliquo alio ex eodem genere. Consensus vero temporibus superatis etiam vini pauxillum praebendum et, cum erosio plane consolidata sit, etiam balneum. Venae sectionem vero, quam alii et Themiso in auxilium vocarunt materiem derivandi gratia, reiicimus; nam venae sectio relaxat, pars autem sanguinem fundens requirit densationem et contractionem, neque materies derivanda, sed continenda est. Praeterea anceps remedium est venae sectio, quia si fluxus sanguinis minime sistatur, necesse est ut aegrotans vel citius pereat, quippe quae duplici sanguinis profluvio exhauriatur. Quodsi ita in vita servetur, ut postea, quippe ex maiore laesione, inflammatio oriatur, periculum huic respondens nascitur; nam si venam secemus, derepente mulierem in perniciem

συντόμως ἀπολέσαιμεν [ἂν] τὴν γυναῖκα [1]φλεβοτομοῦντες μετὰ φλεβοτομίαν καὶ αἱμορραγίαν· πάλιν δὲ εἰ μὴ ἀφέλοιμεν αἷμα, φλεγμονῆς μεγάλης ὑπαρχούσης, ἀβοήθητον περιοψόμεθα τὴν κάμνουσαν· οὐδὲν γὰρ οὕτω [2]διακόπτοι ἂν τὸν ἐν φλεγμονῇ κίνδυνον ὡς φλεβοτομία. Φασὶ [3]δέ τινες καὶ κατὰ ἀντιπάθειαν ἔνια ποιεῖν, καθάπερ μαγνήτην λίθον καὶ τὸν ἄσιον, καὶ λαγωοῦ πυτίαν καὶ ἄλλα τινὰ τῶν περιάπτων, οἷς ἡμεῖς οὐ προσέχομεν· οὐκ ἀποκωλυτέον δὲ τὴν παράληψιν αὐτῶν· καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἐξ εὐθείας παρέχει τὸ περίαπτον, ἀλλ' οὖν δι' ἐλπίδος εὐθυμοτέραν τὴν κάμνουσαν τάχα παρέξει.

ΚΕΦ. ν'.

Περὶ ῥοῦ γυναικείου.

Ὁ καλούμενος γυναικεῖος ῥοῦς κατὰ μὲν τοὺς ἀρχαίους, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Φιλαλήθης ἐν τῷ πρώτῳ λέγει τῶν [4]γυναικείων,

1 φλεβοτομοῦντες in mss. infra post πάλιν δὲ legitur. — 2 διακόπτοιτο ἐν φλεγμονῇ codd. — 3 δὲ ἔνιοι codd. — 4 γυναικείων ῥοῦς ἐστὶ codd.

coniiciemus, quum post venae sectionem et sanguinis fluxum sanguinem de vena detrahimus; sin contra sanguinem non detrahamus, ubi magna inflammatio est, aegrotantem sine auxilio sibi relinquemus. Nihil enim tantopere praecidet inflammationis periculum quam venae sectio. Nonnulli autem contendunt quaedam etiam iuvare per antipathiam, veluti magneten lapidem, itemque asium, et coagulum leporinum et alia quaedam amuleta, quibus nos nihil tribuimus. Nec tamen eorum usus prohibendus; nam etiamsi amuletum rectâ nihil praestet, at spe ostentâ fortasse animum aegrotantis eriget.

CAPUT L.

De fluxu muliebri.

Fluxus muliebris, quem vocant, secundum antiquos, ut aït Alexander Philalethes in primo libro de morbis mulie-

πλείονός ἐστιν αἵματος φορὰ διὰ μήτρας μετὰ παρεκτάσεως χρόνου· κατὰ δὲ Δημήτριον τὸν Ἡροφίλειον φορὰ ὑγρῶν διὰ μήτρας μετὰ παρεκτάσεως χρόνου, τῷ μὴ αἱματώδη μόνον ἀλλὰ καὶ ἄλλοτε ἀλλοῖον κατὰ χρόνον γίνεσθαι ῥοῦν· καθ' ἡμᾶς δὲ ῥευματισμός ἐστιν ὑστέρας χρονίζων αἰσθητῶς ἀποκρινομένου πλείονος ὑγροῦ. Διαφοραὶ δὲ αὐτοῦ κατὰ μὲν Ἀσκληπιάδην καὶ ἄλλους τινὰς δύο· εἷς μὲν γάρ ἐστιν ἐρυθρὸς, ἄλλος δὲ ὑδατώδης καὶ λευκός· κατὰ δὲ τὸν Δημήτριον παρὰ τὴν χρόαν καὶ τὴν δύναμιν· παρὰ μὲν οὖν τὴν χρόαν· [1] ὁ μὲν γάρ ἐστι λευκὸς, πτισάνης χυλῷ παραπλήσιος, ὁ δὲ ὑδατώδης, ὁ δὲ ἐρυθρὸς, ὁ δὲ μέλας, ὁ δὲ ὕφαιμος σαρξὶ πεπλυμέναις ὅμοιος, ὁ δὲ ἀνώμαλος, ὁ δὲ ὠχρός· παρὰ δὲ τὴν δύναμιν ὁ μέν ἐστιν ἀργὸς, καὶ ἄνευ δήξεως καὶ ἀλγήματος φέρεται, ὁ δὲ φέρεται μετὰ δήξεως καὶ ἀναβρώσεως καὶ συναισθήσεως ἐπωδύνου, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀποκρίσεως ἐπιφέρων. Λέγει δὲ καὶ τὸν μὲν ἀφ' ὅλου φέρεσθαι τοῦ σώματος, τὸν δὲ ἀπὸ τῆς ὑστέρας, τὸν δὲ ἀπ' ἄλλου τινὸς μέρους, καὶ [2] τὰς τούτων διαφορὰς ἐπεξέρχεται

1 ὃς μὲν codd. et in seqq. deinceps ὃς δέ. — 2 τῆς codd. et tum τούτων διαφορᾶς· ἐπεξέρχονται δὲ μετὰ σημ.

bribus, est nimii sanguinis per uterum effusio cum temporis diuturnitate; at secundum Demetrium Herophileum effusio humorum per uterum per tempus longum protracta, quia non solum sanguinolentus, sed etiam alio tempore alius pro opportunitate oritur fluxus. Secundum nostram autem opinionem est uteri fluxio diuturna, in qua manifesto sat multus humor excernitur. Sunt vero secundum Asclepiadem et alios quosdam duae eius diversitates: altera enim rubra est, altera aquosa et alba. At secundum Demetrium differt pro colore et pro facultate. Pro colore igitur; nam alius fluxus albus est, uti ptisanae succus, alius aquosus, alius ruber, alius niger, alius sanguinolentus, similis carnibus lotis, alius inaequalis, alius pallidus. Pro facultate vero alius est iners et citra morsum et dolorem fertur; alius contra fertur cum morsu et erosione et dolorifico consensu, quem tempore, quo excernitur, infert. Dicit praeterea alium de toto corpore provenire, alium de utero, alium ab alia quadam parte; et harum differentias enumerat

μετὰ σημειώσεως, ἃς μακρὸν ἅμα καὶ ἄχρηστον ἐξιστορεῖν· ἐπὶ παντὸς γὰρ ῥευματισμοῦ καὶ ὅλων τῶν σωμάτων καὶ μερικῶς τῆς ὑστέρας ἐπιμελεῖσθαι [1] προσῆκεν. Λέγεται δὲ ὁ λευκὸς ῥοῦς τοῦ ἐρυθροῦ δυστραπελώτερος, ὡς διὰ στενωτέρων φερόμενος πόρων. Ἡμεῖς δὲ κατὰ κοινὸν [2] σημειωσόμεθα τὸν ῥοῦν ἐκ τοῦ συνεχῶς καθυγραίνεσθαι τοὺς τόπους διαφόροις κατὰ χρόαν ὑγροῖς, τὴν δὲ κάμνουσαν ἀχροεῖν καὶ ἀτροφεῖν καὶ ἀνορεκτεῖν, κἀν τοῖς περιπάτοις πολλάκις δυσπνοεῖν καὶ κατοιδηκότας ἔχειν τοὺς πόδας· κατὰ δὲ τὸ προσεχὲς διοίσει τὸ πάθος αὐτοῦ τῷ τὸν μὲν χωρὶς πόνου ὑπάρχειν, τὸν δὲ μετὰ πόνου καὶ χωρὶς ἑλκώσεως, τὸν δὲ μεθ' ἑλκώσεως φλεγμαινούσης, ἢ ῥυπαρᾶς, ἢ καθαρᾶς. . . . . .

. . . . . Εἰ δὲ καὶ ποτήμασί τις ἐθέλοι [χρῆσθαι], μὴ φαρμακώδεσι καὶ δριμέσιν, ἀλλ' ἠπίοις τε . . . . . οἷον λωτοῦ πρισμάτων ἀπόβρεγμα κατ' ἰδίαν, ἢ μετὰ δυοῖν ὀβολῶν Σαμίας γῆς ἐν δυσὶ κυάθοις ὕδατος· εἰ δὲ καιρὸς ἐπιτρέπει, καὶ μετ' οἴνου αὐστηροῦ, ἢ σὺν αὐτῷ λαγωοῦ ἢ μόσχου [3] πυτία

1 προσῆκον codd. — 2 σημειωσάμενοι codd. — 3 πιτύαν codd.

earumque signa describit; — quas exponere longum sit et inutile, quia in quavis fluxione tum totius corporis, tum specialiter uteri curatio suscipi debet. Dicitur autem fluxus albus curatu difficilior esse quam ruber, quandoquidem per tenuiores meatus effertur. Nos vero summatim fluxum suis signis cognoscimus inde, quod loci continenter madefiunt humoribus colore diversis, quod aegrotans pallet et emaciatur, cibos non appetit, et inter ambulandum saepe difficulter spirat, et pedes tumidos habet. Specialiter vero eius affectio differt, quod alius quidem sine dolore est, alius cum dolore et sine ulceratione, alius cum ulceratione, quae inflammationem coniunctam habet, vel sordida, vel pura.

. . . . . .

Quodsi quis etiam potionibus uti velit, ne purgantibus utatur et acribus, sed lenibus et . . . . . veluti loti ramentorum succus maceratione paratus, per se, vel cum obolis II. terrae Samiae in heminis II. aquae. Ubi per opportunitatem licet, etiam cum vino austero, vel cum eo leporis, vel vituli

ἢ ἀρνὸς, ἢ [1] ἐλάφου, ἢ γίγαρτα λεῖα, ἢ μύρτα, ἢ σίδια, ἢ φλοιὸν πίτυος, ἤ τι τῶν ἐμφερῶν ἐπιπασσόμενον τῷ ποτῷ μέχρι δυοῖν δραχμῶν, ἢ ἀφέψημα φοινίκων Θηβαϊκῶν, ἢ καὶ Κυδωνίων μήλων. Ὅτε δὲ μετὰ πόνου φέρεται, χυλὸν ἐνετέον τράγου, ἢ χόνδρου, ἢ πτισάνης διὰ μητρεγχύτου κλυστηριδίου, καὶ τοῖς θερμοῖς κατὰ δύναμιν χρηστέον καταπλάσμασι καὶ τροφαῖς ἐνθέρμοις τε καὶ λεπταῖς. Ὅτε δὲ μεθ' ἑλκώσεως, ἐπὶ μὲν ταῖς φλεγμαινούσαις τοῖς αὐτοῖς πάλιν χρηστέον, οἷς [2] ἐπὶ μετὰ περιωδυνίας καὶ χωρὶς ἑλκώσεως ῥευματισμοῦ. Εἰ δ' εἴη ῥυπαρὰ, ὥστε τρυγῶδες εἶναι τὸ φερόμενον, ἢ καθάπερ ἐπὶ δυσεντερικῶν, ποῦ μὲν [τοῖς] ἀνακαθαίρειν, ποῦ δὲ τοῖς ἐπουλοῦν δυναμένοις, ὧν μνημονεύσομεν μικρὸν ὕστερον περὶ τῶν ἐν μήτρᾳ διαλαμβάνοντες ἑλκῶν. Εἰ δὲ χρονίσας ὁ ῥοῦς ποτὲ μὲν [3] ἐπιτάσεις, ποτὲ δὲ διαλείμματα λαμβάνοι, κατὰ μὲν τὴν ἐπίτασιν τοῖς ἁπλοῖς παρηγορίας ἕνεκεν χρηστέον· κατὰ δὲ [τὰ] διαλείμματα τοῖς τονοῦν καὶ μετασυγκρίνειν δυναμένοις, οἷον

1 ἐλάφου, πεπτικὴ γὰρ κατὰ δύναμίν ἐστιν, ἢ γίγαρτα codd. Adnotatio est, quam reiicio, in qua non πεπτικὴ, sed στυπτικὴ fuit scriptum. — 2 ἐστι μὲν codd. pro ἐπὶ μετά. — 3 ἐπιθέσεις et paulo poat ἐπίθεσιν codd.

coagulo utimur, vel agni, vel cervi; vel uvarum acinis laevigatis, vel myrto, vel malicorio, vel cortice pini, vel alio quodam simili, potioni inspergentes ad drachmas duas usque; vel decocto palmularum Thebaïcarum, vel Cydoniorum etiam malorum. Ubi vero cum dolore fit profluvium, succus iniiciendus est tragi, vel alicae, vel ptisanae, ope fistulae iniectionibus in uterum destinatae; et cataplasmatis calidae facultatis utendum et alimentis calidis et tenuibus. Quando vero ulcera quoque adsunt, in inflammatione affectis iisdem rursus utendum, quibus in fluxione cum vehementibus doloribus et sine ulceribus. Sin sordida sint, ita ut materies profluens vini faecem referat, vel qualis in dysenteria reiicitur, partim repurgare, partim ad cicatricem perducere valentibus utendum, quorum mentionem faciemus paulo post, ubi de ulceribus in utero disseremus. Quodsi diuturnum factum profluvium alias exacerbationes, alias intermissiones habeat, in exacerbationibus quidem utendum

αἰώρᾳ [1] διὰ Φορείου, περιπάτῳ, ἀναφωνήσει, ἀλειπτικῇ ἐπιμελείᾳ, λουτρῷ, οἰναρίῳ, ποικίλῃ τροφῇ, παροπτήσεσιν, ἡλιώσεσι, σικύαις [2] μετασυγκριτικαῖς, δρώπαξι, τρίψεσι διὰ γυμνῶν τῶν χειρῶν, ἢ δι' ὠμολίνου, ἢ ψιλώθρῳ, ἢ σμήγμασι μετασυγκριτικοῖς, σιναπισμῷ, ἐμέτῳ ἀπὸ ῥαφανίδων, δριμυφαγίᾳ καὶ τῇ κατὰ κύκλον ἀγωγῇ, [3] κατακρουνισμοῖς, κολύμβοις ἐν ὕδασιν αὐτοφυέσιν, ἀλλαγαῖς ἀέρων διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, ἐγκαθίσμασί τε καὶ πεσσοῖς τοῖς ἀμύσσειν δυναμένοις. Τὴν δὲ ἐπὶ τοῦ αἱματώδους [4] ῥοῦ φλεβοτομίαν ἀπὸ ἀγκῶνος ἢ ῥινὸς, ἢ μετώπου, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, καὶ νῦν ἀποδοκιμάζομεν, μὴ σφοδροτέρας περιωδυνίας ἐπειγούσης· συστολῆς γὰρ χρῄζει τὸ πάθος, οὐκ ἀνέσεως, ἣν ἡ τοῦ αἵματος ἀφαίρεσις πέφυκε παρέχειν. Στεγνωθείσης δὲ τῆς ῥύσεως φυλάττεσθαι χρὴ ἐπὶ χρόνῳ πολλῷ περιπάτους τραχεῖς καὶ τρίψεις πολλὰς τοῦ ὑπογαστρίου καὶ τῆς ὀσφύος, δριμυφαγίαν τε καὶ [τὰ] θερμαίνοντα καὶ φυσώδη καὶ διουρητικὰ πάντα τῶν ἐσθιομένων· μήτε δὲ κοιλίαν

1 διαφόρῳ codd. — 2 μετασυγκριτικοῖς, ita ut ad ὀρώπαξι referatur, codd. — 3 κολυμβοῖς, κατακρουν. codd. — 4 ῥοὸς codd.

simplicibus leniendi gratia, per intermissiones vero roborantibus et metasyncriticis, veluti gestatione in lectica, ambulatione, vociferatione, inunctionis apparatu, balneo, vini pauxillo, cibo vario, adustionibus, insolationibus, cucurbitis metasyncriticis, dropacibus, frictionibus manu nuda, vel linteo crudo, vel remedio depilatorio, vel unguentis metasyncriticis, sinapismis, vomitu a radiculis, acrium ciborum esu, et curatione quae per cyclum fit, affusionibus, et natationibus in aquis thermalibus naturalibus, mutationibus aëris terrâ et mari, insessionibus et pessis arrodendi facultate. Venae sectionem vero in fluxu sanguinolento, de cubito, vel naso, vel fronte, ut supra diximus, nunc etiam reiicimus, nisi vehementior dolor urgeat; affectus enim contractione, non relaxatione indiget; hanc autem sanguinis detractio facere solet. Fluxu autem condensato per longum tempus evitare oportet deambulationes arduas et multas hypogastrii et lumborum frictiones, ciborumque acrium esum et calefacientia et flatulenta et urinas moventia

κινεῖν καὶ τὰ λουτρὰ σπανίως παραλαμβάνειν καὶ διὰ χρόνου· φυλάττεσθαι δὲ καὶ πνεύματος κατοχήν· ὑπομνηστικὰ γὰρ τοῦ πάθους τὰ τοιαῦτα πάντα.

ΚΕΦ. να΄.

Περὶ ὑστερικῆς πνιγός.

Ἡ ὑστερικὴ πνῖξ κέκληται μὲν συνθέτως ἀπὸ τοῦ πάσχοντος τόπου καὶ συμπτώματος ἑνός, — λέγω [1] δὴ τοῦ πνιγμοῦ· κατ' ἔννοιαν δέ ἐστιν ἐποχὴ ἀναπνοῆς μετὰ ἀφωνίας καὶ κατοχῆς αἰσθήσεως διὰ ποιὰν περὶ [2] τὴν ὑστέραν διάθεσιν. Προκατάρχει δὲ τοῦ πάθους ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐπάλληλος ἔκτρωσις, ὠμοτοκία, χηρεία μακρὰ, κράτησις ἐμμήνων καὶ συνήθους κυήσεως περιγραφὴ, πνευμάτωσις ὑστέρας. Παρέπεται δὲ ταῖς ἐν τῷ πάθει τυγχανούσαις παροξυσμοῦ γινομένου κατάπτωσις, ἀφωνία, βαρύπνοια, κατάληψις αἰσθήσεως, συνέρεισις ὀδόντων

1 δέ codd. — 2 τῆς ὑστέρας codd.

alimenta quaevis; nec ventrem solvere oportet et raro ac per temporis intervalla balneis utendum; cavendum quoque a spiritus retentione; quippe cuius generis omnia affectionem revocant.

CAPUT LI.

De suffocatione uterina.

Suffocatio uterina nomen obtinuit compositum a parte affecta et symptomate uno, nempe suffocatione. Eius autem notio est retentio spiritus cum vocis defectu et suppressione sensus propter morbum aliquem uteri. Antecedit autem morbum plerumque abortio saepius repetita, partus praematurus, diuturna viduitas, retentio menstruorum et solitae graviditatis circumscriptio, flatulentia uteri. Accidit autem affectione detentis insultu oborto, ut humi procumbant, voce destituantur, difficulter spirent, sensus intercipiatur,

[1] καὶ πρισμὸς, συνολκή τε σπασμώδης τῶν ἄκρων, — ποτὲ δὲ πάρεσις μόνον, — ὑποχονδρίων μετεωρισμὸς, μήτρας ἀναφυγὴ, θώρακος διόγκωσις, τῶν καταπλεκόντων τὸ πρόσωπον ἀγγείων κύρτωσις, περίψυξις, περιΐδρωσις, ἀσφυξία παντελὴς, ἢ βραχὺς ἄγαν ὁ σφυγμὸς, καὶ [2] συντόμως κατὰ τὸ πλεῖστον ἐξανίστασθαι τῆς καταπτώσεως, καὶ ἀναφέρειν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ περὶ τῶν γεγονότων, ἀλγεῖν κεφαλήν τε καὶ τένοντας, ἐνιάκις δὲ καὶ παρακόπτειν. Παράκειται δὲ τῷ ὑστερικῷ πάθει διὰ τὴν ἀφωνίαν καὶ τὴν κατάληψιν τῶν αἰσθήσεων τὸ ἐπιληπτικὸν, [3] καὶ ἀποπληκτικὸν, καὶ καταληπτικὸν, καὶ ληθαργικὸν, καὶ τὸ ἀπὸ ἑλμίνθων ἄναυδον, ὧν ἁπάντων ὑφ' ἓν διακριθήσεται τῷ τὴν ὑστέραν ἐπὶ τούτων κατὰ φύσιν εὑρίσκεσθαι, [4] ἢ μὴ ἐπὶ πολὺ [5] κεκακωμένην, ἐπὶ δὲ τοῦ ὑστερικοῦ σφοδρῶς φλεγμαίνουσαν καὶ ἀναδεδραμηκυῖαν, καὶ τῷ τὰς μὲν ὑστερικὰς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῦ παροξυσμοῦ περὶ ὧν ἔπαθον ἀναφέρειν, τὰς δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις πάθεσι μηδαμῶς, καὶ τὰς μὲν ὑστερικὰς προηγουμένως ἐσχηκέναι μέμψιν ὑστέρας, τῶν ἄλλων δὲ τὰς μὲν ἐξ

1 καὶ τριμμὸς σπασμ. συνολκή τε codd. — 2 σύντομος codd. — 3 ἢ codd. — 4 εἰ μὴ codd. — 5 καὶ κακουμένην codd.

dentes collidant iisque strideant, convulsione contrahantur artus, — alias solum ut resolvantur, — ut praecordia in tumorem attollantur, uterus sursum refugiat, thorax intumescat, vasa per vultum decurrentia turgore distendantur, ut frigeant, sudent, ut pulsus plane cesset, vel admodum sit parvus, et ut aegrotantes plerumque derepente exsurgant a prolapsu et semper fere referant de iis, quae facta sint, ut capite et tendinibus doleant, nonnullis quoque ut delirent. Affinis autem est affectioni uterinae propter vocis defectum et sensuum interceptionem morbus Herculeus, et apoplexia, et catalepsia, et lethargus, et vocis defectus a vermibus, a quibus omnibus statim distinguetur eo, quod in his uterus secundum naturam se habere deprehenditur, nisi ex longo tempore laboret, sed in affectione uterina valde inflammatus et sursum refugiens; et quod hystericae plerumque enarrant quid passae sint, eae vero, quae ceteris illis morbis laborant, minime; et quod hystericae tan-

ἑλμίνθων ἀφώνους ἐντέρων καὶ κοιλίας, τὰς δὲ λοιπὰς κεφαλῆς πόνον ἔχειν, καὶ τῷ ταῖς μὲν ἐπιληπτικαῖς ἀφρὸν ἐπιφαίνεσθαι καὶ σφυγμῶν μέγεθος, ταῖς δὲ ὑστερικαῖς οὐκέτι, — καὶ τῷ ταῖς μὲν ἀποπληκτικαῖς σφοδρὸν εἶναι τὸν σφυγμόν, ταῖς ὑστερικαῖς δὲ ἀμυδρὸν εἶναι· τῶν δὲ καταληπτικῶν τῷ τὴν μὲν κατάληψιν ἐν πυρετοῖς γίνεσθαι μετὰ τοῦ διατετάσθαι τὰ βλέφαρα καὶ συνηρεικέναι τοὺς ὀδόντας πρὸ τῆς ἀκμῆς τοῦ πυρετοῦ, κατὰ δὲ τὴν ἀκμὴν ἀνίεσθαι, τὴν δ' ὑστερικὴν πνίγα καὶ ἄνευ πυρετοῦ καὶ μετὰ τοῦ ἐπιμεμυκέναι τὰ βλέφαρα· τῶν δὲ ληθαργικῶν ἴδιον τὸ ἐν πυρετῷ καταφέρεσθαι καὶ μέγαν εἶναι τὸν σφυγμόν, ἅπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῶν ὑστερικῶν· τῶν δὲ δι' ἕλμινθας ἀφώνων τὸ ἐκβοᾶν ἐκ διαστημάτων καὶ ἀνώμαλον καὶ διαλείποντα τὸν σφυγμὸν ἔχειν. Τοιαύτη μὲν οὖν [1] ἡ πρὸς τὰ παρακείμενα πάθη τῶν ὑστερικῶν διάκρισις· ἔστι δὲ τῷ γένει στεγνὸν καὶ σφοδρὸν καὶ κατ' ὀξύτητα γινόμενον καὶ κατὰ χρονιότητα· διὸ τούτοις ἀκόλουθον εἶναι δεῖ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν. Τῆς μὲν οὖν ἐπιτάσεως γινομένης κατακλίνειν δεῖ τὴν κάμνουσαν

1 καὶ ἡ codd.

quam causam antecedentem uteri vitium aliquod accusant, e reliquis contra illae, quae propter vermes voce destituuntur, intestinorum et ventris, ceterae autem capitis dolorem patiuntur; et quod in epilepticis spuma apparet et pulsus magnitudo, in hystericis vero minime; et quod apoplecticis pulsus est validus, hystericis vero debilis. A catalepticis autem eo differunt, quod catalepsis in febribus oritur cum palpebrarum distentione et dentium collisione ante febris maximum vigorem, cum in ipso vigore remittuntur, suffocatio contra uterina et sine febre fit, et palpebris conniventibus. Lethargicis autem proprium est, ut in febre sopore involvantur, ut magnus sit pulsus, quae non accidunt hystericis; a vocis defectu propter vermes, quod eo laborantes per intervalla exclamant et inaequalem atque intermittentem habent pulsum. Eiusmodi igitur est discrimen inter hystericas et affines affectiones; est autem genus morbi adstrictum et vehemens, sive acuta ratione oriatur, sive tempore diu trahatur; quapropter curatio etiam his

ἐν οἰκήματι συμμέτρως ἀλεεινῷ καὶ Φωτεινῷ, καὶ ἀσκύλτως τὴν κατάπτωσιν ἀνακαλεῖν, κινοῦντα μὲν τὴν γένυν, χλιάσματα κατὰ μετώπου ἐπιτιθέντα, πράως ἐξαπλοῦντα πᾶν τὸ συνελκόμενον, διακρατοῦντα τῶν ἄκρων ἕκαστον καὶ [διὰ] συμφίλων χειρῶν [1] προσαφῆς θάλποντα πᾶν τὸ κατεψυγμένον· εἶτα διὰ σπόγγου θερμῷ ὕδατι βραχέντος περιμάσσοντα τὸ [2] πρόσωπον. Εἰ δὲ τὰ τῆς ἀφωνίας ἐπιμένει, καὶ σικύαις [3] κούφαις χρώμεθα κατὰ βουβώνων, ἐφηβαίου τε καὶ τῶν παρακειμένων, εἶτα τρυφερῶν καὶ καθαρῶν ἐρίων ἐπιβολαῖς καὶ πολλῇ [4] καὶ ἀδιακόπῳ μέχρι τινὸς τῇ δι' ἐλαίου γλυκέος καταβροχῇ, καὶ τῇ παντὸς ἄκρου διὰ τῶν ἐρίων [5] περιειλήσει· εἶτα θερμοῦ ὕδατος ἐπιδιϊσταμένῃ τῇ γένυϊ παρενστάζειν. Ἀνενεχθεῖσα δὲ ἀπὸ τοῦ παροξυσμοῦ ἐπ' ἀσιτίας τηρείσθω· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ μελικράτῳ καὶ τῇ διὰ κρεμαστοῦ κλινιδίου κινήσει [χρήσθω]. Παυσαμένης δὲ τῆς ἐπιτάσεως, εἰ μή τις ἀτονία κωλύει, [6] ἢ μὴ πρὸ πολλοῦ εἴη δεδομένη τροφή, φλεβοτομίᾳ χρηστέον, εἶτα

1 πρὸς ἀφὴν codd. — 2 πρόσωπον· ἔχει γάρ τι ζώπυρον ὁ τοῦ προσώπου περισπογγισμός· εἰ δὲ codd. — 3 κωφαῖς codd. — 4 καὶ διακόπῳ codd. — 5 περιειλήσει· διαπρεσβεύεται γὰρ τὸ ἀπὸ τῶν περάτων χάλασμα μέχρι τῶν μέσων· εἶτα codd. — 6 εἰ codd.

accommodata esse debet. Insultu igitur facto aegrotantem reclinare oportet in cubiculo modice calido et lucido, et citra offensionem eam e lapsu revocare maxillam movendo, ad frontem fotus admovendo, leniter quamcumque partem contractam explicando, firmiter continendo extremitates singulas, et manuum iunctarum attactu calefaciendo quodcumque refrigeratum est; postea spongia aqua calida madente vultum abstergendo. Quodsi vocis defectus persistat, etiam cucurbitulis siccis utimur ad inguina, pubem et partes vicinas; dein iniicimus lanam mollem et puram et aliquamdiu citra defatigationem largiter oleo dulci partes irrigamus, et extrema omnia lanâ obvolvimus; tum aquae calidae aliquantum maxillâ diductâ ori instillamus. Cum autem ex insultu morbi ad se redierit, ciborum abstinentia imperanda est; postea vero aqua mulsa et motu in lectulo suspenso utatur. Sedata vero morbi vehementia, nisi debilitas quaedam impediat, vel nisi per longum tempus cibum

ἐγχυματισμῷ δι' ἐλαίου γλυκέος καὶ [1] θερμοῦ καὶ καταβροχῇ, [καὶ] διακλύσματί τε καὶ ποτῷ, ὕδατι θερμῷ, καὶ ἀποχῇ τροφῆς ἕως [2] διατρίτου, κἀν ταύτῃ τὸ μὲν πρῶτον ἀποθεραπεύειν· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα [3] τροφῇ ῥοφηματώδει, καὶ ἀπὸ ταύτης τῇ παρὰ μίαν δόσει μέχρι τοῦ βεβαίως παρακμάσαι τὴν περὶ τὴν μήτραν γενομένην ἀπειλήν, καὶ ἀναλαβόντας [χρῆσθαι] καταπλάσμασι τοῖς ἐπὶ τῶν μετὰ πόνου καθαιρομένων παραδοθεῖσι, καὶ πυρίαις ταῖς διὰ σπόγγων, καὶ τοῖς ἀνετικοῖς ἐγκαθίσμασιν, ὧν τῆς ὕλης ἐμνημονεύσαμεν, καὶ πεσσοῖς τοῖς διὰ στεάτων καὶ μυελῶν, καὶ τήλεως καὶ μαλάχης, Σουσίνου τε [4] καὶ κυπρίνου ἐλαίου, καὶ τῇ διὰ κλυστῆρος ἐνέσει τοῦ ἐλαίου ἢ ὑδρελαίου, καὶ μᾶλλον εἰ σκύβαλον εἴη [5] κατεσχημένον. Παρακμαζούσης δὲ τῆς διαθέσεως κηρωταῖς καὶ μαλακτικωτέροις πεσσοῖς, εἶτα τροφῇ ποικίλῃ, κἄπειτα λουτρῷ καὶ ὕστερον οἴνῳ. Πολλάκις δὲ τῶν παροξυσμῶν γινομένων καὶ τῶν ἀνέσεων, καὶ διὰ τοῦτο χρονίσαντος τοῦ πάθους, κατὰ μὲν τοὺς παροξυσμοὺς ἁρμόσει τοῖς ὑποδεδειγμένοις χρῆσθαι· κατὰ δὲ τὸ διάλειμμα

1 θερμοῦ ὕδατος codd. — 2 διὰ τρίτου codd, — 3 τροφὴ ῥοφηματώδης codd. — 4 ἢ codd. — 5 Post κατεσχ. codd,; θλίβει γὰρ τὸ περίσσωμα παρακειμένην τὴν μήτραν.

non ceperit, vena secanda est; tum iniiciendum oleum dulce et calidum, eodemque irrigatio facienda et pro collutione et potu aqua calida praebenda, et ad triduum usque a cibo abstinendum, in ipsoque illo primum corporis apotherapeia fiat, posteaque cibus exhibeatur in sorbitione, quo facto altero quoque die cibus praebendus, donec periculum quod uterus minatur plane evanuerit; refectâ tum muliere utendum cataplasmatis, quae praescripta sunt adversus difficilem purgationem menstruam, et fomentis per spongias et relaxantibus insessionibus, quarum materiem tradidimus, et pessis cum pinguedine et medullis et foeno Graeco et malva, et unguento Susino et cyprino et olei vel olei cum aqua per clysterem iniectione, maximeque quando faeces duriores retentae sunt. Morbi vero vi fracta, utemur ceratis et magis emollientibus pessis, dein cibo vario, postea balneo, tandem vino. Sin saepe insultus redeant et intermissiones, ita ut morbus in longum protra-

πρῶτον ἀναλαμβάνειν τὴν κάμνουσαν διὰ ποικίλης αἰώρας καὶ περιπάτου, καὶ ἀναγνώσεως, καὶ ἀναφωνήσεως, καὶ ἀλειμμάτων, καὶ γυμνασίων, καὶ λουτρῶν, καὶ ποικίλης τροφῆς· εἶτα μετασυγκρίνειν διὰ δριμυφαγίας, δρώπακος, σικυῶν, παροπτήσεως, εὐτόνου τρίψεως μερικῆς, συμπασμάτων, ἐγκαθισμάτων δριμέων, πεσσῶν, μαλαγμάτων ἀμυκτικῶν, σιναπισμοῦ καὶ τῆς κατὰ κύκλον ἀγωγῆς. Εἰ δὲ μὴ λύοιτο ἡ διάθεσις, καὶ τῷ δι' ἐλλεβόρου λευκοῦ σπαραγμῷ μετὰ τοὺς ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτους, ἀποδημίαις τε ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ [τοῖς] αὐτοφυέσι [τῶν] ὑδάτων, ὧν ἁπάντων τὴν ἐπιδέξιον χρῆσιν ἐν τοῖς περὶ βοηθημάτων ὑπομνήμασιν ἐφωδεύκαμεν. Οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν ἀρχαίων, [1] εἰ καὶ μικροῦ δεῖν πάντες ἑτερόδοξοι, δυσώδεσιν ὀσφραντοῖς ἐχρῶντο, οἷον θριξὶ κεκαυμέναις καὶ ἐλλυχνίοις ἀπεσβεσμένοις, ἐλαφείῳ τε κέρατι τεθυμιαμένῳ, ἐρίῳ κεκαυμένῳ, [2] γναφάλοις κεκαυμένοις, πίσσῃ ὑγρᾷ, [3] κεδρίᾳ, ἀσφάλτῳ, σφονδυλίῳ, πευκεδάνῳ δέρματι τε καὶ ῥάκεσιν [ἐγχρίσαντες, καὶ] καστο-

1 οἱ καὶ μικροῦ δὴ πάντες codd. — 2 φαλλοῖς codd. — 3 κεδρίᾳ σφονδ. πευκεδ. δέρματί τε καὶ ῥάκεσι καστορίῳ διαχρίσαντες τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα, πίσσῃ κεδρίᾳ, ἀσφάλτῳ, κόρεσι codd.

hatur, utile erit in exacerbationibus iis, quae ante praecepimus, uti: in intermissione vero primum aegrotantem reficere oportet gestatione varia et deambulatione, et lectione, et recitatione, et unctionibus, et exercitiis, et balneis, et cibis variis. Dein metasyncritice curanda est ope acrium ciborum esus, dropace, cucurbitulis, adustione, partium singularum frictione valida, pulverum adspersione, insessionibus acribus, pessis, malagmatis arrodentibus, sinapismis, et curatione per periodos in circuitu. Quodsi morbus non tollatur, etiam vulsione per veratrum album post vomitiones a radiculis uti oportebit, et itineribus per mare et terram, et aquis thermalibus naturalibus, quorum omnium rectum usum in commentariis de medicamentis perlustravimus. Veterum autem plerique, licet fere omnes inter se dissentiant, foetidis materiis olfaciendis utebantur, veluti crinibus ustis, et ellychniis exstinctis, et cornu cervi in fumigatione, et lana usta, tomento usto, pice liquida, cedria, bitumine, spondylio, peucedano, pelli vel pannis illitis, et castorio,

ρίῳ διαχρίσαντες τὰς ῥῖνας [καὶ] κόρεσι τεθλασμέναις καὶ πᾶσιν ἤδη τοῖς βαρυόσμοις εἶναι νομιζομένοις, ὡς τῆς ὑστέρας ἀπὸ τῶν δυσωδῶν φευγούσης· ἔνθεν καὶ κάτωθεν [1] ἐθυμίασαν τὰ εὐώδη καὶ πεσσοὺς παρέλαβον διὰ νάρδου στάχυος [καὶ] στύρακος πρὸς τὸ τὴν μήτραν ἃ μὲν φεύγουσαν, ἃ δὲ διώκουσαν ἐκ τῶν ὑπερκειμένων τόπων εἰς τοὺς ὑποκειμένους μεταστῆναι. Ἔξωθεν δὲ τούτων Ἱπποκράτης τὰς μὲν ἀφεψήματι κράμβης ἐπότισε, τὰς δὲ ὀνείῳ γάλακτι, καὶ ὡς εἰλεωδῶς στροφουμένης τῆς μήτρας αὐλίσκον ἐνθεὶς χαλκευτικῆς φύσης εἰς τὸν γυναικεῖον κόλπον ἐφύσα διαστολὴν ἐπιτηδεύων. Διοκλῆς δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν γυναικείων συνάγει μὲν τὰ πτερύγια τῆς ῥινὸς, ἀνοίγει δὲ τὸ στόμα καὶ πταρμικῷ χρῆται, καὶ τῇ χειρὶ τὴν ὑστέραν εἰς τοὺς ὑποκειμένους ἀποβλίβει τόπους διὰ τῆς εἰς τὸ ὑποχόνδριον ἐπερείσεως, καὶ τὰ σκέλη θερμῷ καταντλεῖ. Μαντίας δὲ καστορίῳ καὶ ἀσφάλτῳ ποτίζει δι' οἴνου· μελλούσης δὲ τῆς [2] ἀναφορᾶς, καταυλήσει [3] χρῆται καὶ τυμπάνοις. Ξενοφῶν δὲ καὶ φῶς τὸ ἀπὸ λαμπτήρων εἰσφέρει καὶ ἤχους ἐπιτηδεύει πλείονας,

1 ἐπιθέμασιν ἐθυμ. codd. — 2 κυοφορίας codd. — 3 χρῆσθαι codd.

nares illinentes, et cimicibus contusis, verbo omnibus, quae mali odoris esse reputantur, quippe utero a male olentibus refugiente; hinc etiam ab inferiore fumigationes usurparunt boni odoris cum spica nardi et styrace, ut uterus illa fugiens, haec vero expetens de locis superioribus ad inferiora migraret. Praeterea vero Hippocrates aliis decoctum crambes bibendum dedit, aliis lac asininum, et, quasi ex ileo tormina uterum vexarent, fistulam follis fabri ferrarii in sinum muliebrem immisit et flatum in eum impulit, ut ita uteri dilatationem obtineret. Diocles vero in libro tertio de morbis mulierum narium alas comprimit, os contra diducit, et sternutatorio utitur et uterum manu ad loca inferiora deprimit praecordia comprimens et cruribus aquam calidam adfundit. Mantias vero castorium et bitumen ex vino bibendum praebet; morante autem aegrotantis resuscitatione tibiarum inflatu et tympanis utitur. At Xenophon etiam lumen a facibus in auxilium vocat et sonitus complures parat, ferrum cote acuendo et vasa aenea percutiendo et

ἀκονῶν καὶ τύπτων χαλκώματα καὶ χορδάς. Ἀσκληπιάδης δὲ πταρμικῷ χρῆται καὶ τὰ ὑποχόνδρια τελαμῶσι διασφίγγει καὶ ἐμβοᾷ καὶ ταῖς ῥισὶν ὄξος ἐμφυσᾷ, κατὰ δὲ τὸ διάλειμμα συνουσίαν [1] δοκιμάζει καὶ ὑδροποσίαν. Μεμφόμεθα δὲ πάντας εὐθέως πλήσσοντας τὰ φλεγμαίνοντα καὶ κάρους κατασκευάζοντας διὰ τῆς ἐκ τῶν δυσωδῶν ἀποφορᾶς· οὐ γὰρ ὡς θήριον ἐκ φωλεῶν ἡ μήτρα προέρπει, τερπομένη [2] μὲν τοῖς εὐώδεσι, φεύγουσα δὲ [τὰ] δυσώδη, διὰ δὲ τὴν ἐκ τῆς φλεγμονῆς σφίγξιν [3] συνέλκεται καὶ τὰ [μὴ] φλεγμαίνοντα κατὰ συμπάθειαν· χαλεπὸν δὲ καὶ τὸν στόμαχον πυτήμασι κακοῦν φαρμακώδεσι καὶ δριμέσιν· ἡ δὲ ὑπὸ τῆς χαλκευτικῆς φύσης ἔκβλιψις εἰς τὸ αἰδοῖον τῇ πνευματώσει προσδιατείνει τὴν ὑστέραν, ἱκανῶς ἤδη τῷ λόγῳ τῆς φλεγμονῆς διατεταμένην· ἡ δὲ τῶν πταρμικῶν χρῆσις τῷ τιναγμῷ καὶ τῇ δριμύτητι τῶν φαρμάκων μετασυγκρίνει τὰ χρονίσαντα· διόπερ παροξύνει [4] μὲν ἐν τῇ ἐπιτάσει τὴν διάθεσιν, οὐ βίας [5] δεομένην, ἀλλὰ πραϊσμοῦ·

1 δοκιμάζειν codd. — 2 μέντοι codd. — 3 συνελκοῦθαι codd.. et tum: χαλεπὸν δὲ καὶ τὰ φλεγμαίνοντα κατὰ συμπάθειαν τὸν στόμαχον codd. — 4 τῇ μὲν ἐπιτ. codd. — 5 δεομένης codd.

chordas pulsando. Asclepiades sternutatorio utitur et praecordia fasciis constringit et ad aures aegrotantis acclamat, et naribus acetum inflat; intermissionis vero tempore cibum suadet et aquae potionem. Nos vero omnes reprobamus, quum statim quae inflammata sunt irritent, et altum soporem inducant exhalatione male olentium; neque enim ut fera e latibulis uterus prodit gratis odoribus allectus, male olentia refugiens, sed adstrictione per inflammationem contrahuntur etiam quae inflammata non sunt propter consensum; itemque periculosum est stomachum laedere potionibus medicamentosis et acribus; expressio autem (flatus) per fistulam follis fabri ferrarii in pudendum uterum inflatione magis etiam distendit, cum iam satis est distentus ipsa inflammatione; usus vero sternutatoriorum conquassatione et remediorum acrimonia metasyncrisin facit diuturno morbo afflictarum; quapropter durante quidem intentione morbum aggravat, qui sibi non vim factam expetit, sed lenimentum.

πληκτικοὶ δὲ καὶ οἱ ψόφοι καὶ οἱ τῶν χαλκωμάτων ἦχοι, καὶ τῶν διὰ τὴν Φλεγμονὴν εὐπαθῶν ἐρεθιστικοί· πολλαὶ γοῦν καὶ τῶν ὑγιαινουσῶν ἀπὸ τοιούτων ψόφων ἐκεφαλάλγησαν· ἐπιβλαβὲς δὲ καὶ τὸ ἐμφυσηθὲν ὄξος· ὡς γὰρ τὰς ἔξωθεν Φλεγμονὰς, οὕτω καὶ τὰς ἔνδοθεν πᾶν τὸ στῦφον ἐπιτείνει· βλαβερὸν καὶ τὸ διὰ χορδῶν ἢ τελαμώνων περισφίγγειν ἔξωθεν Φλεγμαίνουσαν τὴν ὑστέραν, οὐδὲ κατάπλασμα φέρειν ἀβαρῶς δυναμένην διὰ τὴν ἐκ τῆς περιθλάσεως ἐπίτασιν· τὸ δὲ ὑδροποτεῖν οὐκ ἀσύμφορον· ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ βλαβερόν ἐστι, ῥώσεως δεομένης τῆς καμνούσης, ἢ μετασυγκρίσεως, [ἢ] γίνεται καὶ διὰ τῆς ἐπὶ τὸ κρᾶμα μετελεύσεως· συνουσία δὲ παρασκευαστικὴ πᾶσιν ἀτονίας· διὰ τοῦτο οὐ συμφέρει μηδενὸς προσγινομένου βελτίονος [1] κακοῦσα τὸν ὄγκον. εἰς ἀτονίαν· [2] ἡ δὲ διὰ τοῦ ψυχροῦ τῆς κεφαλῆς καταιόνησις ἕνεκα τοῦ παύσασθαι τὴν ἀφωνίαν καταφανῶς ἐστιν ἄτεχνος· τῇ ψύξει γὰρ ἐπιπυκνουμένου τοῦ σώματος, διὰ τὴν ἐπίτασιν τῆς Φλεγμονῆς δυσανακλητοτέραν δεῖ γίνεσθαι τὴν καταφοράν.

1 κακοῦ codd. — 2 ἡ μὲν γὰρ διὰ τοῦ ψυχροῦ τῆς δὲ κεφ. codd.

Sonitus autem et aeneorum vasorum tinnitus percellunt easque, quae vel propter inflammationem facile laeduntur, irritant; quin multae vel sanae ex eiusmodi sonis capitis dolorem contrahere solent. Nocet etiam inflatum acetum; nam sicuti inflammationes externas, ita etiam internas quidquid adstringit intendit. Nocivum quoque chordarum, vel fasciarum ope uterum inflammatum constringere, qui ne cataplasma quidem sine molestia fert propter intentionem ex circum facta collisione. Aquae vero potio non est inutilis; nonnumquam tamen nocet, quia opus est ut aegrotans corroboretur, vel metasyncritice curetur, quod obtinetur etiam transitu facto' ad vinum aqua temperatum. Concubitus autem semper debilitat, quapropter non prodest, cum melius nihil accedit, quia debilitando corpori officit. Capitis autem frigidâ perfusio, ut vocis defectus cesset, manifesto arti repugnat, nam corpore ex refrigerio densato propter inflammationis intentionem difficilius ex sopore expergiscunt.

ΚΕΦ. νβ'.

Περὶ γονορροίας.

Οὐκ ἐπὶ μόνων ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γυναικῶν ἀποτελεῖται γονόρροια· ἔστι δὲ σπέρματος ἔκκρισις χωρὶς προθυμίας καὶ ἐντάσεως ἐκ μικρῶν φέρουσα διαστημάτων, ὥστε τὸν ὄγκον ὠχραίνεσθαι καὶ ἀδυναμεῖν καὶ συντήκεσθαι· χαλᾶται γὰρ ἡ μήτρα καὶ ἀδυναμία παρέπεται καὶ συντήκεται τὰ σώματα κατὰ βραχύ· συρρεῖ γὰρ πρὸς τὴν μήτραν κατ' ὀλίγον ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος ὕλη ἀλλοίωσιν βραχεῖαν ἐν τοῖς τόποις ὑπομένουσα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμιώντων τὸ δάκρυον· χρονίζειν δὲ εἴωθε τὸ πάθος τῷ γένει ῥοῶδες ὑπάρχον. Διὸ προσφάτου μὲν αὐτοῦ τυγχάνοντος, ὥσπερ ἐν τοῖς παροξυσμοῖς, παρηγορικῶς ἀκτέον καὶ τὰ ἡρέμα στύφοντα καὶ στέλλοντα προσακτέον· ἐγκαθίζειν μὲν οὖν αὐτὰς χρὴ εἰς τὰ στύφοντα ἀφεψήματα καὶ ψυχρότερα, οἷον ῥόδων, μυρσίνης, σχίνου, βάτου, καὶ τῶν ὁμοίων· καὶ περιχρίειν τὸ ἧτρον καὶ τοὺς βουβῶνας [1] ἀκακίᾳ καὶ ὑπο-

1 ἀκακίαν καὶ ὑποκυστίδα codd.

CAPUT LII.

De seminis profluvio.

Seminis profluvium non solum in viris fit, sed etiam in mulieribus. Est autem excretio seminis sine veneris desiderio et sine contentione per parva temporis intervalla facta, ita ut corpus pallescat et debilitetur et contabescat. Relaxatur enim uterus et sensim corpora contabescunt; nam pedetentim ad uterum defertur de corpore materies parvam locis illis mutationem passa, sicuti lacrimae in lippitudinibus; solet autem morbus esse diuturnus et genere suo ad fluxiones refertur. Quapropter ubi recens est, veluti in exacerbationibus, leniter tractandus est et leviter adstringentia et cohibentia administranda sunt. Eas igitur insidere oportet decoctis adstringentibus et frigidioribus, v. c. rosarum, myrti, lentisci, rubi et similium; atque imum ventrem et inguina illinere debemus acacia et hypocistide cum

κίστιδι μετ' οἴνου αὐστηροῦ καὶ [1] τοῖς παραπλησίοις· καὶ τοῖς διὰ φοινίκων καὶ Κυδωνίων καὶ μυρσίνης καταπλάσμασι καὶ κηρωταῖς χρῆσθαι. Ἔλασμα δὲ μολύβδου πλατὺ καὶ λεπτὸν ὑποβλητέον τῇ ὀσφύϊ, καὶ μὴ τρυφερὰ ἔστω τὰ ὑποστρώματα, τραχέα δὲ μᾶλλον. Ἐμέτοις δὲ χρηστέον καὶ τοῖς ἀπὸ τροφῆς μὲν, μάλιστα δὲ νήστεσι· καὶ γυμνάζειν τὰ ἄνω μέρη καὶ τρίβειν ἐπὶ πολύ· μὴ λιπαίνειν δὲ ὅλως, μηδὲ θερμαίνειν τὰ πεπονθότα μέρη· ποτίζειν [2] δὲ ἀλικακάβου ῥίζης ἐξηρασμένης ἐν σκιᾷ ∠ α' μεθ' ὕδατος, ἢ ἄγνου σπέρματος ὁμοίως, ἢ κανναβεως, ἢ πηγάνου σπέρματος· τροφὰς δὲ διδόναι μὴ διαλελυμένας, μηδὲ ῥοφηματώδεις, μηδὲ γεννητικὰς τοῦ σπέρματος, ἢ ἐρεθιστικὰς, ἀλλὰ ξηροφαγεῖν τὰ πλεῖστα καὶ τῶν πτηνῶν τι λαμβάνειν ὀπτὸν καὶ οἶνον ὀλίγον κιρρότερον. Φεύγειν δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἐρεθιστικὰ τῶν ἀφροδισίων, ὡς μηδὲ ἐν ζωγραφίᾳ χαρακτῆρας δεικνύειν εὐμόρφους, [3] μηδὲ περὶ τῶν συμπλοκῶν διηγεῖσθαι, μηδὲ περὶ τῆς ἀπουσίας λόγους τίθεσθαι, στυγνὰς δὲ τὰς διαγωγὰς ποιεῖσθαι καὶ ἀναγνώσεις ὁμοίας, καὶ διηγήματα.

1 τὰ παραπλήσια codd. — 2 τε codd. — 3 μήτε περὶ τοὺς τῶν συμπλοκῶν λόγους διηγεῖσθαι, μηδὲ τοὺς περὶ τῆς ἀπουσίας codd.

vino austero, aliis eiusdem generis; item utendum cataplasmatis et ceratis cum palmulis et malis Cydoniis et myrto. Lamina vero plumbi lata et tenuis lumbis subiiciatur, nec mollia sint quae substernantur, sed potius aspera. Vomitionibus autem utendum a cibo quidem, maxime tamen ieiunis; atque exercitare et diu fricare oportet partes superiores, minime contra inungere nec calefacere locos affectos. In potione danda solani radicis in umbra siccatae dr. I. cum aqua, vel seminis agni casti simili modo, vel cannabis rutaeve seminum; cibi vero ne sint diluti, neque in sorbitione, nec qui semen gignant, vel irritent, sed plerumque siccum alimentum eas sumere oportet et de volucribus assatum aliquid concedendum, et pauxillum vini flavescentis. Vitanda praeterea reliqua omnia, quae veneris desiderium excitent, ita ut neque monstres imagines pictas formosas, neque de amplexibus loquantur, neque de eorum abstinentia sermones misceant. Severi autem sint conventus,

Χρονιζούσης δὲ τῆς διαθέσεως καὶ γυμνασίοις χρῆσθαι καὶ ἀφιδρώσεσι, καὶ τρίψεσι, καὶ βαλανείοις ψυχροῖς· ῥοδίνῳ δὲ συνεχῶς χριστέον τὸ ἧτρον καὶ τὴν ὀσφῦν. [1] Χρηστέον δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν γονορροίας καὶ ὀνειρώξεως προγεγραμμένοις βοηθήμασι· διαλείμματος δὲ γενομένου [2] τοῖς τονοῦσι καὶ μετασυγκρίνουσι τοπικῶς καὶ τὴν ὅλην σύγκρισιν, ὧν τὰς ὕλας ἐκ τῶν πρόσθεν εἰρημένων μετενεκτέον.

ΚΕΦ. νγ΄.

Περὶ ἀτονούσης μήτρας.

Ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα μόρια τοῦ σώματος, οὕτω καὶ ἡ μήτρα ἐνίοτε ἀτονεῖ. Παρέπεται δὲ ταῖς [3] πασχούσαις συνουσίας ἀποστροφή, ἔκκρισις πνευμάτων, πλεονασμὸς καταμη-

1 Apud Aëtium h. l. sermo est de fluxu spermatis acrioris et huius curatione; contra omittitur quod de roborantibus et metasyncriticis sequitur. Cf. Praef. — 2 τὰ τονοῦντα καὶ μετασυγκρίνοντα codd. — 3 τοιαύταις πασχούσαις codd., om. vero Aëtius ms. τοιαύταις.

similesque lectiones et narrationes. In longum vero protracto affectu etiam exercitationibus utendum et desudationibus, et frictionibus, et balneis frigidis, et frequenter imum ventrem et lumbos oleo rosaceo inungere oportet. Utendum praeterea remediis ad seminis profluvium in viris et nocturnas in somnio seminis emissiones descriptis. Intermissione vero facta roborantibus et partium et totius corporis constitutionis metasyncrisin efficere valentibus utemur, quorum materies ex ante dictis huc transferenda.

CAPUT LIII.

De utero debilitato.

Quemadmodum reliquae corporis partes, ita etiam uterus nonnumquam debilitatur. Consequitur autem eas, quae eiusmodi quid patiuntur, amplexus aversatio, excretio flatuum,

νίων, δὶς ἢ τρὶς τοῦ μηνὸς ἐπιφαινομένων ἀτάκτως μελάνων ὑδατωδῶν· [1] καὶ οὐ κατέχουσι τὸ καταβαλλόμενον σπέρμα τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ' [2] ἀπορρεῖ αἷς μὲν εὐθὺς μετὰ τὴν συνουσίαν ἢ ὀλίγον βράδιον, αἷς δὲ μετὰ ἡμέρας τινὰς, αἷς δὲ καὶ διατυπωθὲν, ἄλλαις δὲ καὶ νεκρωθὲν ἢ παντελῶς ἄτροφον καὶ τοῖς χρόνοις ἐλλιπὲς, ὥστε γίνεσθαί ποτε μὲν ἔκροιαν, ποτὲ δὲ ἔκτρωσιν, ποτὲ δὲ [3] ὠμοτοκίαν· τὰ δὲ μὴ φθαρέντα ἔμβρυα ἄτροφα καὶ ἀσθενέστατα γίνεται. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῶν καταμηνίων παρέπεται βάρος τοῦ ὑπογαστρίου, ὀσφύος, σκελῶν· ὁ στόμαχος κακοπραγεῖ, κἀκ τούτου ἐνίοτε ἀναθυμιάσεων περὶ τὴν κεφαλὴν γινομένων τὰ αὐτὰ συμπτώματα ταῖς [4] ὑστερικῶς πνιγομέναις παρέπεται· ἐνίοτε δὲ καὶ μελαγχολικαῖς παρανοίαις περιπίπτουσιν αἱ πάσχουσαι καὶ μανίαις. Συμβαίνει δὲ τὸ πάθος ἐκ συνεχῶν κυήσεων καὶ διατάσεων, καὶ μάλιστα ὅτε μεγάλα εἴη τὰ ἔμβρυα. Μετενεκτέον δὲ [εἰς] τὴν θεραπείαν

1 Ante καί mss.: ἀκρατησία τοῦ σπέρματος ἐκρεῖ γὰρ μετὰ τὴν συνουσίαν. — 2 Haec turbata ordine in mss. in ordinem redegimus. — 3 Post ὠμοτ. codd.: ἔκροια μὲν οὖν ἐστιν ἀποπτυσμὸς τοῦ σπέρματος μετὰ τὴν συνουσίαν, μετὰ πρώτην, ἢ δευτέραν ἡμέραν· ἔκτρωσις δὲ ἡ μετὰ δεύτερον ἢ τρίτον μῆνα φθορὰ τοῦ ἐμβρύου· ὠμοτοκία δὲ ἡ σύνεγγυς τῆς τελειώσεως πρὸ ὥρας ἀπότεξις. — 4 ὑστερικαῖς codd.

menstruorum fluxus abundans, quum bis terve quoque mense inordinate appareant nigra, aquosa; neque retinent immissum viri semen, quod vel statim post coïtum defluit, vel paulo tardius, aliis post aliquot dierum intervallum, aliis vel conformatum, aliis etiam emortuum, vel omnino emaciatum, et debito tempore non completo, ita ut alias effluxus fiat seminis, alias abortus, alias partus praematurus. Menstruorum vero tempore consequitur gravitas ventris imi, lumborum, crurum, stomachus moleste affectus est, e quo subinde vaporibus ad caput adscendentibus eadem oriuntur symptomata, quae utero suffocatis; quin subinde in deliria melancholica et mentis alienationem quae ita laborant incidunt. Accidit autem affectus post frequentem graviditatem et uteri distentiones, praecipueque cum foetus magni sunt. Ad curationem autem ex ante dictis transferenda sunt quae firmitatem et robur reddere valeant partibus affectis;

ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων τὰ δυνάμενα τόνον ἐντιθέναι καὶ ῥώμην τοῖς πεπονθόσι μορίοις· ὡς γὰρ χρονίου ῥοώδους τοῦ πάθους ἐπιμελεῖσθαι προσῆκεν. Σταλτικοῖς μὲν [οὖν] κατὰ τὰς [1] ἐπιτάσεις χρώμεθα, τονωτικοῖς δὲ καὶ μετασυγκριτικοῖς κατὰ τὰ διαλείμματα. Δεῖ μέντοι μὴ ἀποπτυσθέντος εὐθέως τοῦ σπέρματος τῇ συλλήψει συνεργεῖν, ὡς ἐν ἀρχαῖς ὑπεδείξαμεν. Φθορᾶς δὲ προσδοκωμένης ἔσεσθαι, καθάπερ διὰ τοῦ προηγουμένου σκέμματος παρεστήσαμεν, [2] ἢ καὶ τοῦ ἐμβρύου διεφθαρμένου, πρὸς μὲν τὴν ἔκκρισιν ἀποσυνεργοῦντα δεῖ πολλὴν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ ἀναρρόπως κατακλίνειν [τὴν κάμνουσαν] καὶ σπόγγους ἀποτεθλιμμένους ἐν ὀξυκράτῳ περιβάλλειν ἐφηβαίῳ καὶ ὀσφύϊ· πολλάκις γὰρ οὕτως ἔκτρωσις ἐκρατήθη, τοιαύτης ἐπιμελείας πρὸς διαίρεσιν πρόσφατον συνταχθείσης. [3] Ἐγκαθίσματα οὖν παραλαμβάνειν χρὴ τὰ στύφοντα, χλιαρὰ μέντοι τῇ ἀφῇ· καὶ ἐγχυματιστέον τὴν ὑστέραν ῥοδίνῳ χλιαρῷ, ἢ

1 ἐπιθέσεις codd. — 2 Ante ἢ καί codd. ferunt: ἰσχνουμένων τε παραλόγως τῶν μαστῶν, ὡς Ἱπποκράτης φησίν, καὶ ψυχομένων τῶν μηρῶν, ὥσπερ ἐσημειώσατο Διοκλῆς. Mihi ab aliena manu e cap. 18° huc delata et adscripta videntur. — 3 Ante ἐγκαθ. codd. ἐφθαρμένου δὲ τοῦ κατὰ γαστρὸς διὰ τῶν ἀνετικῶν συνεργητέον τῇ τελείᾳ ἀποβολῇ.

nempe affectionem tanquam diuturnam fluxionem curare oportet. Itaque in exacerbatione quidem adstringentibus utimur; in intermissionibus vero corroborantibus et metasyncriticis. Semine vero non statim reiecto conceptionem adiuvare oportet, sicuti initio operis nostri ostendimus. Sin abortum exspectemus futurum, quemadmodum superiore disquisitione docuimus. Ubi vero corruptio foetus exspectatur, eius excretioni adversari oportet et multam quietem servare et aegrotantem reclinare, ita ut partes superiores corporis declives sint, inferiores contra elevatiores; et spongiae ex aqua cum aceto expressae pubi et lumbis circumponendae sunt; saepe enim ita abortio superata est, quando eiusmodi curatio adversus recentem ab utero seiunctionem foetus in usum vocabatur. Itaque insessiones administrare debebis adstringentes, sed quae ad tactum sint tepidae; atque in uterum iniicere oportet oleum rosaceum tepidum,

ναρκισσίνῳ, ἢ Σουσίνῳ, ἢ μηλίνῳ· καὶ τοῖς ὁμοίοις τὸ ὑπογάστριον ἀλειπτέον καὶ τὴν ὀσφύν· γυμνάζειν δὲ συνεχῶς ὅλον τὸ σῶμα γυναικὶ πρέπουσι γυμνασίοις· τροφαῖς δε χρηστέον ὀλίγαις μὲν, κρεώδεσι δὲ καὶ ἠρέμα ὑποστυφούσαις, καὶ οἴνον ὁμοίως στύφοντα μετρίως κιρρὸν διδόναι· ὀλίγον δὲ ἔστω τὸ πλῆθος τοῦ πινομένου, μᾶλλον γὰρ ἡ δίψα ἐπιτηδεία τῷ πάθει· παραιτεῖσθαι δὲ τὰ διὰ γάλακτος καὶ τυροῦ σκευαζόμενα πάντα καὶ πᾶσαν κάθαρσιν καὶ [1] κοιλιολυσίαν.

ΚΕΦ. νδ'.

Περὶ παραλύσεως μήτρας.

Παραλύεται δὲ ἡ μήτρα πολλάκις δι' ἄλλας μὲν αἰτίας καὶ δι' ἐπάλληλον ἔκτρωσιν· παρέπεται δὲ ταῖς πασχούσαις συνουσίας ἀποστροφὴ, κατάψυξις τοῦ στομίου τῆς μήτρας καὶ τὸ ἀτροφώτατον αὐτὸ καὶ λαπαρώτατον καὶ οἱονεὶ ῥακωδέστατον

1 κοιλιολυσίαν πόνους καὶ δυσκρασίας codd.

vel narcissinum, vel Susinum, vel melinum; similibusque hypogastrium et lumbos inungere oportet. Totum autem corpus frequenter exercendum est exercitiis mulieri accommodatis. Cibis autem utendum paucis quidem, sed de carne, et qui leniter aliquantum adstringant; itemque vini similiter adstringentis modice fulvi aliquantum dandum. Sit autem potus copia parva; potius enim sitis cum affectione congruit. At vitanda sunt quaecumque cum lacte et caseo parantur, et purgatio et ventris fluxio quaevis.

CAPUT LIV.

De uteri resolutione.

Resolvitur autem saepe uterus cum aliis de causis, tum propter frequenter repetitam abortionem. Consequitur vero laborantes amplexus fastidium, refrigeratio osculi uteri, quod tabidum et valde laxum et quasi detritum est, et

ὑπάρχειν καὶ χαλᾶσθαι τὸν τράχηλον καὶ ἀναισθητεῖν. Καὶ ποτὲ μὲν ἐποχὴ τῶν καταμηνίων γίνεται τελεία, [1] ποτὲ [δὲ] καὶ ἄτακτος ἀπόκρισις καὶ [2] παρεμποδισμὸς [τῆς ἐκκρίσεως·] ποιεῖ δὲ τοῦτο πρὸς τοὺς περιπάτους ὡς ἀλλοτρίου τινὸς ἐγκείμενου [αἴσθησιν], καὶ πρὸς σύλληψιν τοῦ σπέρματος ἀπραξίαν ἐν ταῖς συνουσίαις, ἢ μηδόλως παρατιθεμένου τῇ μήτρᾳ, ἢ καθάπερ ἐξ ἀψύχου κύτους [3] ἀποδιδομένου παραυτίκα· ποτὲ δὲ κατὰ συμπάθειαν τῶν παρακειμένων καὶ ἀπροαίρετος ἔκκρισις οὔρων ἢ σκυβάλου, καὶ ἀπευθυσμένου βάρος. Στεγνὸν δὲ τὸ πάθος καὶ πολυχρόνιον, ποτὲ μὲν [4] ἐπιτάσεις ἔχον, ποτὲ δὲ [5] διαλείμματα. Τὴν μὲν οὖν ἐπίτασιν ἐκ βάρους καταληψόμεθα καὶ δυσαισθησίας καὶ ῥύσεως πλείονος· τὸ δὲ διάλειμμα ἐκ τῶν ἐναντίων. Μετενεκτέον δὲ τὴν θεραπείαν ἐκ τῶν εἰρημένων περὶ τῆς ἐποχῆς τοῦ ἐμμήνου καὶ τῆς στραγγῆς καὶ μετὰ πόνου [6] καθάρσεως.

1 ποιεῖ δὲ τοῦτο codd. h. l. ferunt. — 2 παραποδ. codd. — 3 οὐκ ἀποδ. codd. — 4 ἐπιθέσεις codd. — 5 διάλειμμα codd. — 6 Codd. in fine insuper habent: καὶ καστορίου πόσις συνεχὴς καὶ πεσσῶν θερμαινόντων προσαγωγὴ καὶ ἐγχυματισμῶν καὶ ἀλειμμάτων.

relaxatum est uteri collum et sensus expers. Atque interdum quidem plena fit menstruorum retentio, interdum eorum excretio inordinata et impedimentum effluxionis; facit autem hoc ut inter ambulandum sensus oriatur, quasi corpus alienum eo loco contineatur, et in coïtu inertiam conceptionis, sive semen ad uterum omnino non accedat, sive statim tanquam e vase vitae experte reddatur. Nonnumquam etiam propter partium vicinarum consensum involuntaria urinae vel faecis excretio fit et recti gravitas oritur. Stricta vero affectio est et diuturna, quae alio tempore exacerbationes, alio intermissiones habet. Exacerbationem igitur cognoscemus ex ponderis sensu et difficultate perceptionis et maiore fluxione; intermissionem vero e contrariis. Curationem autem transferre oportet ex iis, quae dicta sunt de menstruorum retentione et de stillatim et cum dolore facta purgatione.

ΚΕΦ. νε΄.

Περὶ παρεγκλίσεως καὶ ἀποστροφῆς καὶ ἀναδρομῆς μήτρας.

Τοῖς ἀγκυλωθεῖσι δακτύλοις παραπλησίως τὸ στόμιον τῆς ὑστέρας καὶ ὁ τράχηλος ἀποστροφὰς καὶ παρεγκλίσεις ὑπομένει, ποτὲ μὲν εἰς τὰ πλάγια, ποτὲ δὲ εἰς τὰ ἔμπροσθεν, ποτὲ δὲ εἰς τὰ ὀπίσω, — καὶ ποτὲ μὲν ἄνω [1] προσαναφεύγει, ποτὲ δὲ κάτω [χωρεῖ]· καὶ γίνεται ταῦτα φανερὰ τῇ τε καθέσει τῶν δακτύλων [2] καὶ τοῖς παρακολουθοῦσι σημείοις· τῇ μὲν γὰρ εἰς τὰ πλάγια παρεγκλίσει τοῦ καταλλήλου μηροῦ γίνεται τάσις καὶ πόνος καὶ νάρκη, ποτὲ δὲ καὶ ἀτροφία καὶ κατάψυξις καὶ [3] παρεμποδισμὸς τοῦ περιπατεῖν, ἢ καὶ ἵστασθαι· τῇ δὲ εἰς τὰ ἔμπροσθεν καὶ ἄνω παρεμποδισμὸς οὔρων καὶ περίτασις ἐφηβαίου,

1 ποτὲ δὲ κάτω ποτὲ δὲ προσαναφεύγει καὶ γίν. mss. — 2 Ante καὶ in codd. legimus: καταλαμβάνεται γὰρ διὰ τῆς ἁφῆς, εἰς ὃ μέρος γέγονεν ἡ διαστροφή. — 3 παραποδ. codd. tum h. l. tum seqq.

CAPUT LV.

De inclinatione et aversione et sursum recessione uteri.

Instar digitorum curvatorum osculum uteri eiusque collum aversiones et inclinationes patiuntur, alias versus latus alterutrum, alias in anteriorem, alias in posteriorem partem, et alias quidem sursum refugit, alias deorsum cedit. Quae quidem manifestantur digitorum immissione et signis rem comitantibus. Nam ex inclinatione in latus alterutrum oritur tensio et dolor et stupor femoris respondentis; praeterea nonnunquam emaciatio et refrigeratio et impedimentum ambulationis, vel etiam stationis. Ex ea vero, quae in anteriorem partem et sursum fit, impedimentum urinae emissionis et contentio pubis, quibusdam vero etiam impotentia standi.

τισὶ δὲ καὶ τὸ ἀδυνατεῖν ἵστασθαι· τῆς δὲ εἰς τοὐπίσω καὶ κάτω, παρεμποδισμὸς ἐκκρίσεως σκυβάλων ἢ φυσῶν καὶ δυσεργία τις ἐν τῷ καθίζειν, καὶ μᾶλλον [1] ὅσον ἂν μᾶλλον ἐπὶ τὸν δακτύλιον ἡ παρέγκλισις γένηται. Ταῦτα δὲ πάντα συμπτώματα στεγνώσεως· τῆς γὰρ φλεγμονῆς [2] ὑποκειμένης πάντως γέγονεν ἢ σκληρία τις ἢ [3] μερική τις σφίγξις . . . . . Καθ' ἡμᾶς δὲ καὶ νῦν σκοπεῖν προσῆκεν εἰς τὴν διάθεσιν καὶ εἴτε φλεγμονὴ γέγονεν, εἴτε κοινῶς στέγνωσις, ἐν μὲν τοῖς παροξυσμοῖς παραιτεῖσθαι δεῖ πᾶν τὸ δριμὺ καὶ δηκτικόν, χρῆσθαι δὲ τοῖς [4] παρηγορικῶς χαλᾶν δυναμένοις· ἐν δὲ ταῖς ἀνέσεσι καὶ τοῖς ἀνασκευαστικωτέροις προσέρχεσθαι· χρονίσαντος δὲ τοῦ πάθους καὶ τοῖς μετασυγκριτικοῖς, ὧν τὰς ὕλας καὶ τὰς ἐπιδεξίους χρήσεις ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων μετενεκτέον.

1 ὅσον ἄνω ἢ ὅσον ἐπὶ τὸν δ. codd. — 2 ὑπερκειμ. codd. — 3 μερικῆς τινος σφίγξεως codd. — 4 παρηγορικοῖς codd.

Illi vero, quae in posteriorem partem et deorsum fit, proprium est impedimentum excretionis faecum et flatuum et difficultas quaedam in sessione, eoque maior, quo magis uterus in anum reclinetur. Sunt autem haec omnia symptomata adstrictionis; nam quum inflammatio subsit, omnino aut durities quaedam orta est, aut partis alicuius constrictio . . . . . Secundum nostram vero opinionem nunc etiam aegrotantis conditionem respicere decet et sive inflammatio facta sit, sive communiter adstrictio, in exacerbationibus quidem acria et mordacia quaelibet vitanda sunt, utendum contra est iis, quae sedandi et relaxandi facultatem habent; in remissionibus vero ad ea, quae plus valent ad morbum abigendum, deveniemus. Affectu vero in longum protracto etiam ad metasyncritica transeundum, quorum materias et aptus usus ex supra dictis transferre oportet.

ΚΕΦ νς΄.

Περὶ ἐμπνευματώσεως μήτρας.

[1] Ἐμπνευματοῦσθαι πέφυκεν ἡ ὑστέρα μετὰ τοὺς τοκετοὺς ἐκ ψύξεως μύσαντος τοῦ στομίου, ἢ θρόμβου [2] παρεμφηνωθέντος αὐτῷ, τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Συνίσταται δέ ἡ ἐμπνευμάτωσις ποτὲ μὲν ἐν τῇ κοιλότητι τοῦ κύτους τῆς μήτρας, ποτὲ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ σώματι αὐτῆς ἡ τῶν πνευμάτων ἀπόληψις γίνεται. Παρέπεται δὲ ταῖς πασχούσαις διόγκωσις τοῦ ἤτρου ἢ καὶ ὅλου τοῦ [3] ὑπογαστρίου, ὡς ἐπὶ τοῦ τυμπανίτου ὕδρωπος, πόνοι τε παρακολουθοῦσι νυγματώδεις διήκοντες μέχρι διαφράγματος καὶ στομάχου, διατεινομένων οὐδὲν ἧττον ἑκατέρωθεν τῶν πλευρῶν· τισὶ δὲ καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν αἴσθησις τῆς ὀδύνης γίνεται [καὶ κατ'] ὀσφύος τε καὶ κτενὸς, καὶ συμπάθεια κεφαλῆς. Εἰ μὲν οὖν τὸ πνεῦμα ἐν τῷ κοιλώματι τῆς ὑστέρας εἴη συνηθροισμέ-

1 Caput apud Dietzium principio saltem admodum corruptum. De nonnullis in praef. monui, de aliis dicam ad textum, quem exhibeo. — 2 παρασφ. codd. — 3 ἐπιγ. codd.

CAPUT LVI.

De uteri inflatione.

Uterus flatuosus fieri potest post partum ex refrigerio connivente ostiolo, vel coagulo illi impacto, instar aliarum partium. Flatulentia autem colligitur alio tempore intra cavum uteri, alio vero tempore in ipsa eius substantia flatuum fit interceptio. Consequitur laborantes intumescentia imi ventris, vel etiam totius hypogastrii, sicuti in hydrope tympanite, et dolores comitantur pungentes ad septum medium et stomachum usque protensi, non minus distentis utrinque lateribus; quibusdam vero etiam circa umbilicum doloris sensus oboritur et ad lumbos et pectinem, et capitis consensus. Quodsi igitur flatus cavo uteri contineatur ibique collectus sit, fiunt borborygmi et crepitus quidam,

νον, παρέπονται βορβορυγμοὶ καὶ ψόφοι τινὲς αἰσθητοὶ ἐν ταῖς μετακλίσεσιν, ὃν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἐντέρων, ἐπειδὰν στρόφος καταλάβῃ, καὶ πρὸς τὸν διὰ τῆς χειρὸς ῥαπισμὸν ἦχος τυμπανώδης· ἔστι δ' ὅτε καὶ τοῦ πνεύματος γίνεται ἐκφύσησις διὰ τοῦ γυναικείου αἰδοίου, ὥστε αὐτὰς τὰς πασχούσας αἰσθάνεσθαι. [1] Εἰ δὲ ἡ ἐμπνευμάτωσις [2] ἐν αὐτῷ τῷ σώματι τῆς ὑστέρας συσταίη, αἱ ὀδύναι σφοδρότεραι καὶ δυσιατότεραι εἰσί· καὶ ποτὲ μὲν εἰς [3] τὰ δεξιὰ, ποτὲ δὲ εἰς τὰ ἀριστερὰ τὴν ἐνέρεισιν ποιουμένης, ποτὲ μὲν ὁ ἕτερος τῶν βουβώνων, ποτὲ δὲ ἀμφότεροι [ἐντείνονται], ἔτι δὲ καὶ ψόαι καὶ ἰσχία συναλγεῖ τισι· καὶ τὰ τῆς συμπαθείας τῆς πρὸς τὴν ὑστέραν σημεῖα [4] ἐφορᾶται· καὶ κατὰ τὴν τῶν δακτύλων θλῖψιν εἶξις ἀντιμεταβατικὴ ποσῶς, ταχεῖα δὲ πάλιν ἐπιδιόγκωσις· ποτὲ δὲ καὶ στρόφος καὶ διαδρομὴ νυγματώδης καὶ οἱονεὶ σφυγμός· καὶ πρὸς τὰ θερμαίνοντα ὁ κουφισμός· εἶτα μετ' ὀλίγον [5] ὁ παροξυσμὸς, ψόφος τε καὶ βορβορυγμὸς αἰσθητὸς, ὡς [6] εἴσω τοῦ πνεύματος διατρέ-

1 ὅταν δὲ codd.; dedi εἰ propter optat. εἴη. — 2 ἐν τοῖς ἀδήλοις πόροις αὐτοῦ τοῦ σώμ. codd. — 3 τὸ δεξιὸν, ποτὲ δὲ εἰς τὸν ἀριστερὸν βουβῶνα τὴν ἐρείδησιν ποιουμ. codd. — 4 ἐφορᾶται, οἷον τενόντων ἀλγήματα καὶ κεφαλῆς καὶ τὰ λοιπά· καὶ κατὰ codd. — 5 παροξ. ὁ ψ. codd. — 6 ἔξω codd.

qui auditur ubi aegrotans in lectulo se convertit, quemadmodum etiam in intestinis, quando tormina prehendunt, et ad manus adpulsum sonus tanquam tympani; nonnumquam etiam flatus expulsio fit per pudendum muliebre, ita ut ipsae laborantes eam percipiant. Sin flatulentia in ipsa substantia uteri collecta sit, dolores sunt vehementiores et curatu difficiliores; et quum uterus mox potius in dextram, mox potius in sinistram partem incumbat, alias inguinum alterutrum, alias utrumque intenditur, quin etiam psoae et coxendices item in nonnullis dolent; apparent quoque signa consensus cum utero; et ad digitorum pressionem cessio quaedam cum aliquantula resistentia, et cito recurrens intumescentia, nonnumquam etiam tormina et dolores pungentes vagi et quasi pulsatio, a quibus levamen adferunt calefacientia; tum brevi exacerbatio fit et crepitus et borborygmus, qui percipi potest, quasi flatu intus huc illuc recurrente. Semen autem, quod in concubitu immittitur, dissolvitur.

χοντος· τὸ δὲ ἐνιέμενον ἐν τῇ συνουσίᾳ σπέρμα διαλύεται· τὰ δὲ τῆς [1] ἀνοιδήσεως τισὶ μὲν ἀεὶ διαμένει, τισὶ δὲ διά τινος χρόνου γίνεται. Καὶ νῦν δὲ τὴν ἐπιμέλειαν [2] ὡς ἐπὶ στεγνῆς συντακτέον [3] δι' ἐγχυματισμῶν ἀνετικῶν καὶ καταπλασμάτων, κούφων τε σικυῶν καὶ μετὰ κατασχασμοῦ, καὶ παντὸς ἤδη τοῦ ὁμογενοῦς τούτοις βοηθήματος. Τροφὰς δὲ λαμβανέτωσαν μὴ δυσπέπτους τε καὶ δυσκαταπονήτους καὶ δριμείας καὶ πνευματωτικὰς, ἀλλὰ τὰς ῥᾳδίως καταπονεῖσθαι δυναμένας· καὶ ἐμβροχὰς δι' ἐλαίου θερμοῦ καὶ γλυκέος, ἐν ᾧ ἀφήψηται πήγανον καὶ ἄνηθον. Καὶ, εἰ μὴ ἀντιπίπτοι ἡ [4] ἡλικία, κένωσις αἵματος διὰ φλεβοτομίας· καὶ ἐγκαθίσματα δι' ἀφεψήματος πηγάνου, γλήχωνος, καλαμίνθης, πρασίου, θύμου, ἀρτεμισίας, ἀλθαίας, ἰσχάδων· κάθαρσις δὲ διὰ τῆς [διὰ] κολοκυνθίδος ἱερᾶς Ῥούφου, ἢ Ἀρχιγένους. Ἐν δὲ τοῖς παροξυσμοῖς ἐγχυματισμοὶ παραλαμβανέσθωσαν ἀνετικοὶ, χαλαστικοὶ, διαλυτικοὶ [5] πνευμάτων, ἢ πεσσὸς τῆς αὐτῆς δυνάμεως διαλυόμενος πολλῷ ἐλαίῳ

1 συνοικήσεως codd. — 2 τῆς θεραπείας ὡς codd. — 3 κατασκευὴ δι' codd. — 4 ἡλικία καὶ ἡ ὥρα καὶ ἡ χώρα καὶ τὰ λοιπὰ, κένωσις codd. — 5 πνευμάτων, οἷόν ἐστι τὸ γλεύκινον ἔλαιον, ἢ πεσσὸς codd.

Intumescentia autem aliis semper adest, aliis vero per temporis intervalla oboritur. Ac nunc etiam curationem tanquam adstrictione laboranti accommodare oportet, per humorum relaxantium iniectiones et cataplasmata, et cucurbitulas siccas et cum incisionibus, et per omnia eiusdem generis auxilia. Sumant autem cibos concoctu haud difficiles, nec difficulter subigendos, neque acres, nec flatulentos, sed qui facile subigi possint; et irrigationes fiant oleo calido et dulci, in quo decocta sit ruta et anethum. Et nisi aetas obstet, sanguis venâ sectâ detrahendus; usurpentur porro insessiones in decoctis rutae, pulegii, menthae, marrubii, thymi, artemisiae, althaeae, caricarum; purgatio fiat ope hierae Rufi, vel Archigenis cum colocynthide paratae. In exacerbationibus vero administrentur succorum iniectiones remittentes, relaxantes, flatus dissolventes, vel pessus eiusdem facultatis multo oleo dilutus et fistulae uterinae ope iniectus; cataplasmata vero sint levia cum caricis, ruta,

καὶ διὰ μητρεγχύτου ἐγχεόμενος· καταπλάσματα δὲ κοῦφα διὰ ἰσχάδων, πηγάνου, ὑσσώπου καὶ νίτρου. Εἰ δὲ θρόμβος εἶεν αἴτιος τῆς ἐμπνευματώσεως, συνεχῶς ἐγκαθίζειν, καὶ εὐθὺς μετὰ τὸ ἐγκάθισμα ἡ μαῖα προλελιπασμένον τὸν δάκτυλον καθεῖσα τὸν ἐγκείμενον θρόμβον, εἴπερ τύχοι παρακείμενος, κομιζέσθω πράως αὐτὸν ἐνδιαλύσασα τῇ προσαφῇ χάριν τοῦ ἄσκυλτον γενέσθαι τὴν ἔκκρισιν. Χρονιζούσης δὲ τῆς ἐμπνευματώσεως, ἐν μὲν τοῖς παροξυσμοῖς τὰ ἀνετικώτερα προσάξομεν· ἐν γὰρ ταῖς ἐπιτάσεσι καὶ τοῖς παροξυσμοῖς τὰ ὅμοια δοκιμάζομεν· διαλείμματος δὲ γενομένου, τὰ σώματα τονοῦμεν διὰ συναλειμμάτων [1] θερμοτέρων τῶν σκελῶν καὶ τῶν πασχόντων τόπων καὶ τρίψεως τῆς τε τῶν ὅλων καὶ τοπικῆς, ποτὲ μὲν διὰ ψιλῶν τῶν χειρῶν, ποτὲ δὲ δι' ὠμοτάτων λίνων ξηρῶν· τροφὰς [2] δὲ δίδομεν ποικίλας, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ δριμείας. Τὴν ὀσφὺν δὲ καὶ τὸ [3] ὑπογάστριον δρώπακι καταχρίομεν καὶ νίτρῳ συμπάσσομεν, ἢ παροπτῶμεν, καὶ τῷ διὰ νάπυος καὶ ἰσχάδων Φοινιγμῷ χρώμεθα, ἢ τὸ κρίθινον μετὰ σύκων [4] ἡψημένον καὶ

1 θερμοτέρων καὶ τρίψεως τῶν σκελῶν καὶ τῶν πασχόντων τόπων τῆς τε τῶν ὅλων codd. — 2 τε codd. — 3 ἐπιγ. codd. — 4 ἡψημένων codd.

hyssopo et nitro. Sin sanguinis coagulum in causa sit flatuum collectionis, continenter insessio fiat, et statim ex insessione obstetrix digitum antea unctum immittat et coagulum impactum, si contingat ut in propinquo sit, attactu leniter de loco, cui adhaereat, solvat, ut sine offensione evehatur. Diu autem persistente inflatione, in exacerbationibus quidem relaxantia potius adhibebimus; nam in accessionibus et exacerbationibus similia commendamus; intermissione vero facta corpora corroboramus ope inunctionum calidiorum crurum et locorum affectorum et frictionis corporis totius et locorum singulorum, nonnumquam nuda manu, alias lino crudissimo sicco. Cibos autem praebemus varios, subinde etiam acres. Lumbis vero et hypogastrio inungimus dropacem et nitrum inspergimus, vel adustione utimur et rubefaciente ex sinapi et caricis; vel farinam hordeaceam cum ficis coctam et ruta et hyssopo et melle in cataplasmate adhibemus; iniicimus quoque id, quod cum

πηγάνου καὶ ὑσσώπου καὶ μέλιτος καταπλάττομεν· [1] ἐπιρρίπτομεν δὲ καὶ τὸ διὰ νίτρων καὶ σύκων καὶ ἀψινθίου, ἢ τὴν ὠμήλυσιν μετὰ σύκων ἡψημένην καὶ ὑσσώπου, ἢ τὸ διὰ σπερμάτων μάλαγμα, ἢ τὸ πολυάρχιον, ἢ τὸ διὰ δαφνίδων μετὰ κηρωτῆς τὸ πρῶτον, εἶτα κατ' ἰδίαν. Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ τὰ ἐγκαθίσματα παρασκευάζομεν καθέψοντες τῷ ὕδατι σταφυλῖνον καὶ δαῦκον Κρητικὸν καὶ γλήχωνα [2] καὶ ἀρτεμισίαν καὶ ὕσσωπον καὶ πράσιον καὶ δάφνην, ἢ τὸν καρπὸν αὐτῆς, [καὶ] κασίαν τε καὶ νάρδον. Τῆς δὲ αὐτῆς δυνάμεως καὶ πεσσοὺς προσβάλλομεν [3] [διὰ τερεβινθίνης, χαλβάνης, ἴρεως, πηγάνου καὶ [4] ὑσσώπου, — καὶ τὸν διὰ γλήχωνος, νίτρου, μέλιτος, χολῆς ταυρείας ἀνὰ ἴσων σκευαζόμενον]· εἰς δὲ τὸ ἀμαυρῶσαι τὴν πολλὴν δριμύτητα [5] σῦκα λιπαρὰ κεκομμένα, ὥστε τὰς κεγχραμίδας μὴ φαίνεσθαι, ὑποτιθέναι. Καὶ σικύας δὲ τοῖς τόποις κατὰ κύκλον προσβλητέον καὶ βιαίως ἀποσπαστέον, ἐνίοτε δὲ καὶ μετὰ ἀμυχῶν· καὶ πᾶσι δὲ τοῖς μετασυγκρίνειν δυναμένοις [6] χρώμεθα, καθάπερ τοῖς αὐτοφυέσιν ὕδασι καὶ κατακρουνισμοῖς

1 ἐπιρριπτοῦμεν et mox ἡψημένων codd. — 2 οὔσης δὲ τῆς κατασκευῆς καὶ codd. — 3 πεσσοὶ τοιαύτης δυνάμεως codd. pro uncinis interceptis, quae ex Aëtio exhibeo. — 4 οἰσύπου legit Aëtius. — 5 σύκων λιπαρῶν κεκομμένων codd. — 6 χρηστέον codd.

nitro et ficis et absinthio paratur, vel farinam crudam cum ficis coctam et hyssopo, vel emplastrum cum seminibus dictum, vel polyarchium, vel quod cum lauri baccis paratur, primum cum cerato, dein per se. His autem similes insessiones paramus aquae incoquentes staphylinum et daucum Creticum, et pulegium, et artemisiam, et hyssopum, et marrubium, et laurum eiusque fructum, et casiam, et nardum. Eiusdem autem facultatis etiam pessos subdimus cum terebinthina, galbano, iride, ruta et hyssopo, — et qui paratur cum pulegio, nitro, melle, felle taurino, singulorum partibus aequalibus; ut autem insignis pars acrimoniae obtundatur, ficus maturas pingues contusas, ita ut nucleoli haud appareant, supponere poteris. Praeterea cucurbitas in circuitu locis admovere oportet, easque violenter detrahere, aliquando etiam cucurbitas cum pertusione; item utimur illis omnibus, quibus metasyncrisis obtinetur, veluti aquis therma-

καὶ νήξεσι πρῶτον μὲν θερμοῖς, ὕστερον δὲ καὶ ψυχροῖς κατ' ὀλίγον ἐθίζοντες τὸ σῶμα ὑπομένειν τὴν ψυχρολουσίαν, ὥστε τονωθῆναι τὰ πεπονθότα μέρη· τροφὰς δὲ διδόναι λεπτυνούσας καὶ διαλύειν πνεύματα [1] δυναμένας. Τὰ δὲ φαρμακωδέστερα παραιτούμεθα διὰ τὴν ἀνατροπὴν τοῦ στομάχου, καὶ τὰς ὑποθυμιάσεις, καὶ τοὺς διὰ τῶν ἀρωμάτων ὑποκαπνισμούς· πληρουμένη γὰρ ὑπὸ τούτων ἡ κεφαλὴ μείζονα τὴν βλάβην ὑπομένει τῆς ὠφελείας· ἀποδοκιμάζομεν δὲ καὶ τὰ στύφοντα τῶν ἐπιθεμάτων, οἷον τὰ διὰ μήλων Κυδωνίων, φοινίκων [2] Θηβαϊκῶν, οἴνου αὐστηροῦ, οἰνάνθης, ἀκακίας, σιδίων· τὴν γὰρ ἐπὶ στεγνώσει γεγενημένην ἐμπνευμάτωσιν οὐ τὰ στύφοντα λύει, τὰ δὲ χαλῶντα καὶ ἀνιέντα.

ΚΕΦ. νζ'.

Περὶ οἰδήματος ὑστέρας.

Οἰδούσης δὲ τῆς ὑστέρας ὄγκος παρέπεται ὠχρόλευκος, ὑπό-

1 δυναμένας καλαμίνθης τὰ δὲ φαρμακωδέστερα φάρμακα παραιτ. codd. — 2 θηβαΐκοῦ codd.

libus naturalibus et perfusionibus et natationibus primum quidem calidis, postea etiam frigidis, sensim corpus assuefacientes ut balneum frigidum ferat, quo partes affectae roborentur. Cibi vero praebendi attenuantes et qui flatus dissolvere valeant. Sed magis medicamentosa repudiamus propter ventriculi subversionem et suffitus et aromatum suffumigationes; caput enim his repletum potius damnum quam utilitatem inde percipit. Reprobamus etiam epithemata adstringentia, veluti cum malis Cydoniis, palmulis Thebaïcis, vino austero, oenanthe, acacia, malicorio parata. Nam flatulentiam ex adstrictione natam non adstringentia, sed relaxantia et remittentia solvunt.

CAPUT LVII.

De tumore laxo uteri.

Utero intumescente ex oedemate oritur tumor e flavo

σομφος, εὐαφὴς, εἴκων πρὸς τὰς τῶν δακτύλων θλίψεις καὶ μετὰ βραχὺ πάλιν ἐπαιρόμενος· τὸ δὲ [1] ὑπογάστριον ὁμόχρουν ἐστὶ καὶ τοῖς δακτύλοις ἑλκόμενον ἐπακολουθεῖ· τὰ αὐτὰ δὲ καὶ νῦν παραληπτέον, ἅπερ ἐπὶ τῆς ἐμπνευματώσεως εἰρήκαμεν· ἐγχυματιστέον δὲ τοὺς τόπους τὸ μὲν πρῶτον ἐλαίῳ θερμῷ, ἔπειτα κυπρίνῳ ἢ [2] ἰρίνῳ, πεσσοῖς [δὲ χρηστέον καὶ τοῖς ἄλλοις βοηθήμασιν] ὁμοίοις [τοῖς] τῆς ἐμπνευματώσεως.

ΚΕΦ. νη΄.

Περὶ μύλης.

Ἡ λεγομένη μύλη, ἢ καθὼς ἄλλοι λέγουσι μύλος, σκίρρωσίς ἐστιν ὑστέρας διὰ προηγουμένην φλεγμονὴν ἐπιγινομένη, ποτὲ δὲ καὶ τοπικὸν ἕλκος ἐπὶ πολὺ ὑπερσαρκῶσαν. Ὠνόμασται δὲ μύλος ἀπὸ τῆς δυσκινησίας καὶ τοῦ βάρους· γίνεται δὲ ποτὲ μὲν κατά τι μέρος [τῆς] μήτρας, οἷον στόμα καὶ

1 ἐπιγ. codd. — 2 ἰρίνῳ ἐλαίῳ καὶ πεσσοῖς codd. Ego ex Aëtio locum descripsi.

albus, subspongiosus, mollis, digitorum impressionibus cedens et paulo post rursus sublatus; hypogastrium vero aequabilis coloris est et digitis attractum obsequitur. Eadem autem nunc usurpanda, quae ad flatulentiam commendavimus. Iniiciendum vero locis primum oleum calidum, tum cyprinum, vel irinum; et similibus pessis et reliquis auxiliis similibus atque in flatulentia utendum.

CAPUT LVIII.

De mola.

Quae dicitur μύλη (mola), vel ut alii appellant μύλος, tumor durus est uteri propter antecedentem inflammationem ortus nonnumquam etiam ulcus eius loci multa carne luxurians. Appellatur autem μύλος, quia difficulter movetur et gravis est. Oritur vero subinde quidem in uteri parte

[1] τράχηλον, [2] ὡς τοῖς δακτύλοις καθιεμένοις ὑποπίπτειν τὸν ὄγκον καὶ κάτω τὸ πᾶν εἶναι βάρος· ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ καθ' ὅλην τὴν μήτραν, ὅποτε παρακολουθεῖ πρόδηλος ὄγκος περὶ τὸ ὑπογάστριον ἀπηνὴς, λιθώδης, μετὰ κατασπασμοῦ τῶν [3] ὑπερκειμένων καὶ ἰσχνώσεως, ἀχροίας τε καὶ ἀνορεξίας. Γίνεται δὲ τὸ πρῶτον φαντασία τῆς συλλήψεως ἐπεχομένων μὲν τῶν καταμηνίων, διογκουμένων δὲ τῶν μαστῶν, ἀνατρεπομένου δὲ τοῦ στομάχου καὶ βαρυνομένης μὲν τῆς ὀσφύος, διογκουμένου δὲ τοῦ [4] ὑπογαστρίου. Διακρίνεται δὲ προκόπτοντος τοῦ χρόνου τῷ νυγματώδη παρακολουθεῖν ἀλγήματα, μηδεμίαν δὲ γίνεσθαι κίνησιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κυουσῶν· ὕστερον δὲ καταλυομένου τοῦ παντὸς σώματος, μεγεθυνομένης δὲ τῆς ὀγκώσεως, ἔμφασις ὕδρωπος ἀποτελεῖται. Διακρίνεται δὲ καὶ τοῦ ὕδρωπος τῷ κατὰ τὴν τῆς χειρὸς ἐπίθεσιν μηδέποτε εἴκειν τὸν ὄγκον, μηδὲ κοιλαίνεσθαι, μηδὲ ἦχον τυμπανώδη ἢ κλύδωνα γίνεσθαι κατὰ τὸν τῆς χειρὸς ῥαπισμὸν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ὕδρωπος. Ἔσθ' ὅτε δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ καταψυχομένου τοῦ ἥπατος καὶ

1 τράχηλος codd. — 2 ὅσγε δακτ. codd. — 3 ὑπερκειμένων ὑποχονδρίων Dietz., ubi ὑπερκειμένων in Aëtio ms. abesse dicitur. — 4 ἐπιγ. codd.

aliqua, veluti in ore, collo, ita ut tumor digitis immissis sentiatur et totum pondus infra sit; plerumque tamen totum uterum occupat, quod si factum sit, tumor est manifestus circa hypogastrium durus, lapideus, cum detractione partium superiorum et extenuatione, pallore et appetitus defectu. Primo tempore autem conceptionis speciem refert, menstruis quidem retentis, mammis vero intumescentibus, subverso ventriculo et lumbis gravatis, in tumorem sublato hypogastrio. Temporis tamen tractu dignoscitur doloribus pungentibus subsequentibus, nulloque motu facto, veluti in gravidis; tandem vero toto corpore exsoluto et tumore increscente species hydropis fit; distinguitur tamen ab hoc tumore manui impositae non cedente, neque excavato, et absentia soni tanquam a tympano et fluctuationis ad manu factam percussionem, quemadmodum in hydrope. Fit autem nonnumquam ut temporis tractu et iecinore refrigerato hydrops etiam superveniat. Sunt autem qui narrant, qui-

ὕδρωψ ἐπιγίνεται. Τινὲς δὲ ἱστοροῦσιν ἐπ' ἐνίων καὶ σαρκὸς ἔκκρισιν γίνεσθαι συνισταμένης ὡσεὶ καρύου μέγεθος διὰ τοῦ γυναικείου αἰδοίου, αἷς μὲν κατὰ μῆνα, αἷς δὲ διὰ δύο ἢ τριῶν μηνῶν. Τὴν δὲ προειρημένην διάθεσιν οἱ μὲν ὡς ἀθεράπευτον κατέλιπον, οἱ δὲ τὴν ἀρχομένην μόνον ὑπήγαγον τοῖς βοηθήμασιν· ἡμεῖς δὲ καὶ νῦν ὡς κεχρονικυῖαν θεραπεύομεν νόσον. Δεῖ δὲ μὴ ἀμελεῖν, ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς ἐπιτάσεσιν, ἃς καταλαμβάνομεν ἐκ βάρους πλείονος καὶ ναρκώδους συναισθήσεως, ἢ φθορᾶς σιτίων καὶ ἀγρυπνίας δίχα προδήλου τινὸς αἰτίας γεγενημένης, [1] παραλαμβάνειν καταπλάσματα θερμὰ, χαλαστικὰ, σικύας, κατασχασμὸν, βδέλλας, πυρίας, ἐγχυματισμοὺς πραϋντικοὺς, ἀνετικοὺς, πεσσοὺς μαλακτικοὺς, ἐγκαθισμοὺς, κηρωτὰς μετὰ ἀλθαίας [2] ἡψημένης καὶ γλυκέος ἐλαίου, ἢ κυπρίνου καὶ μάλαγμα τὸ διὰ χυλῶν, ἢ τὸ Μνασίου, καὶ τροφὰς εὐχύμους τε καὶ εὐχύλους καὶ τὴν εἰς τοὺς ὤμους διὰ τελαμῶνος ἀνάληψιν εἰς ἐπικουφισμὸν τῆς διὰ τὸν κατασπασμὸν ὀχλήσεως· ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς παροξυσμοῖς παραλαμβάνειν. Ἐν δὲ τοῖς διαλείμμασι τὸ σῶμα προσαναλαμβάνομεν διὰ τῆς

1 παραλαμβάνοντες καὶ καταπλ. codd. — 2 ἡψημένας codd.

busdam excretionem quoque fieri carnis, quae concreverit ad magnitudinem fere nucis, per pudendum muliebre, aliis quoque mense, aliis tertio, quartove quoque mense. Affectum autem memoratum alii pro incurabili sibi relinquunt, alii incipientem tantum auxiliis submittunt; nos vero etiam nunc tanquam morbum diuturnum curamus. Minime autem morbum negligere oportet, sed in accessionibus, — quas deprehendimus maiore gravitatis sensu et torporis consensu, vel ciborum corruptione et insomnia sine causa manifesta orta, — usurpare debemus cataplasmata calida, relaxantia, cucurbitas, scarificationem, hirudines, fotus, iniectiones lenientes, remittentes, pessos emollientes, insessiones, cerata cum althaea cocta et oleo dulci, vel cyprino, et emplastrum diachylon, vel Mnasiae, et cibos, qui bonos succos faciunt et ipsi sint boni succi, et susceptionem tumoris fasciae ope, ut molestia e tractione deorsum sublevetur; haec igitur in exacerbationibus facienda sunt. In intermissionibus autem corpus

ἀλειπτικῆς ἐπιμελείας, αἰώρας, περιπάτων, λουτρῶν, ἀναφωνήσεως, οἰναρίου καὶ τῆς ἐπιτηδείου καὶ ποικίλης τροφῆς, τὰ δὲ πρωτοπαθοῦντα μεταβάλλοντες διὰ δρώπακος, παροπτήσεως, ἡλιώσεως, νίτρου τε καὶ ἁλῶν ἐπιπασσομένων, καὶ τρίψεως, καὶ τῷ διὰ νάπυος καὶ ἰσχάδων Φοινιγμῷ χρώμεθα, καὶ [1] μαλάγμασι, τῷ διὰ σπερμάτων καὶ τῷ διὰ δαφνίδων, καὶ τῷ πολυαρχίῳ, καὶ τῷ [2] Κτησιφῶντος, καὶ τοῖς ὁμοίοις, [3] ἐγκαθίσμασί τε καὶ πυρίαις μετασυγκρίνειν δυναμένοις, οἷον [διὰ] θαλάσσης ἐζεσμένης ἢ ἅλμης, ἀφεψήματος δάφνης, [4] δαφνίδων, γλήχωνος, ὑσσώπου, ἐλελισφάκου, πρασίου, ἀρτεμισίας, δικτάμνου, κενταυρίου, πολίου, σκορδίου, ὑποτιθεμένης τῆς χύτρας τῷ δίφρῳ καὶ τῷ πώματι αὐτῆς τετρημένῳ ἐναρμοζομένου καλάμου· καὶ [5] πεσσοῖς τοῖς διὰ [6] [οἰσύπου], βουτύρου, [στέατος χηνείου, μυελοῦ, ἢ ἐγκεφάλου ἐλαφείου, μέλιτος, ἰσχάδων λιπαρῶν, σταφίδος μετὰ ἐλαίου παλαιοῦ, ἢ κυπρίνου, ἢ ἰρίνου, ἢ σαμψυχίνου, ἢ ἀμαρακίνου,] ἢ Σουσίνου, ἢ μαλαβαθρίνου. Δοκιμαστέον

1 μαλάγμασι χρώμεθα τῷ codd. — 2 Κηφισοφῶντος codd.; cf. indicem auctorum in praef. — 3 ἐγκαθισμάτων et πυριῶν et δυναμένων codd. — 4 δαφνίδος codd. — 5 πεσσῶν τῶν codd. — 6 Quae his locis uncinis intersepta sunt, ex Aëtio ducta sunt.

reficimus per inunctiones curando, per gestationem, ambulationes, balnea, recitationem, vinum tenue et idoneum variumque cibum, et partes primum affectas immutando ope dropacis, adassationis, insolationis, inspersis nitro et sale, et frictionis ope, et rubefactione per sinapi et caricas, utimur et emplastro cum seminibus, et cum lauri baccis, et polyarchio, et Ctesiphontis, aliisque eiusdem generis, et insessionibus et fotibus cum vaporibus metasyncrisin facere valentibus, veluti cum aqua marina cocta paratis, vel muria, decocto lauri, baccarum lauri, pulegii, hyssopi, salviae, marrubii, artemisiae, dictamni, centaurii, polii, scordii, ollâ nempe sellae supposità et perforato eius operculo adaptato calamo; et pessis utimur cum lanarum sordibus, butyro, pinguedine anserina, medulla, vel cerebro cervino, melle, caricis pinguibus, uva passa, cum oleo vetusto, vel cyprino, vel irino, vel maioranae, vel amaracino, vel Su-

δὲ καὶ δριμυφαγίαν προκοπτούσης τῆς διαθέσεως, καὶ τὴν κατὰ κύκλον ἀγωγὴν, καὶ τὴν τῶν αὐτοφυῶν ὑδάτων χρῆσιν, καὶ [1] κατακρουνισμοὺς καὶ νήξεις ἐν θαλάττῃ ἢ αὐτοφυέσιν ὕδασιν, καὶ τοὺς ἀπὸ ῥαφανίδων ἐμέτους, [2] καὶ ἢν ἡ δύναμις ἐπιτρέπῃ, καὶ τοὺς ἀπὸ ἐλλεβόρων. Φυλακτέον [3] δὲ τοὺς δριμυτέρους πεσσοὺς [4] καὶ ἐγκαθίσματα τὰ δριμύτερα, μὴ τῇ συνεχεῖ χρήσει λάθωμεν ἑλκώσαντες τὰ ἐσκιρρωμένα, καὶ παρὰ τοῦτο κακοήθη ποιήσωμεν τὴν διάθεσιν· τὰς δὲ διὰ κρόκου καὶ στύρακος καὶ ῥητίνης καὶ σμύρνης ὑποθυμιάσεις, καὶ τοὺς δι' ἀρτεμισίας, γλήχωνός τε καὶ πρασίου καὶ σκορδίου κόμης περιατμισμοὺς, καὶ τὸ πινόμενον οἰνόμελι [ἐν] ἀφεψήματι καρδάμου καὶ γλήχωνος ἀποδοκιμάζομεν δι' ἃς ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν αἰτίας. Πλείσταις δὲ διὰ τῆς προρρηθείσης ἀγωγῆς ἐξαπίνης ἔκκρισις αἵματος τεθρομβωμένου καὶ μεμελασμένου σφόδρα πολλοῦ γέγονε καὶ ἀπήλλαξε τῆς διαθέσεως.

1 κατακρουνισμῶν καὶ νήξεων codd. — 2 καὶ εἰ codd. — 3 τούς τε δρ. codd. — 4 καὶ τοὺς ἀπὸ ἐλλεβόρων καὶ ἐγκαθισμάτων δριμυτέρων codd. Hinc καὶ τοὺς ἀπὸ ἐλλ. supra in locum debitum transtuli.

sino, vel malabathrino. Probantur etiam ciborum acrium esus, procedente morbo, et curatio per circuitum et usus aquarum naturalium et perfusiones et natationes in aqua marina, vel aquis thermalibus naturalibus, et vomitiones a radiculis, et si per vires liceat, etiam a veratris. Cavendum autem a pessis acrioribus et insessionibus acrioribus, ne usu continuo sensim indurationes exulceremus atque ita morbum malignum reddamus. Suffitus vero ex croco et styrace et resina et myrrha, et vaporis balnea ex artemisia, pulegio et marrubio et scordii coma, et vinum cum melle in decocto nasturtii et pulegii epotum reprobamus propter causas, quas ad superiores morbos exposuimus. Plerisque autem methodo supra dicta derepente suscitata est excretio sanguinis coacti et nigri plurimi, quae morbo eas liberavit.

ΚΕΦ. νθ'.

Περὶ σατυριάσεως.

Σατυρίασις ἐπ' ἀνδρῶν μὲν γίνεται μᾶλλον, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὀξέσι τὸν πολὺν περὶ αὐτῆς λόγον ἐφωδεύκαμεν· γίνεται δὲ καὶ ἐπὶ γυναικῶν σατυρίασις, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν. Παρέπεται δὲ αὐταῖς κνησμὸς ἐπιτεταμένος τῶν γυναικείων τόπων μετὰ πόνου, ὥστε τὰς χεῖρας συνεχῶς τοῖς μέρεσιν ἐπιφέρειν· καὶ διὰ τοῦτο ἀκάθεκτος αὐταῖς πρὸς συνουσίαν ὁρμὴ [1] γίνεται μετὰ δριμύξεως καὶ παρατροπὴ τῆς διανοίας ἐπὶ ποσὸν διὰ τὴν πρὸς τὴν ὑστέραν τῶν μηνίγγων συμπάθειαν παραγκωνισαμένη πᾶσαν αἰδῶ. Φλεγμονὴ δέ ἐστι τῶν περὶ τὴν μήτραν τόπων· ἡ δὲ γινομένη αὐταῖς ὁρμὴ πρὸς συνουσίαν σφοδρύνει τὴν διάθεσιν· συντεινόμενα γὰρ τὰ πεπονθότα μέρη [2] μὴ ἀποκρινομένου τοῦ σπέρματος διὰ τὸ μεμυκέναι ὑπὸ τῆς φλεγμονῆς τοὺς πόρους πλείονα ἐφέλκεται τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος

1 γίνεται καὶ παρατροπὴ τῆς διανοίας μετὰ δριμύξεως, ἡ δήξεως ἁλμυροῦ χυμοῦ ἐπὶ ποσὸν codd. — 2 καὶ μὴ codd.

CAPUT LIX.

De Satyriasi.

Satyriasis viris quidem saepius accidit, quapropter praecipue de ea monuimus in libris de morbis acutis; fit tamen etiam in mulieribus satyriasis, quemadmodum in viris. Est autem iis pruritus vehemens locorum muliebrium cum dolore, adeo ut manus continenter partibus admoveant; ac propterea haud compescendus illis est impetus in venerem cum acrimoniae sensu, et propter consensum membranarum cerebri cum utero aliquantula mentis perversio, quae omnem pudorem exuit. Est autem inflammatio locorum circa uterum; amplexus vero appetentia orta illis morbum aggravat; tensae enim partes affectae, quia semen non excernitur ex inflammatione conniventibus meatibus, plus materiae ex corpore ad se alliciunt. Principio igitur vena illis secanda

ὕλην. Φλεβοτομεῖν οὖν αὐτὰς κατ' ἀρχὰς προσήκει καὶ τὴν τροφὴν συστέλλειν, καὶ καταπλάσσειν τὴν ἥβην καὶ τὴν ὀσφὺν τοῖς ἐμψύχειν καὶ συστέλλειν ἡρέμα δυναμένοις, τὴν κεφαλὴν δὲ ἐμβρέχειν [1] ὀξυρροδίνῳ· πόμα δὲ ὕδωρ γαλακτῶδες καὶ τροφαὶ ῥοφηματώδεις, μηδὲν παντάπασι φυσῶδες ἢ ἐρεθιστικὸν συνουσίας ἔχουσαι· μετὰ δὲ ἡμέρας δύο [ἀπὸ] τῆς φλεβοτομίας σικυάζειν τοὺς τόπους χωρὶς κατασχασμοῦ· ἡ δὲ λοιπὴ ἐπιμέλεια ἡ ἐπὶ τῆς φλεγμονῆς ῥηθησομένη ἔστω.

ΚΕΦ. ξ'.

Περὶ φλεγμονῆς ὑστέρας.

Ἡ φλεγμονὴ κέκληται μὲν ἀπὸ τοῦ φλέγειν καὶ οὐχ, ὡς ὁ Δημόκριτος εἴρηκεν, ἀπὸ τοῦ αἴτιον εἶναι τὸ φλέγμα. Προκατάρχει δὲ τῆς περὶ τὴν ὑστέραν φλεγμονῆς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, [2] συνεχέστερον δὲ ψύξις· ὥσαύτως κόπος, ἔκτρωσις, φαύλη

1 ὀξυροδίνῳ codd. — 2 Inter ἄλλα et συνεχέστερον, item post ψύξις et paulo post, ante μήτρας δὲ φλεγμ. interpolata plura sustuli.

est et de alimenti copia detrahendum, et imponendum cataplasma pubi et lumbis e materiis, quae refrigerare et leniter adstringere valeant; caput vero irrigandum oleo rosaceo cum aceto. Pro potu sit aqua tepida cibique sint in sorbitionibus, nec quidquam habeant, quod flatulentum sit, vel ad coitum incitet. Post duos vero a venae sectione dies cucurbitas sine pertusione partibus admovere oportet. Reliqua autem curatio sit ea, quae ad uteri inflammationem exponetur.

CAPUT LX.

De uteri inflammatione.

Inflammatio nomen Graecum φλεγμονὴ obtinuit a verbo φλέγειν, non, uti voluit Democritus, a muco, φλέγμα Graece dicto, qui causa sit. Antecedunt autem uteri inflammationem multa quidem alia, frequentissime vero re-

τε μαίωσις· ὧν οὐδὲν εἰς τὴν ἐξαλλαγὴν συντελεῖ τῆς ἐπιμελείας. Μήτρας δὲ φλεγμαινούσης τὰ μὲν κοινὰ παρέπεται σημεῖα, τὰ δὲ ἴδια καὶ δηλωτικὰ τοῦ πάσχοντος μέρους αὐτῆς. Φλεγμαίνει γὰρ ποτὲ μὲν ὅλη, ποτὲ δὲ τὸ στόμιον αὐτῆς, ποτὲ δὲ ὁ τράχηλος, ποτὲ δὲ ὁ πυθμὴν, ποτὲ δὲ τὸ κύτος, ἤτοι ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν, ἢ ἐκ πλαγίων, ποτὲ δέ τινα τούτων, ἢ τὰ πλεῖστα μέρη. Κοινὰ μὲν οὖν παρέπεται σημεῖα, — πυρετὸς ἐπιγίνεται, πόνος τε τοῦ πάσχοντος μέρους καὶ παλμὸς, ὄγκος τοῦ ὑπογαστρίου, [1] πύρωσις καὶ ξηρότης [τοῦ αἰδοίου], ἰσχίων [2] σύντασις, βάρος ὀσφύος, λαγόνων, ἤτρου, βουβώνων, μηρῶν, φρικώδης ἀντίληψις, διαδρομὴ νυγματώδης, νάρκα ποδῶν, καὶ περίψυξις τῶν γονάτων, περιϊδρωσις, σφυγμὸς μικρὸς καὶ πυκνότατος, συμπάθεια τοῦ στομάχου, λιποθυμία, ἔκλυσις. Κατ' ἐπίτασιν δὲ καὶ λυγμὸς, ἀλγήματα τραχήλου καὶ σιαγόνων καὶ βρέγματος καὶ ὀφθαλμῶν, μάλιστα κατὰ τὰς βάσεις, παρεμποδισμὸς οὔρων [3] ἢ σκυβάλων, ἢ καὶ ἀμφοτέρων. Χείρονος δὲ τῆς φλεγμονῆς οὔσης αὔξονται καὶ οἱ

1 καὶ πυρ. ξηρ. codd. — 2 ἢ συντ. codd. — 3 ἢ Aët. ms., καὶ codd.

frigeratio; item defatigatio, abortus et male administratus partus; quorum nihil facit ut curatio immutari debeat. Utero vero inflammato partim communia apparent signa, partim propria et quae indicent quae pars eius laboret. Alias enim totus incenditur, alias eius ostium, alias collum, alias fundus, alias cavum, sive supra, sive infra, sive a latere, alias vero quaedam horum, alias pleraeque partes. Communia igitur haec signa apparent: febris supervenit, et dolor partis affectae, et pulsatio, tumor hypogastrii, ardor et siccitas pudendi, coxendicum contentio, gravitas lumborum, laterum inanitatum, imi ventris, inguinum, femorum, frigoris sensus, dolor pungens vagus, pedum torpor et genuum frigus, sudor undique demanans, pulsus parvus et frequentissimus, consensus stomachi, animi deliquium, exsolutio. In exacerbatione vero etiam singultus, dolores colli et maxillarum, et verticis, et oculorum, praecipueque eorum fundi, impedimentum excretionis urinae, vel faecum, vel etiam utriusque. Peiore vero facta inflam-

πυρετοὶ, καὶ ὑπογαστρίου ἐξόγκωσις καὶ παρακοπὴ παρακολουθεῖ καὶ συνέρεισις ὀδόντων καὶ σπασμός· καὶ ταῦτα μὲν κοινά. Ἴδια δὲ, μόνου μὲν τοῦ στομίου φλεγμαίνοντος, ἐπίμυσις αὐτοῦ καὶ συναίσθησις ὀδυνώδης, ἐπινεύει δ' ὡς πρὸς τὸν δακτύλιον, συντείνονται δὲ βουβῶνες ἰδίως καὶ τὰ περὶ τὸν κτένα. Μὴ ὅλου δὲ τοῦ στόματος, ἀλλὰ ἐκ μέρους φλεγμαίνοντος, τὰ μὲν αὐτὰ συντείνεται [1] μερικῶς, ὀδυνώδης δὲ εἰς τὴν ἀφὴν ἐπανάστασις ὑποπίπτει καὶ παρέγκλισις εἰς τὰ ἐναντία τῷ διογκουμένῳ· τὸ δεξιὸν μὲν γὰρ φλεγμαῖνον μέρος πρὸς [2] τὰ ἀριστερὰ ἐκκλίνει, τὸ δὲ ἀριστερὸν πρὸς [3] τὰ δεξιά· τὸ δὲ κάτω πρὸς [4] τὰ ἄνω ῥέπει μᾶλλον· τὸ δὲ ἄνω πάντων πλέον ἀπονεύει πρὸς τὸν δακτύλιον. Ζητητέον δὲ πρότερον εἰ ὁ πόνος [5] κατ' εὐθὺ γίνεται τοῦ φλεγμαίνοντος, ἢ καὶ τῶν ἀντικειμένων πρὸς τὴν σύννευσιν εἴληφεν· καὶ τῶν μὲν προγενεστέρων τινὲς τὸν ἐναντίον φασὶν [6] ἀλγεῖν βουβῶνα καὶ μηρὸν, Δημήτριος δὲ ὁ Ἀπαμεὺς τὸν κατ' εὐθύ· μὴ γὰρ εἶναι πιθανὸν, τὰ μὲν πρὸς τῷ φλεγμαίνοντι μέρει μὴ πονεῖν, τὰ δὲ ἀπαθῆ τὰς ἀλγηδόνας ἔχειν· ὅπερ

1 μερικόν· δυσωδὴς δὲ ὡς codd. — 2 τὸ ἀριστερὸν codd. — 3 τὸ δεξιὸν codd. — 4 τὸ codd. — 5 κατὰ τοῦ ἀπευθυσμένου γίνεται codd. — 6 ἀλγεῖσθαι codd.

matione etiam febres intenduntur et intumescentia hypogastrii augetur, et delirium consequitur, et dentium collisio et convulsio; atque haec quidem communia signa sunt. Propria autem solius ostii inflammationis, — connivet cum doloris sensu, inclinatum autem est versus anum, intenduntur vero specialiter inguina et pecten. Ostio vero non toto, sed partim inflammato, eadem partim intenduntur; dolens vero ad tactum se obfert prominentia et inclinatio in partem tumori adversam; dextra enim pars inflammata in latus sinistrum declinat, sinistra vero in dextrum; infima pars sursum potius tendit, inferior vero omnium maxime ad anum vergit. Primum autem inquirendum, num dolor sit e directo partis inflammatae, an ex adverso conniventiae prehenderit. Atque veterum nonnulli affirmant inguen et femur ex adverso dolere, Demetrius vero Apameus e directo; neque enim probabile esse partes inflammationi propinquas non dolere, non affectas vero dolorem sentire, quod

ὑπενόησάν τινες ἀποβλέψαντες εἰς τὸ παρῆχθαι τὰ φλεγμαίνοντα εἰς τὰ ἐναντία μέρη κἀκείνων τῶν τόπων ψαύειν· πολλῷ γάρ ἐστιν εὐλογώτερον, [1] ἐπεὶ πλείονα τάσιν ἐπιδέχεται τὰ κατ' εὐθὺ [2] τοῦ φλεγμαίνοντος διὰ τὸν ἐπὶ τὰ ἐναντία περισπασμὸν, ἐκεῖνα καὶ τὰς ἐπαισθήσεις ἔχειν· καὶ ἡμεῖς δὲ [3] τούτῳ συναινοῦμεν, εἰ καὶ τὸ ζητούμενον [4] οὐδεμίαν ἐξαλλαγὴν ἐπιφέρει πρὸς τὴν χρῆσιν τῶν τοπικῶν βοηθημάτων. Τοῦ τραχήλου δὲ φλεγμαίνοντος, μείζονες μὲν αἱ συμπάθειαι, μετὰ δὲ τὸ στόμιον ἡ ὄγκωσις, καὶ τοῦ μὲν δεξιοῦ μέρους φλεγμαίνοντος τὸ κατ' εὐθὺ συμπάσχει σκέλος καὶ βουβὼν ἐπανίσταται, τοῦ ἀριστεροῦ δὲ, τὸ ἐναντίον· τοῦ δὲ κάτωθεν, ὅπερ ἐπίκειται τῇ ἀρχῇ τοῦ ἀπευθυσμένου, σκυβάλων [5] δυσοδία καὶ ἐποχὴ καὶ προθυμία τεινεσμώδης. καὶ οὐκ εὐμαρὴς ἡ τοῦ σκύλματος παράθεσις· κἂν ἐνθῇ τις τὸν δάκτυλον εἰς τὴν ἕδραν, ὄγκος ὑποπίπτει δοκῶν εἶναι περὶ τὸ ἀπευθυσμένον· τοῦ δὲ ἄνωθεν δυσουρία πλείων [καὶ] κατ' ἐφηβαίου καὶ κτενὸς ὁ πόνος· ὅλου δὲ

1 ἐπιπλείονα codd. — 2 τῷ φλεγμαίνοντι codd. — 3 τοῦτο codd. — 4 οὐμίαν codd. — 5 δυσωδία codd.

nonnulli existimarunt respicientes partes incensas traduci ad latus oppositum et partes eo loco sitas attingere; multo enim magis est consentaneum, quum partes e directo inflammationis maiorem tensionem experiantur propter attractionem versus latus oppositum, easdem quoque dolorem sentire; ac nos quidem cum eo consentimus, etiamsi quaestio minime faciat, ut quidquam immutari debeat in usu remediorum ad loca ipsa adhibendorum. Collo autem inflammato maiores quidem sunt consensus, tumor vero post orificium situs est, et dextra parte inflammata crus, quod e directo est, consensu afficitur, et inguen eiusdem lateris in tumorem attollitur; sinistra vero parte inflammata, oppositae partes laeduntur, infima autem parte inflammata, quae initio intestini recti incumbit, difficilis est faecum transitus et retinentur, et desidendi desiderium adest, et difficilis est partis laesae dimotio; ac si quis digitum in anum immittat, occurrit tumori, qui intestinum rectum sedem habere videtur; partis vero superioris inflammatae

τοῦ τραχήλου φλεγμαίνοντος, πάντα παρέπεται τὰ προειρημένα, καὶ διὰ τὴν πλείονα διόγκωσιν εἰς τὸν γυναικεῖον προκύπτει κόλπον. [1] Τοῦ κύτους δὲ φλεγμαίνοντος κατὰ μὲν τὰ πλάγια μέρη, πόνος [τοῦ] καταλλήλου λαγόνος γίνεται σφοδρυνόμενος κατὰ τὴν εἰς τὰ ἐναντία ἐπιστροφήν· κατὰ δὲ τὰ ἔμπροσθεν καὶ ἄνωθεν ἡ μὲν ἀλγηδὼν κατὰ τοῦ [2] ὑπογαστρίου πλείων μετὰ διογκώσεως, δυσουρία δὲ ἢ ἰσχουρία, καὶ μετὰ τὸ οὐρῆσαι μᾶλλον [3] ὑποπίπτει τῇ ἁφῇ τὸ οἴδημα· κατὰ δὲ τὰ ὄπισθεν καὶ κάτωθεν τοῦ κύτους τῆς φλεγμονῆς ὑπαρχούσης, περὶ τὴν ὀσφὺν ὁ μὲν πλείων πόνος, σφοδρυνόμενος εἰ ἐκκλίνοιτο πρηνὴς, ἢ ἐπὶ πλευράν· κλύσμα δὲ οὐ παρατίθεται ῥᾳδίως, ἐπέχεται δὲ τὸ σκύβαλον καὶ οὐ διαχωροῦσι φῦσαι, καὶ πρὸς τὸν εἰς τὴν ἕδραν ἐντιθέμενον δάκτυλον ὄγκος [ὑποπίπτει διαφέρων τῆς] τοῦ ἀπευθυσμένου φλεγμονῆς τῷ μὴ εὐθὺς ἅμα τῷ ἐπερεῖσαι τὸν δάκτυλον ἄλγημα παρακολουθεῖν, ἐξ ἐπιμονῆς δὲ τοῦ θλίβοντος, καὶ τῷ τὸν ὄγκον ὑποχωρεῖν. ὥστε τὸ ἔντερον τὴν ἰδίαν χώραν

1 Principium capitis si respicias, nunc exspectes signa τοῦ πυθμένος φλεγμαίνοντος. In mss. tamen nullum lacunae indicium. — 2 ἐπιγ. codd. — 3 ὑποπίπτει τῇ ἀρχῇ codd.

signa sunt: maior urinae difficultas et pubis ac pectinis dolor; toto vero collo inflammato, omnia supra dicta accidunt et propter tumorem maiorem prominet intra sinum muliebrem. Cavo autem inflammato lateribus suis, dolor est in laterum inanitate respondente, qui augetur, quando aegrotans in oppositum latus se convertit. Sin inflammatio sit ab anteriore et superiore parte, dolor maior est in hypogastrio cum intumescentia, difficultas vel retentio urinae adest, et post urinae emissionem tumor facilius tactu percipitur; quodsi inflammatio posteriorem et inferiorem partem occupet cavi uteri, plurimus dolor est circa lumbos, qui augetur ubi in anteriorem partem inclinatur, vel in latus; infusum per anum non facile admittitur, retinentur autem faeces, nec flatus pertranseunt, et digitus ano immissus occurrit tumori, qui differt a recto intestino inflammato, quod non statim simulac digitus impingitur dolor oritur, sed demum diutius persistente pressione, et quod tumor

